Abū al-Faraj al-Isbahānī, 897 or 8 - 967.

ALII ISPAHANENSIS

LIBER CANTILENARUM

MAGNUS

EX CODICIBUS MANU SCRIPTIS

ARABICE EDITUS

ADIECTAQUE TRANSLATIONE ADNOTATIONIBUSQUE

ILLUSTRATUS

AB

IOANNE GODOFREDO LUDOVICO KOSEGARTEN

THEOLOGIAE ET LITTERARUM ORIENTALIUM

IN ACADEMIA POMERANA PROFESSOR.

TOMUS PRIMUS.

GRIPESVOLDIAE

IN LIBRARIA KOCHIANA.

MDCCCXL.

PRAEFATIO.

Versanti mihi Lutetiae annis abhinc octo et viginti, ibique, Sacyo duce, in studium litterarum arabicarum adsidue incumbenti, inter codices arabicos eximiores, qui in bibliotheca regia adservantur, liber ille magnus, quo poetarum cantorumque Arabum res Ali Ispahanensis exposuit, quum ipsius argumenti ubertate, tum iucunda rerum consignatarum varietate praestare visus est. Nam non poetarum tantum, citharoedorumque, vitas, non sola carmina cantilenasque, aliaque, quae ad mores et instituta vitae, resque domesticas ac familiares spectant, hoc libro Ali tractavit, sed ea quoque, quae ad rerum publicarum administrationem pertinebant, ab viris clarissimis gesta, tam vetera, quam recentiora, multis libri locis diligenter enarravit. Itaque ut huius libri, doctrina varia referti, apographum paulatim mihi compararem, operam dare decrevi. Quum vero illo tempore in transscriptione alia occupatus ad apographum illud conficiendum ipse accedere non possem, Michaelem Sabbagh, Arabem Acconitam, litteris patriis satis imbutum, qui tunc Lutetiae habitabat, cito adduxi, ut aliquantam libri partem in usum meum transscriberet. Deinde in patriam reversus ab Grangeret de Lagrange, qui ex praefectis bibliothecae armamentarii Parisiensis est, viro sermonis arabici peritissimo, mihique veteri amicitia coniuncto, impetravi, ut aliam libri partem, quae illius operis prima est, per Aydam, Arabem Aegyptium, mihi describendam curaret. Neque, quum Hammerum quoddam operis illius Aliani exemplar, secundam partem libri complectens, nactum esse comperissem, petenti mihi, ut eo me uti concederet, viri illius celeberrimi humanitas defuit. Fraehnii vero, strenuissimi musarum orientalium in Russia patroni, insigni beneficio factum est, ut exemplar Petropolitanum, quo prima libri pars continetur, attentius evolvere possem. Gothae quum aliquando libros quosdam manu scriptos arabicos, in arce principali depositos, qui ex Oriente recens advecti ad copiam prius adlatam, Lorsbachiique cura recensitam, accesserant, curiose perlustrarem, praeter spem in codicem incidi, quem titulus esse dicebat librum cantilenarum Alianum. Sed epitomen tantum hunc codicem exhibere mox intellexi, quam ex opere Aliano scriptor quidam Arabs recentioris aevi ita excerpsit, ut simul singulos poetas citharoedosque, de quibus dicitur, ex ordine alphabetico collocaret. Quam epitomen, quum auctor se imperantibus Dâhiritis Turcis scripsisse significet, excerptam esse coniicere possumus ex epitome alia, quam Mohammed ben mo-

karrem el anssâri circa annum p. Chr. n. 1300. conscripsit, in ordinem alphabeticum redacta, cuius mentionem Hadschi chalfa fecit. Denique liberalitas Weyersii, cuius fidei thesauri Lugdunenses iam commissi sunt, codicis Nuweiriani participem me fecit, encyclopaediae arabicae partes primas continentis, in quarum secunda etiam illud caput exstat, quod de cantu et musica Arabum Nuweirita composuit, maximam partem ex libro cantilenarum Aliano haustum. Eiusdemque viri praestantissimi comitati eum fructum acceptum refero, quem libri Lugdunenses mihi reddiderunt duo, qui de modulis musicis, apud Arabes usitatis, exponunt; quorum alterum arabice consignavit Abu nasr mohammed ben mohammed el fârâbi, alterum persice Abd el kâdir ben gani el hâfidh el merâghi.

Quibus subsidiis haud contemnendis quum adiutum me viderem, ad librum cantilenarum Alianum una cum translatione adnotationibusque edendum me accinxi, iamque operis exordium lectoribus harum rerum studiosis offero, cui, quae sequuntur, submittentur cito. Prooemium vero a me contextum eo consilio praemisi, ut in eo de iis rebus strictim dicerem, quae statim scisse lectorem libri Aliani iuvabit, quum plurimis paene eius paginis clarorum quorundam cantorum, variorumque cantus arabici modorum mentio fiat. Igitur primo prooemii capite de illius cantus usu egi, quem circa tempus Mohammedis Arabes receperunt, deque citharoedis, cantricibusque, qui inter Arabes prae ceteris inclaruerunt; secundo vero de cantilenarum arabicarum numeris et modis; tertio denique de consilio et ratione libri, quem de cantilenis Arabum Ali Ispahanensis composuit, de ordine, quo singula in eo libro collocavit, librique exemplaribus manu scriptis, quae in bibliothecis Occidentis adservantur.

Ad ipsius libri scripturam arabicam signa vocalia quam potui adcuratissime adposui, ut et primo adspectu unusquisque scripturae sensum saltem plurimis in locis posset cognoscere, et id sine ulla ambiguitate, vel errore, vel denique molestia fieret. Translationem, quam adieci, in capita digessi, quibus singulis adnotationes subiunxi, ne quae de scripturae auctoritate, vel varietate, dicenda, vel ad orationem illustrandam subnectenda esse videbantur, longe quaerere lectorem oporteret. In interpretandis locis nonnullis obscurioribus doctrina et humanitas Fleischeri me adiuvarunt, qui, ubi eum consului, sententiam suam enucleate ad me perscripsit. Atque Freytagius quoque, quum epitome Gothana uteretur, rebus meis benevole adfuit. Scribebam Gripesvoldiae xv. calendas martias MDCCCXL.

Ioannes Godofredus Ludovicus Kosegarten.

PROOEMIUM.

Caput primum.

De citharoedis cantricibusque Arabibus.

Arabes antiquissimos, Himiaritas, Dschorhomitas, Gassanitas, Hirenses, ab gentibus vicinis, quibuscum commercium habebant, Iudaeis, Syris, Graecis, Persis, praeter alias res etiam cantus usum didicisse, proxime ad verum accedere mihi videtur. Nam ab poetica illos Arabes non alienos fuisse, constat; ubi vero versus conduntur, ad canendum quoque progredi solent homines, eoque facilius, si alios, quorum consuetudine utuntur, carmina modulantes audiunt. Accedit, quod multi Arabes Himiaritae sacra christiana vel iudaica amplexi erant, itemque Hirenses et Gassânitae multi christiani facti fuerant, ergoque in sacris ritibus celebrandis non poterant ad cantum fundendum non institui. Neque veterum scriptorum testimonia desunt, quae antiquissimos illos Arabes non expertes cantus fuisse prodant. Theophanes ac Sozomenus, historici Byzantii, Maviam, Saracenorum reginam, quae circa annum p. Ch. n. trecentesimum sexagesimum quintum Gassânitis praefuit, in australi Syriae parte Valenti, imperatori Romano, bellum ita prospero successu intulisse perhibent, ut Arabes praeclara sua facinora, quae in illo bello ediderant, cantilenis celebrarent; addit enim Sozomenus in historia ecclesiastica lib. 6. cap. 38: *ταῦτα δὲ πολλοὶ τῶν τῇδε προσοικούντων εἰσέτι νῦν ἀπομνημονεύουσι· παρὰ δὲ σαρακηνοῖς ἐν ᾠδαῖς ἐστίν*; de quibus rebus in historia Gassanitarum Eichhornius uberius exposuit, fodin. Orient. tom. 6. pag. 231. Cantrices Arabes duae clariores, quae اَلْجَرَادَتَانِ i. e. Cicadae, sive جَرَادَتَا ٱبْنِ جُدْعَانَ cicadae Ebn dschudâni, vocabantur, inter Arabes paganos circa annum p. Chr. n. sexcentesimum Mekkae versabantur. Quas ancillas habebat عَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ جُدْعَانَ بْنِ عَمْرٍو Abdalla ben dschudân ben amr, princeps Koreischita, summa liberalitate illustris. Patinam, cibo repletam, ante domum suam in usum hospitum collocasse fertur ita magnam, ut et qui pedites praeterirent, et qui camelis veherentur, ex ea cibum sumere possent. Regem Persarum quum aliquando visitasset, pultemque ibi quandam dulcem, quae ab Persis فَالُوذ Falûds vocabatur, ex polline et melle confectam, gustasset, servum illo loco emit, qui talem pultem facere sciret, cumque Mekkam secum duxit. Magna pultis copia adparata, mensas in eo loco exstruxit, qui

El abtach nuncupabatur, usque ad templi portam collocatas, praeconemque haec pronuntiare iussit: أَلَا مَنْ أَرَادَ ٱلْفَالُوذَ فَلْيَحْضُرْ i. e. „agitedum! quicunque cupidus Fâlûdsi est, adgrediatur!“ Quibus auditis, homines undique eo confluxerunt. Cicadas suas Ebn dschudân dono dedit poetae cuidam nobili, cui nomen erat أُمَيَّةُ بْنُ أَبِي ٱلصَّلْتِ ٱلثَّقَفِيُّ Omajjae ben abis salt Thakifitae, qui ipsius liberalitatem carminibus celebraverat. De Ebn dschudân, eiusque cicadis, nonnulla memoriae prodidit Ali Ispahanensis, eorumque mentionem fecit etiam Firusabadensis pag. 350. 1001. Dschabala ben el aiham, princeps Gassânita, sacris paganis addictus, qui circa annum p. Chr. n. sexcentesimum tricesimum quintum regno praeerat, interdum, ut in vita Assae el meila, cantricis clarae, Ispahanensis narrat, convivia splendida instituebat, epulis et vino liberaliter instructa; Tum solum conspergebatur myrto, iasmino, aliisque fragrantibus floribus; odoramenta pretiosiora, vasibus aureis et argenteis imposita, circumferebantur; ligna bene olentia comburebantur, si tempore brumali convivia fiebant; calorem aestivum temperabant nive adlata; citharistriae aderant, ad chordarum sonum cantantes. Qua de re Ali Ispahanensis praeter alia tradidit haec: فَقَالَ رَأَيْتُ عَشَرَ قِيَانٍ خَمْسٌ رُومِيَّاتٍ يُغَنِّينَ بِٱلرُّومِيَّةِ بِٱلْبَرَابِطِ وَخَمْسًا يُغَنِّينَ غِنَآءَ أَهْلِ الحِيرَةِ أَهْدَاهُنَّ إِلَيْهِ إِيَاسُ بْنُ قَبِيصَةَ وَكَانَ يَفِدُ عَلَيْهِ مَنْ يُغَنِّيهِ مِنَ ٱلْعَرَبِ مِنْ مَكَّةَ وَغَيْرِهَا i. e. „tum dixit ille: „vidi ibi decem citharistrias, graecas quinque, quae graeca ad barbitos cantabant, et quinque alias, quae cantum Hirensem fundebant, quas quidem ei dono obtulerat Ijâs ben kabîssa; atque praeterea cum conveniebant homines, qui coram eo cantabant, Arabes Mekkenses, aliique.“ Vide chrestomathiam nostram arabicam, pag. 135.

Sed de antiquissimis illis Arabum cantibus Ispahanensis perpauca tantum narravit. Nam in iis cantilenis celebrioribus, quae, ex quo islamismus invaluit, musicis modis exceptae sunt, deinceps recensendis ita versatur, ut ad cantilenas singulas nonnulla de poetis adiiciat, qui versiculorum verba composuerant, deque citharoedis, qui modos cantilenae musicos excogitaverant. Poetarum igitur, quorum mentionem facit, multi sunt ex antiquioribus, qui tempore paganismi vixerant; citharoedi vero, cantricesque, de quibus dicit, ex iis sunt, qui post islamismum institutum inclaruerunt. Voce fidibusque canere utrum homini moslemo liceat, necne, de eo in utramque partem multa disputata sunt; quae Nuweirita eo encyclopaediae loco exposuit, qui inscriptus est: فِي ٱلْغِنَآءِ وَٱلسَّمَاعِ وَمَا وَرَدَ فِي ذَلِكَ مِنَ الحَظْرِ وَٱلْإِبَاحَةِ وَمَا ٱسْتَدَلَّ بِهِ مَنْ رَأَى ذَلِكَ i. e. „de cantu et musica, deque iis, quae de hac re proposita sunt, tum interdicentibus, tum permittentibus, deque argumentis, quibus usi sunt qui alterutram sententiam ferrent.“ In

Korâno, ceterisque Muhammedis, eiusque familiarium, dictis insunt severiora multa, quae cantum et artem musicam, tanquam studia futilia, ab homine ingenuo aliena, animumque ad libidinem flagitiosam, dissolutosque mores pellicentia, improbare ac dissuadere videantur. Unde factum est, ut, qui musicam interdicerent, ex dictis illis sacris satis argumentorum haurire possent; qua de re Nuweirita locum adposuit, qui inscriptus est: أَمَّا مَا قِيلَ فِي تَحْرِيمِ ٱلْغِنَآءِ وَمَا ٱسْتَدَلَّ بِهِ مَنْ رَأَى ذَٰلِكَ فَإِنَّهُمْ ٱسْتَدَلُّوا عَلَى ٱلتَّحْرِيمِ بِٱلْكِتَابِ وَٱلسُّنَّةِ وَأَقْوَالِ ٱلصَّحَابَةِ وَٱلتَّابِعِينَ وَٱلْأَئِمَّةِ مِنْ عُلَمَآءِ ٱلْمُسْلِمِينَ i. e. „quod vero ea, quae de interdicendo cantu dicta sunt, atque argumenta, quibus utebantur, qui hanc sententiam ferrent, iam adtinet, argumenta illa, cur cantus interdicendus sit, ex Korâno, traditioneque sacra, dictisque familiarium atque assecelarum, antistitumque virorum doctorum moslemorum, eruerunt.“ Sed Moslemi tamen non omnes ab cantu musicaque abstinuerunt, ipsorumque familiarium Mohammedis nonnulli, Ennomân ben beschîr, Anssarius, Chasradschita, et Hassân ben thâbit, Anssârius, citharoedis, cantricibusque, qui tunc Mekkae erant, aures praebuisse feruntur. Quin homines nonnulli, qui probitate et pietate erga Deum praestabant, ex quibus Omar ben abd el asîs, chalifa Omajjida fuit, cantu oblectabantur, pluresque, quas ipse Omar ille vocum sonis descripsit, cantilenas in libro suo Ispahanensis adtulit. Sed Omarum, antequam chalifatum capessisset, his studiis indulsisse suspicatur Nuweirita; quod sane, quum chalifatum per duos tantum annos tenuerit, veri simillimum est. Abu abdalla mohammed ben idrîs Schâfeïta, et Achmed ben mohammed ben hanbal, antecessores celeberrimi, qui seculo post Mohammedem secundo vixerunt, cantum non prorsus sprevisse ab Nuweirita dicuntur. Exstiterunt deinde viri nonnulli docti, iurisque moslemici periti, ex quibus Imâmus Gassâlita, sive Abu hâmid mohammed ben mohammed el gassâli fuit, natus seculo post Mohammedem quarto, qui argumenta illa, quibus cantum vetitum esse antiquiores demonstraverant, diligentius excuterent, partimque refellerent. Quocirca locos alios Nuweirita adposuit, qui inscripti sunt: ذِكْرُ مَا وَرَدَ فِي تَوْهِينِ مَا ٱسْتَدَلُّوا بِهِ عَلَى تَحْرِيمِ ٱلْغِنَآءِ وَٱلسَّمَاعِ i. e. „expositio eorum, quae proposita sunt ad refellenda ea, quibus cantum et musicam vetita esse demonstrarunt“ et: وَتَكَلَّمَ ٱلْإِمَامُ أَبُو حَامِدٍ ٱلْغَزَالِيُّ أَيْضًا فِي ذَٰلِكَ وَوَهَّنَ ٱحْتِجَاجَهُمْ i. e. „atque disputavit de hac re etiam Abu hâmid el gassâli, antistes, refellitque argumentu illorum hominum.“ Fuerunt nonnulli, ut Nuweirita perhibet, qui, ut dignitatem artis musicae tuerentur, interdum dicerent: فِي ٱلْقَلْبِ فَضِيلَةٌ شَرِيفَةٌ لَمْ تَقْدِرْ قُوَّةُ ٱلنُّطْقِ عَلَى إِخْرَاجِهَا بِٱللَّفْظِ فَأَخْرَجَتْهَا ٱلنَّفْسُ بِٱلْأَلْحَانِ فَلَمَّا

ظَهَرَتْ سُرَّتْ وَطَرِبَتْ إِلَيْهَا فَٱسْتَمِعُوا مِنَ ٱلنَّفْسِ وَنَاجُوهَا وَدَعُوا مُنَاجَاةَ ٱلظَّوَاهِرِ
i. e. „in corde virtus quaedam nobilis inest, quam vis dictionis per vocabula palam facere non potest, quam ob rem anima eam palam facit modis musicis. Quae vis si hoc modo palam fit, anima de ea laetatur, eaque commovetur. Itaque aurem praebete animae, atque cum ea colloquimini, ab eo adloquio aversi, quod externa compellat.“ Qui viri docti, qui de cantu et fidibus mitius sentirent, musicam sub certis conditionibus, cautioneque diligenter adhibita, permitti posse statuerunt; licita enim esse oblectamenta musica existimari posse, si ita instituerentur, ut ad res turpes nullum hominem provocarent, propterеaque in hac re et personas varias, et tempora diversa, distingui oportere. Quam ob causam Nuweirita de iis, quae in oblectationibus musicis cavenda sint, locos adposuit, quorum primi inscripti sunt: ذِكْرُ ٱلْعَوَارِضِ ٱلَّتِي يَحْرُمُ مَعَهَا ٱلسَّمَاعُ i. e. „expositio momentorum, quibus illicita redditur musica;“ ٱلْعَارِضُ ٱلْأَوَّلُ أَنْ يَكُونَ ٱلْمُسْتَمِعُ ٱمْرَأَةً لَا يَحِلُّ ٱلنَّظَرُ إِلَيْهَا وَيُخْشَى ٱلْفِتْنَةُ مِنْ سَمَاعِهَا i. e. „primum momentum tum adest, si auditor est femina, in quam intueri nefas est, et ex cuius auditione aliquid sceleris provenire posse metuitur.“ Momentum secundum ad instrumenta musica pertinet, quorum alia, et praesertim fides, epulis amoribusque destinatae, suspecta habentur, alia vero, ut tympana, eaque, quae inflantur, tibiae, tubae, buccinae, cornua, masculos sonos edentia, licita esse censentur. Tertium ad versiculorum, qui decantantur, verba spectat; quae si impia et obscoena produnt, cantus illicitus esse existimatur; atque ita fere in rebus aliis, quae cum cantu et musica interdum coniunctae sunt, momenta huius generis cetera, de quibus Nuweirita exponit, versantur.

Sed serpentibus sensim in chalifarum aula mollitie et luxuria, studioque voluptatum ingravescente, principes Arabes magis et magis cantibus, fidibusque, indulgere coeperunt, maximaque mox arti musicae exposita sunt praemia. Iesîd ben abdelmâlik et El walîd ben iesîd, chalifae Omajjidae, qui principes erant vitae lautioris studiosi, atque in intemperantiam proni, quum ceteris oblectamentis adfluxerunt, tum palatia Damasci habuerunt citharoedorum, cantricumque, vocibus resonantia, magnasque pecunias ad ornanda studia musica contulerunt. Quae res etiam increvit, quum chalifae Abbâssidae primi, El manssûr, El mahdi, El hâdi, Hârûn arraschîd, El amîn, El mamûn, imperium tenerent; nam hi principes in adparando aulae regiae splendore, sumtusque magnificentia augenda, ultra processerunt, quam qui antea Arabibus imperaverant. Cantrices pleraeque erant mancipia pecunia coemta, quae citharoedi clariores ad canendum instituerant. Atque citharoedorum nonnulli erant mancipia; alii vero clientes vel liberti,

pauci ingenui. Multi eorum ab parentibus Persis orti erant. Sed chalifarum quoque Abbâssidarum nonnullos, El wâthikum, El muntassirum, El mutassum, El mutadidum, filiosque chalifarum plures, Ibrahimum ben el mahdi, Ssâlichum ben harûn arraschîd, Abdallam ben mûssa el hâdi, Abdallam ben muhammed el amîn, Abu îssam ben el mutewekkil, canendi peritos fuisse, carminaque modis musicis descripsisse Ispahanensis demonstrat, cantilenasque ab iis compositas in libro suo adfert. Porro, quemadmodum apud Graecos Epaminondas fidibus praeclare cecinisse dicitur, ita etiam apud Arabes viri aliquot illustres, qui res publicas administrabant, vel bellica laude florebant, Abdalla ben tâhir, princeps Chorâssânae, Abu dolaf el kâssim ben îssa el idschli, exercitui persico praefectus, qui seculo post Mohammedem tertio vixerunt, aliique huius generis homines, arte musica, cantilenisque conficiendis, delectati sunt, sollicitudinem gratis lyrae vocisque concentibus discutientes.

Iam vero citharoedos, cantricesque, clariores, a quibus musicos modos earum cantilenarum, quae prae ceteris laude celebrabantur, compositos fuisse Ispahanensis perhibet, breviter ita recensebimus, ut, quo quisque tempore vixerit, significemus; nomina enim eorum per totum Ispahanensis librum lectori sese offerunt crebre posita.

1. Citharoedi primis chalifis aequales.

Qui chalifis primis, Abu bekro, Omaro, Othmâno, Alio, aequales fuerunt, praesertim Mekkae atque El medînae versantes, hi fere sunt. 1. Ebn musaddschidsch, sive أَبُو عُثْمَانَ سَعِيدُ بْنُ مُسَجِّجٍ Abu othmân saîd ben musaddschidsch, cliens مَوْلَى Dschomachitarum, Mekkanus, qui ex primis cantoribus Arabibus fuit, modulosque graecos et persicos ad canenda carmina arabica accommodavit. De quo Ispahanensis praeter alia tradit haec: هُوَ مُغَنٍّ مُتَقَدِّمٌ مِنْ فُحُولِ ٱلْمُغَنِّينَ وَأَكَابِرِهِمْ وَأَوَّلُ مَنْ صَنَعَ ٱلْغِنَآءَ مِنْهُمْ وَنَقَلَ غِنَآءَ ٱلْفُرْسِ إِلَى غِنَآءِ ٱلْعَرَبِ ثُمَّ رَحَلَ إِلَى ٱلشَّامِ وَأَخَذَ أَلْحَانَ ٱلرُّومِ وَٱلْبَرْبَطِيَّةِ وَٱلْأُسْطُوخُوسِيَّةِ وَٱنْقَلَبَ إِلَى فَارِسَ فَأَخَذَ بِهَا غِنَآءً كَثِيرًا وَتَعَلَّمَ ٱلضَّرْبَ ثُمَّ قَدِمَ إِلَى ٱلْحِجَازِ وَقَدْ أَخَذَ مَحَاسِنَ تِلْكَ ٱلنَّغَمِ وَأَلْقَى مِنْهَا مَا ٱسْتَقْبَحَهُ مِنَ ٱلنَّبَرَاتِ وَٱلنَّغَمِ ٱلَّتِي هِيَ مَوْجُودَةٌ فِي نَغَمِ غِنَآءِ ٱلْفُرْسِ وَٱلرُّومِ خَارِجَةً عَنْ غِنَآءِ ٱلْعَرَبِ وَغَنَّى عَلَى هَذَا ٱلْمَذْهَبِ فَكَانَ أَوَّلَ مَنْ أَثْبَتَ ذَلِكَ وَلَحَّنَهُ وَتَبِعَهُ ٱلنَّاسُ بَعْدُ i. e. „Fuit ille citharoedus praestans, ex citharoedis primariis, eorumque principibus, primusque eorum, qui cantus composuit. Cantum Persarum ad cantum Arabum traduxit. Deinde in Syriam perrexit, ibique modos Graecorum, et Barbitista-

rum, Ustuchusicorumque, arripuit. Inde in Persiam se contulit, ibique cantus multos percepit, fidibusque didicit. Denique in El hidschâsam reversus est. Suavissimas illarum modulationum retinuerat, reiectis iis, quae ipsi displicebant, sublationibus vocis, modulationibusque, quae in modulatione cantus Persarum, Graecorumque, usurpantur, ab cantu Arabum vero alienae sunt. Hoc canendi modo usus, primus hanc rem ita constituit, composuitque, ut deinde ceteri eum imitarentur.“ Ab operariis Persis, qui Mekkae, imperante Abdalla ben essobeir, Kaabam reficerent, vel domus quasdam Moâwijae exstruerent, Ebn musaddschidschum cantum persicum primo accepisse Ispahanensis fert: وَذٰلِكَ أَنَّ مُعَاوِيَةَ ٱبْنَ أَبِي سُفْيَانَ لَمَّا بَنَى دُورَهُ ٱلَّتِي يُقَالُ لَهَا ٱلرُّقْطُ وَهِيَ مَا بَيْنَ ٱلدَّارَيْنِ إِلَى ٱلرَّدْمِ أَوَّلُهَا ٱلدَّارُ ٱلْبَيْضَآءُ وَآخِرُهَا دَارُ ٱلْحَمَّامِ وَهُمَا عَلَى يَسَارِ ٱلْمِصْعَدِ مِنَ ٱلْمَسْجِدِ إِلَى رَدْمِ عُمَرَ حَمَلَ لَهَا بَنَّآئِينَ فُرْسًا مِنَ ٱلْعِرَاقِ فَكَانُوا يَبْنُونَهَا بِٱلْجَصِّ وَٱلْآجُرِّ وَكَانَ سَعِيدُ بْنُ مُسَجِّجٍ يَأْتِيهِمْ فَيَسْمَعُ مِنْ غِنَآئِهِمْ عَلَى بُنْيَانِهِمْ فَمَا ٱسْتَحْسَنَ مِنْ أَلْحَانِهِمْ أَخَذَهُ وَنَقَلَهُ إِلَى ٱلشِّعْرِ ٱلْعَرَبِيِّ ثُمَّ صَاغَ عَلَى نَحْوِ ذٰلِكَ وَهُوَ ٱلَّذِى عَلَّمَ ٱلْغَرِيضَ i. e. „Hoc ita factum est. Moâwija ben abi sofjân, quum aedificaret domus suas, quae Errukut [maculosae] vocantur, sitas inter duas illas domus prope aggerem, quarum altera domus alba, altera domus balnei nuncupatur, quarumque utraque ad sinistram illius adscensus collocata est, qui ab templo ad aggerem Omari fert, architectos Persas ex El irâka advexit, qui calce et lateribus eas exstruerent. Quos homines Saìd ben musaddschidsch convenit, cantus audiens quos inter laborem fundebant. Quicunque eorum modi ipsi placebant, eos arripuit, atque ad carmina arabica traduxit. Deinde ipse modos composuit, qui illis similes essent, eoque magistro usus est El garîd.“ Ebn musaddschidsch, quum, imperante Abdelmâlik ben merwân, chalifa Omajjida, Damascum venisset, citharistrias Arabes, cantricesque, plures ibi audivit, ex quibus ea fuit, cui erat nomen بَرْقُ ٱلْأُفُقِ Bark el ufk i. e. fulgur coeli. 2. Sâïb châthir سَايِبٌ خَاثِرٌ sive أَبُو جَعْفَرٍ سَايِبُ بْنُ يَسَارٍ Abu dschafer sâïb ben jassâr, cliens Leithitarum, qui ab parentibus Persis, qui in urbe Fi kisra فِي كِسْرَى habitabant, ortus esse dicitur. Sedem suam El medînae collocaverat, ubi cibaria vendebat, versans in familiaritate Abdallae ben dschafer, hominis liberalitate clari, qui ex propinquis Muhammedis erat. Ispahanensis de Sâïbo praeter alia haec tradit: هُوَ أَوَّلُ مَنْ عَمِلَ ٱلْعُودَ بِٱلْمَدِينَةِ وَغَنَّى بِهِ i. e. „ille primus citharam confecit El medînae, atque ad eam cecinit;“ atque haec: سَايِبٌ خَاثِرٌ أَوَّلُ مَنْ غَنَّى بِٱلْعَرَبِيَّةِ ٱلْغِنَآءَ ٱلثَّقِيلَ

i. e. „Sâïb châthir primus arabice cecinit cantum gravem.“ Occisus est die El harrae يَوْمَ الحَرَّة sive in proelio Harrensi, quod anno sexagesimo tertio apud El medînam commissum est, quum Moslim ben okba Morrita, ab Jesîd ben moawija, chalifa Omajjida, missus, Medinenses adgrederetur, causae Abdallae ben essobeir, qui chalifatum ibi adfectabat, faventes. 3. Towais طُوَيْس sive أَبُو عَبْدِ ٱلنَّعِيمِ عِيسَى بْنُ عَبْدِ ٱللّٰه Abu abd ennaîm îssa ben abdalla, cliens Machsûmitarum, qui habitabat El medînae. Erat ex iis, qui ٱلْمُخَنَّثُونَ *inflexi* i. e. pathici, molles, vocabantur; qui utrum impotentes, an hermaphroditi fuerint, non satis liquere mihi videtur. Plerique quidem illud vocabulum homines ad venerem impotentes significare ferunt; sed imperante Soleimâno ben abdelmâlik, chalifa Omajjida, moechis infesto, hi homines El medinae castrati sunt, ne feminis, ad quas aditus iis patebat, ignominiam inferrent. Quam castrationem Arabes quidem propter mendum scripturae, quod in chalifae litteras, ad praefectum El medinae datas, irrepsit, factam esse perhibent; nam pro أَحْصِ numera! ab librario positum esse أَخْصِ castra! Verum, utut res haec sese habet, hominibus illis mollibus chalifam aliquid intentasse, constat, ne libidine grassarentur. De qua re plura disputarunt Reiskius, annal. Abulf. tom. 1. adnot. pag. 109. et Freytagius, Arabum Proverb. tom. 1. pag. 451. 463. Towais, antequam eius mollities constitit, praenomen أَبُو عَبْدِ ٱلْمُنْعِمِ Abu abd el munim, cognomen طَاوُوس Tawûs, habuisse dicitur. Ispahanensis de eo tradit haec: وَكَانَ لَا يَضْرِبُ بِٱلْعُودِ إِنَّمَا كَانَ يَنْقُرُ بِٱلدُّفِّ وَكَانَ ظَرِيفًا عَالِمًا بِأَمْرِ ٱلْمَدِينَةِ وَأَنْسَابِ أَهْلِهَا وَكَانَ نَسَّابَةً i. e. „non pulsabat citharam, sed percutiebat tympanum; erat literatus, peritusque rerum El medînae, stirpiumque eius incolarum, genealogusque;“ atque haec: كَانَ أَوَّلَ مَنْ تَغَنَّى بِٱلْمَدِينَةِ غِنَآءً يَدْخُلُ فِي ٱلْإِيقَاعِ طُوَيْس i. e. „primus El medînae cantum numeris adstrictum cecinit Towais.“ Proverbium, quod ab eo natum est: أَشْأَمُ مِنْ طُوَيْس i. e. „infaustior quam Towais“ ab Meidanensi explicatum Reiskius in Abulf. annal. tom. 2. pag. 588. adtulit. 4. Naschît نَشِيط Persa, servus Abdallae ben dschafer, qui cantum persicum docuit El medinae, arabicum vero ibi didicit. De quo Ispahanensis eo loco, quo de Sâïbo châthiro exponit, haec narrat: ثُمَّ قَدِمَ رَجُلٌ فَارِسِيٌّ يُسَمَّى بِنَشِيطٍ فَغَنَّى فَأُعْجِبَ عَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ جَعْفَرٍ بِهِ فَقَالَ لَهُ سَائِبُ خَاثِرٌ أَنَا أَصْنَعُ لَكَ مِثْلَ غِنَآءِ هٰذَا ٱلْفَارِسِيِّ بِٱلْعَرَبِيَّةِ i. e. „deinde eo accessit homo quidam Persa, qui adpellabatur Naschît, ibique cecinit. Quem quum Abdalla ben dschafer admiraretur, Sâïb châthir: „equidem, inquit, cantilenas tibi componam, quae cantum huius hominis Persae referant, arabicas;“ atque porro haec: ثُمَّ أَشْتَرَى عَبْدُ

ٱللّٰهِ بْنُ جَعْفَرٍ نَشِيطًا بَعْدَ ذٰلِكَ فَأَخَذَ عَنْ سَائِبِ خَاثِرٍ ٱلْغِنَآءَ ٱلْعَرَبِىَّ i. e. „deinde Abdalla ben dschafer emit Naschitum, postquam illa acciderant; quo facto, Naschit ab Sâïbo châthiro cantum arabicum didicit."

5. Ebn soreidsch sive أَبُو يَحْيَى عُبَيْدُ بْنُ سُرَيْجٍ Abu jachja obeid ben soreidsch, cliens Naufelitarum, familiaris Abdallae ben dschafer. Ortus est Mekkae, decessitque imperante Hischâmo ben abdelmâlik, natus annos octoginta quinque. Mollis مُخَنَّثٌ fuisse dicitur, cognomenque habuisse وَجْهُ ٱلْبَابِ i. e. facies ianuae. Ispahanensis de eo adposuit haec: وَكَانَ يَلْبَسُ كُمَّةً وَكَانَ لَا يُغَنِّى إِلَّا مُتَقَنِّعًا مُسْبَلَ ٱلْقِنَاعِ عَلَى وَجْهِهِ i. e. „utebatur pileo, sed non canebat, nisi capite ita velato, ut velamen faciem tegeret;" atque haec: وَكَانَ إِذَا غَنَّى لَهُ قِنَاعَةٌ عَلَى وَجْهِهِ حَتَّى لَا يُؤْبَهَ لَهُ وَكَانَ يُوقِعُ بِٱلْقَضِيبِ i. e. „quando canebat, velamen eius faciei obductum erat, ne quis eum intueretur, numerosque significabat baculo." Ab operariis Persis, qui Kaabam reficerent, atque ab Ebn musaddschidsch, cantum didicisse, citharamque ad modum cithararum persicarum confectam habuisse fertur. Cantu certabat cum Mabedo, qui ipsi aequalis fuit, citharoedo clarissimo; qui quum septem cantilenas composuisset, quae *civitates Mabedi* vocabantur, summa laude celebratas, citharoedi Mekkani ex cantilenis ab Ebn soreidscho compositis item septem elegerunt, quae cum civitatibus Mabedi de palma concertarent. Quae vocantur: ٱلسَّبْعَةُ ٱلَّتِى جُعِلَتْ لِٱبْنِ سُرَيْجٍ بِإِزَآءِ سَبْعَةِ مَعْبَدٍ i. e. „septem illae, ab Ebn soreidscho compositae, quae aemulae oppositae sunt septem cantilenis Mabedi;" sive ٱلسَّبْعَةُ ٱلسُّرَيْجِيَّةُ i. e. septem Soreidschicae. Qua de re Ispahanensis haec retulit: ذُكِرَ عِنْدَ إِسْحَاقَ يَوْمًا أَصْوَاتُ مَعْبَدٍ ٱلسَّبْعَةُ فَقَالَ وَٱللّٰهِ مَا سَبْعَةُ ٱبْنِ سُرَيْجٍ بِدُونِهِنَّ فَقُلْنَا لَهُ وَأَىُّ سَبْعَةٍ فَقَالَ إِنَّ مُغَنِّى ٱلْمَكِّيِّينَ لَمَّا سَمِعُوا سَبْعَةَ مَعْبَدٍ وَشُهْرَتَهَا لَحِقَتْهُمْ لِذٰلِكَ غَيْرَةٌ فَٱجْتَمَعُوا فَٱخْتَارُوا مِنْ غِنَآءِ ٱبْنِ سُرَيْجٍ سَبْعَةً فَجَعَلُوهَا بِإِزَآءِ سَبْعَةِ مَعْبَدٍ ثُمَّ خَايَرُوا أَهْلَ ٱلْمَدِينَةِ فَٱنْتَصَفُوا مِنْهُمْ i. e. „quum aliquando apud Ishâkum [citharoedum clarissimum] fieret mentio septem cantilenarum Mabedi, dixit ille: „per Deum, septem cantilenae Ebn soreidschi non inferiores, quam illae, sunt." Tum Ishâko diximus: „quaenam septem?" Respondit: „citharoedi Mekkani, quum septem cantilenas Mabedi audivissent, earumque claritudinem cognovissent, aemulatione ducti, communi consensu ex cantilenis Ebn soreidschi elegerunt septem, quas aemulas opposuerunt septem cantilenis Mabedi. Quibus propositis, certamen cum Medinensibus inierunt, suumque obtinuerunt ius." Deinde Ispahanensis hoc sui libri loco septem cantilenas illas

Ebn soreidschi enumerat. 5. Mabed sive أَبُو عَبَّادٍ مَعْبَدُ بْنُ وَهْبٍ Abu abbâd mabed ben wahb, Medinensis, cliens Abdarrachmâni ben katan, citharoedus laudatissimus, qui ab Naschîto, Persa, et Sâibo châthiro, et Dschemîla, cantrice Medinensi, cantum didicisse fertur. Saepe Damasci cecinit in aula El walîdi ben jesîd, chalifae Omajjidae. Modos cantilenarum permultarum composuit, quarum quinque certis nominibus appellavit; quae أَصْوَاتُ مَعْبَدٍ ٱلْمَعْرُوفَةُ بِأَلْقَابِهَا i. e. „cantilenae Mabedi, quae cognominibus suis significantur“ vocari solent. Primam Mabed nuncupavit ٱلدَّوَّامَةُ *turbinem* propter: لِكَثْرَةِ مَا فِيهِ مِنَ ٱلتَّرْجِيعِ i. e. „crebram, quae in ea fiebat, vocum repetitionem;“ prima huius cantilenae verba sunt: هُرَيْرَةَ وَدِّعْهَا وَإِنْ لَامَ لَائِمُ i. e. „Horaira! vale, dic ipsi, quamvis vituperet vituperator!“ carmen composuit Meimûn ben kais, qui El ascha cognominabatur, poeta Arabs antiquus. Secundam cantilenam Mabed nuncupavit ٱلْمُنَمْنَمُ *virgatam*; prima eius verba sunt: هَاجَ ذَا ٱلْقَلْبَ مِنْ تَذَكُّرِ جُمْلِ i. e. „commovit hoc cor ex recordatione Dschumlae;“ carmen composuit Ismaïl ben jassâr. Tertiam cantilenam Mabed nuncupavit عُقَصَاتُ ٱلْقُرُونِ *nodi cornuum*; prima eius verba sunt: أَمِنْ آلِ لَيْلَى بِٱلْمَلَا مُتَرَبَّعُ i. e. „num gentis Leilae exstat in hoc deserto mansio verna?“ carmen composuit Amr ben saîd ben seid. Quartam cantilenam Mabed nuncupavit ٱلْمُتَبَخْتِرُ *superbientem*; prima eius verba sunt: جَعَلَ ٱللَّهُ جَعْفَرًا لَكَ نَعْلًا i. e. „reddat Deus Dschafcrum tibi soleam!“ carmen composuit El achwas. Quintam cantilenam Mabed nuncupavit مَقْطَعُ ٱلْأَثْغَارِ *terminus faucium*; prima eius verba sunt: ضَوْءُ بَرْقٍ بَدَا لِعَيْنِكَ أَمْ شُبَّتْ i. e. „utrum lumen fulguris adparuit oculo tuo, an accenditur?“ carmen composuit El achwas. Porro Mabed cantilenas septem composuit, quae مُدُنُ مَعْبَدٍ *civitates Mabedi* sive حُصُونُ مَعْبَدٍ *castella Mabedi* nominatae sunt. Quod unde factum sit, Ispahanensis ita exposuit: قَالَ مَعْبَدٌ وَقَدْ سَمِعَ رَجُلًا يَقُولُ إِنَّ قُتَيْبَةَ بْنَ مُسْلِمٍ فَتَحَ سَبْعَةَ حُصُونٍ أَوْ سَبْعَ مُدُنٍ بِخُرَاسَانَ فِيهَا سَبْعَةُ حُصُونٍ صَعْبَةُ ٱلْمُرْتَقَى وَٱلْمَسَالِكِ لَمْ يُوصَلْ إِلَيْهَا قَطُّ فَقَالَ وَٱللَّهِ لَقَدْ صَنَعْتُ سَبْعَةَ أَلْحَانٍ كُلُّ لَحْنٍ مِنْهَا أَشَدُّ مِنْ فَتْحِ تِلْكَ الْحُصُونِ i. e. „dixit Mabed, quum aliquando ex quodam homine audivisset, quum haec diceret: „Koteiba ben moslim expugnavit septem castella, vel septem civitates in Chorâssâna sitas, in quibus septem castella exstructa sunt, difficilia adscensu atque aditu, in quae antea non penetratum est;“ sic respondens: „per Deum! equidem composui septem modos, quorum quisque difficilior est, quam expugnatio illorum castellorum.“ Singula deinde Ispahanensis enumerat septem haec Mabedi castella. Filium

Mabed habuit كَرْدَمٌ Kerdamum, qui et ipse aliquot cantilenarum modos composuit. Praestantiam cantus, quo Mabed excelluit, hoc versiculo celebrarunt:

أَجَادَ طُوَيْسٌ وَٱلسُّرَيْجِىُّ بَعْدَهُ ‎ وَمَا قَصَبَاتُ ٱلسَّبْقِ إِلَّا لِمَعْبَدِ

Excelluit Towais, atque Soreidsehita post eum;
Sed ad calcem non decucurrit, nisi Mabed!

7. El garîd ٱلْغَرِيضُ sive أَبُو زَيْدٍ عَبْدُ ٱلْمَلِكِ Abu seid abdelmâlik, cliens illius tribus, quae El abalât ٱلْعَبَلَاتُ vocabatur, citharoedus Mekkanus, qui a gente Berberica ortus esse dicitur. Cognomen El garîdi i. e. *vegeti* ideo accepit, quia colore vegeto et hilari erat. Primo ab Ebn soreidseho cantum didicit, deinde ab feminis, quae homines in proeliis caesos deflebant. Qua de re Ispahanensis haec tradit: فَقُلْنَ لَهُ هَلْ لَكَ أَنْ تَسْتَمِعَ نَوْحَنَا عَلَى قَتْلَانَا فَتَأْخُذَهُ وَتُغَنِّيَ عَلَيْهِ قَالَ نَعَمْ فَٱفْعَلْنَ فَأَسْمَعْنَهُ ٱلْمَرَاثِىَ فَٱحْتَذَاهَا وَخَرَّجَ غِنَآءً عَلَيْهَا كَٱلْمَرَاثِى وَكَانَ يَنُوحُ مَعَ ذٰلِكَ فَيَدْخُلُ ٱلْمَآتِمَ وَتُضْرَبُ دُونَهُ ٱلْحُجُبُ ثُمَّ يَنُوحُ فَيَفْتِنُ كُلَّ مَنْ سَمِعَهُ وَلَمَّا كَثُرَ غِنَآؤُهُ ٱشْتَهَاهُ ٱلنَّاسُ وَعَدَلُوا إِلَيْهِ لِمَا كَانَ فِيهِ مِنَ ٱلشَّجَا i. e. „tum feminae ei dixerunt: „placetne tibi, ut audias lessum nostrum, quo occisos nostros ploramus, ita ut eum discas, atque ad eius modum canas?“ Respondit: „maxime, agitedum!“ Itaque illae naenias ei cecinerunt. Quas imitatus, cantum composuit ad naenias accommodatum. Atque lessum quoque fundebat, adibatque conventum feminarum plangentium. Aulaea mittebantur quando intrabat; deinde lessum ita canebat, ut auditores omnes admiratione adficeret. Ita quum frequenter caneret, homines favore eum amplexi sunt, ad eum inclinati propter concentus eius flebiles.“ Quum paulatim inclaresceret, summa laudis aemulatio inter eum et Ebn soreidsehum intercessit. Sekîna bint el hossein vero, femina nobilis, magnoque ingenio praedita, audito utriusque citharoedi cantu, iis dixit: وَٱللّٰهِ مَا أُفَرِّقُ بَيْنَكُمَا وَمَا مَثَلُكُمَا عِنْدِى إِلَّا كَمَثَلِ ٱللُّؤْلُؤِ وَٱلْيَاقُوتِ فِى أَعْنَاقِ ٱلْجَوَارِى ٱلْحِسَانِ لَا يُدْرَى أَىُّ ذٰلِكَ أَحْسَنُ i. e. „nihil inter vos interesse mihi videtur, neque vos similes esse existimo, nisi margaritis illis, gemmisque, quae puellarum collis formosarum induntur, quarum utrae pulchriores sint nescitur.“ 8. El burdân ٱلْبَرْدَانُ sive Burdân, foro Medinensi praefectus; de quo Ispahanensis praeter alia prodidit haec: ٱلْبَرْدَانُ لَقَبٌ غَلَبَ عَلَيْهِ وَمِنَ ٱلنَّاسِ مَنْ يَقُولُ بُرْدَانٌ مِنْ أَهْلِ ٱلْمَدِينَةِ وَأَخَذَ

ٱلْغِنَـآءَ عَنْ مَعْبَدٍ وَقَبْـلَهُ عَنْ جَمِيلَةَ وَعَزَّةَ ٱلْمَيْـلَآءِ وَكَانَ مُعَدَّلاً مَقْـبُولَ ٱلشَّهَادَةِ وَكَانَ يَـتَوَلَّى ٱلسُّوقَ بِٱلْمَدِينَةِ قَالَ هَرُونُ بْنُ ٱلزَّيَّاتِ حَدَّثَنِي أَبُو أَيُّوبَ ٱلْمَدَنِيُّ عَنْ مُحَمَّدِ بْنِ سَلَامٍ قَالَ هُوَ بُرْدَانُ بِضَمِّ ٱلْـبَـآءِ وَتَسْكِينِ ٱلرَّآءِ i. e. „El burdân est cognomen, quo plerumque adpellabatur; ab nonnullis pro eo ponitur Burdàn. Fuit Medinensis, cantumque ab Mabedo didicit, primo vero ab Dschemîla et Assa el meila. Erat testis publicus, cuius testimonium recipiebatur, foro Medinensi praefectus. Dixit Harùn ben essajjât: haec mihi tradidit Ajjûb Medinensis, qui ab Mohammed ben salâm ea acceperat; qui dixit: nomen illius hominis est Burdân, cum Bâa dammata et Râa quiescente.“ 9. Bodaich بُدَيْحٌ sive بُدَيْحٌ ٱلْمَلِيحُ i. e. Bodaichus venustus, cliens Abdallae ben dschafer, ab quo traditiones sacras didicisse fertur. Matrem habuit Berberam. Plerumque cantilenas ab aliis, Naschito, Sâibo châthiro, Towaisso, compositas canebat; ipse paucas confecit.

10. Ebn âïscha ٱبْنُ عَائِشَةَ sive أَبُو جَعْفَرٍ مُحَمَّدُ بْنُ عَائِشَةَ Abu dschafer mohammed ben âïscha, citharoedus Medînensis, qui, quum nomen eius patris non certe sciretur, ab matre Aïscha patronymicum traxit, quae in clientela Kothajjiri ben essalt Kinditae erat. Conviciantes adpellabant Ebn aïscham ٱبْنُ عَاهَةِ ٱلدَّارِ *filium calamitatis domus*, vel ٱبْنُ عَاهِرَةِ ٱلدَّارِ *filium scorti domus.* Cantum Ebn âïscha ab Mabedo et Mâlik ben abis samch didicit, quibus dexteritate et fama non dispar fuit, quanquam ipse eos sibi praeferebat. Ispahanensis de eo praeter alia tradit haec: وَقَدْ قِيلَ أَنَّهُ كَانَ ضَارِبًا وَلَمْ يَـكُنْ بِٱلْجَـيِّدِ ٱلضَّرْبِ وَقِيلَ بَلْ كَانَ مُرْتَجِلًا لَمْ يَضْرِبْ قَطُّ وَٱبْتِدَآؤُهُ بِٱلْغِنَـآءِ كَانَ يُضْرَبُ بِهِ ٱلْمَثَلُ i. e. „dicitur ille fides pulsasse, sed hanc artem non satis calluisse. Alii vero eum, nullo instrumento musico adhibito, cecinisse, neque fides unquam pulsasse ferunt. Inceptio canendi, qua utebatur, in proverbium cessit [propter praestantiam].“ Quo ex loco verba غَنَّى مُرْتَجِلًا significare „cecinit sine fidibus“ satis certe intelligitur. Quod idem suadet locus alius, quo Ispahanensis de Ebn soreidscho tradit haec: وَكَانَ يُغَنِّي مُرْتَجِلًا وَيُوقِعُ بِقَضِيبٍ i. e. „canebat sine fidibus, significans numeros baculo.“ Quae significatio verbi ٱرْتَجَلَ ad eam pertinet, quam Fîrûsâbâdensis adnotavit: „ipse rem peregit solus.“ Cecinit Ebn aïscha etiam in aula El walîdi ben iesîd, chalifae Omajjidae. 11. Ebn muchris ٱبْنُ مُحْرِزٍ sive أَبُو ٱلْخَطَّابِ مُسْلِمُ بْنُ مُحْرِزٍ Abul chattâb moslim ben muchris, cliens Machsûmitarum, cuius pater

ex ostiariis Kaabae مِنْ سَدَنَةِ ٱلْكَعْبَةِ fuisse dicitur, ab gente persica ortus. Modo El medînae versabatur, ab Assa el meila, cantrice clarissima, fides discens, modo Mekkae. Persiam ac Syriam peragravit, ut cantilenas in illis regionibus usitatas arriperet, suumque in usum, quae sibi placerent, converteret. Primus illum cantum, qui ٱلرَّمَلُ i. e. *incitatior* vocatur, introduxisse fertur. Adpellabatur cognomine صَنَّاجُ ٱلْعَرَبِ *citharista Arabum*. Principum aulas non frequentabat, neque in circulos sese inferebat, nisi raro, quia lepra adfectus erat, quo morbo periit. 12. Honein sive أَبُو كَعْبٍ حُنَيْنُ بْنُ بَلُوعٍ الْحِيرِيُّ Abu kaab honein ben balû Hirensis, christianus, homo ingenuus et poeta, qui in provincia Irâkensi magnam famam habuit. Ispahanensis de eo praeter alia tradit haec: كَانَ شَاعِرًا مُغَنِّيًا فَحْلًا مِنْ فُحُولِ ٱلْمُغَنِّينَ لَهُ صَنْعَةٌ فَاضِلَةٌ مُتَقَدِّمَةٌ وَكَانَ يَسْكُنُ الْحِيرَةَ وَيُكْرِى الْجِمَالَ إِلَى ٱلشَّأْمِ وَغَيْرِهَا وَكَانَ نَصْرَانِيًّا i. e. „fuit ille poeta, et simul citharoedus, qui ex principibus citharoedorum fuisse censetur, modosque composuit egregios, celeberrimosque. Locabat camelos iis, qui in Syriam, vel regionem aliam, iter instituebant, eratque christianus.“ Ebn muehriso, quum El kûfam venisset, Honeinus, de sua fama metuens, quingentos dinâros dedit, ea conditione adposita, ut statim ex provincia Irakensi decederet; ad quam conditionem Ebn muchris, quum parum ambitiosus esset, accessit.

2. Cantrices primis chalifis aequales.

13. Dschemîla جَمِيلَةُ clienta Solcimitarum, quae maritum habebat clientem quendam tribus El hârith ben el chasradsch, habitabatque Essunchi, qui locus prope El medînam situs est. Sâïbum châthirum, qui in vicinia versabatur, quum Dschemîla canentem, fidesque pulsantem, audivisset, clam hanc artem ipsa arripuisse fertur, multosque deinde viros et feminas ad cantum instituisse, Mabedum, Ebn âïscham, Habbâbam, Sallâmam, Okeilam, Choleidam, Robeieham. Unde factum est, ut Mabed dicere soleret: أَصْلُ ٱلْغِنَآءِ جَمِيلَةُ وَفَرْعُهُ نَحْنُ وَلَوْلَا جَمِيلَةُ لَمْ نَكُنْ نَحْنُ مُغَنِّينَ i. e. „radix cantus fuit Dschemîla, cuius surculi ipsi sumus, neque, si Dschemîla non exstitisset, iam citharoedi essemus.“ 14. Râïka رَايِقَةُ cantrix Medinensis, illustri laude celebrata, quae fuisse dicitur magistra Assae el meila. Nonnulla, quae de ea Ispahanensis tradidit, in chrestomathia arabica, pag. 131—135. adtulimus. 15. Assa el meila عَزَّةُ ٱلْمَيْلَآءِ i. e. Assa nutabunda, quo cognomine ideo adpellata est, quia nutante corpore incedebat. Erat cantrix Medinensis, clienta Anssâriorum, propter praestantiam cantus, et venustatem corporis, gratosque mores, omnibus acceptissima. Plura de ea retulimus, ex libro Ispaha-

nensis sumta, in chrestomathia arabica, pag. 130. Quo loco etiam aliarum, illius temporis cantricum, Sirînae, Sarnabae, Chaulae, Arrabâbae, Selmae, mentio fit.

3. Citharoedi chalifis Omajjidis aequales.

16. Mâlik مَالِكٌ sive أَبُو ٱلْوَلِيدِ مَالِكُ ٱبْنُ أَبِي ٱلسَّمْحِ جَابِرٍ Abul walîd mâlik ben abis samch dschâbir, homo ingenuus, Tajjita. Liberaliter educatus est El medînae in domo Abdallae ben dschafer ben abi tâlib, cantumque ab Dschemîla, Mabedo, et Omar el wâdi, accepit; deinde in familiaritatem Soleimâni ben ali venit, qui El basrae versabatur. Vixit per totum chalifarum Omajjidarum aevum, cantilenasque composuit permultas. Ispahanensis in iis, quae de El abbâsso ben mirdâs, poeta claro, tradit, cantilenae mentionem facit, quam Malik composuerat, cantum quendam, quem in quodam coenobio ex monachis christianis audiverat, imitans. 17. Iûnis el kâtib يُونُسُ ٱلْكَاتِبُ i. e. Iunis notarius, sive يُونُسُ بْنُ سُلَيْمَانَ بْنِ كُرْدِ بْنِ شَهْرِيَارَ Iûnis ben soleimân ben kurd ben schehrijâr, ab gente persica ortus, natus atque educatus El medînae, ubi cliens Amri ben essobeir fuisse fertur. Pater, qui erat iureconsultus, filium tradidit collegio eorum, qui rationes publicas ponerent; apud quos notarius fuit. Cantum didicit ab Ebn sorcidscho, Ebn muchriso, El garîdo, plurimum vero ab Mabedo, inter cuius discipulos praestabat ingenio. Ex cantilenarum modis ab Iûnisso compositis sunt septem, qui prae ceteris inclaruerunt, adpellatique sunt زَيَانِبُ يُونُسَ *Seinabae Iunissi.* Nam harum cantilenarum verbis Seinabam, quae quidem erat زَيْنَبُ بِنْتُ عِكْرِمَةَ بْنِ عَبْدِ ٱلرَّحْمَنِ بْنِ ٱلْحَارِثِ بْنِ هِشَامٍ Seinaba, filia Ikrimae ben abdarrachmân ben el hârith ben hischâm, feminam formosam, illustrique loco ortam, illo tempore celebraverat ٱبْنُ رُهَيْمَةَ Ebn rohcima, Iûnisso aequalis; verba carminum vero modis musicis descripsit Iûnis. Nomen Seinabae in primo uniuscuiusque septem illorum carminum versiculo positum invenitur. Carminis primi versiculus primus hic est: أَقْصَدَتْ زَيْنَبُ قَلْبِي ۞ بَعْدَمَا ذَهَبَ ٱلْبَاطِلُ مِنِّي وَٱلْغَزَلُ i. e. „confodit Seinaba cor meum posteaquam me iam fugerant ioci atque amores.“ Septem cantilenas illas Ispahanensis enumeravit, quibus nonnulli Seinabam octavam, nonamque, adiiciebant. Primus Iûnis cantilenas, quae illo tempore acceptissimae erant, ab citharoedis variis compositas, in librum digessit; de quo Ispahanensis haec adnotavit: وَلَهُ غِنَآءٌ حَسَنٌ وَصَنْعَةٌ كَثِيرَةٌ وَشِعْرٌ جَيِّدٌ وَكِتَابُهُ فِي ٱلْأَغَانِي وَنَسَبَهَا إِلَى مَنْ غَنَّى فِيهَا هُوَ ٱلْأَصْلُ ٱلَّذِي يُعْمَلُ عَلَيْهِ وَيُرْجَعُ إِلَيْهِ وَهُوَ أَوَّلُ مَنْ دَوَّنَ ٱلْغِنَآءَ i. e. „composuit cantum eximium, modosque confecit multos, carmi-

naque praestantia; liber ille vero, quo cantilenas consignavit, nominaque eorum, qui modos confecerunt, adposuit, fundamentum illud est, cui opera datur, cuiusque ratio habetur; primus enim ille cantum in librum digessit."

18. El abdschar ٱلْأَبْجَر i. e. ventriosus, cui erat nomen أَبُو طَالِب عُبَيْد ٱللّٰه بن ٱلْقَاسِم Abu tâlib obeidalla ben el kâssim, cliens Kinânitârum, Mekkanus; alio cognomine appellatus est خَشْخَاش *Chasch-châsch* i. e. papaver. Erat homo ingeniosus, liberalis, forma praestans, vestituque utebatur splendidiore. Saepius eum audivit El walid ben iesid, chalifa Omajjida. 19. Ebn mosch-ab ٱبْن مُشْعَب ٱلطَّايِفِيّ natus Tâïfae, quae est civitas in Arabia meridionali sita. Modos cantilenarum complurium composuit, quorum maior pars postea citharoedis aliis, ut Ebn soreidscho et Ebn much-riso, falso attributa est. 20. Atarrad sive أَبُو هَرُون عَطَرَّد Abu harûn atarrad, cliens Anssâriorum, Medinensis, qui habitabat in vico Kubensi قُبَى prope El medînam sito. Erat homo litteris eruditus, Korâni iurisque civilis peritus, testisque publicus مُعَدِّل ٱلشَّهَادَة in iudiciis Medinensibus. Canebat مُرْتَجِلًا i. e. sine fidibus, modosque componebat praeclaros. Usque ad tempus Harûni arraschîdi vixisse fertur. 21. Abu saîd sive أَبُو سَعِيد إِبْرَاهِيم مَوْلَى فَايِد Abu saîd ibrahîm, cliens Fâïdi, qui ipse erat cliens Amri ben othmân ben affân. Erat Abu saîd homo probus, مَقْبُول ٱلشَّهَادَة بِٱلْمَدِينَة مُعَدَّلًا cuius testimonium recipiebatur El medînae, testis publicus. Poesi quoque operam dabat, carminibusque multis Omajjidarum interitum deflevit. Apud poetas adpellabatur ٱبْن أَبِي سُنَّة مَوْلَى بَنِي أُمَيَّة Ebn abi sanna, cliens Omajjidarum, apud citharoedos Abu saîd, cliens Fâïdi. 22. Kail sive يَحْيَى قَيْل مَوْلَى ٱلْعَبَلَات sive Iachja kail, cliens tribus El abalât, Mekkanus, qui ex famulis Thorajjae ثُرَيَّا filiae Alii ben abdallae ben el hârith ben omajja el asgar fuisse dicitur, quae etiam El garidum habebat servum. 23. Eddallâl ٱلدَّلَّال i. e. *lepidus* sive أَبُو زَيْد نَافِذ ٱلدَّلَّال Abu seid nâfids eddallâl, Medinensis, cliens Aïschae, filiae Saîdi ben el âss. Firûsâbâdensis pag. 1448. cognomen huius hominis ٱلدَّلَّال Eddalâl fuisse perhibet. Nuweirita cognomen illud eum accepisse fert لِشَكْلِهِ وَحُسْن ظَرْفِهِ وَدَلِّهِ وَحَلَاوَة مَنْطِقِهِ وَحُسْن وَجْهِهِ i. e. „propter lusus amatorios, facetias gratas, urbanitatem, suavitatem vocis, formosamque faciem;" de eius cantu tradit haec: وَلَمْ يَكُنْ يُغَنِّي إِلَّا غِنَآء مُضَاعَفًا يَعْنِي كَثِير ٱلْعَمَل i. e. „non canebat nisi cantum duplicatum sive studiose tractatum." Erat ex ٱلْمُخَنَّثُون hominibus inflexis, de quibus pag. 11. diximus. Mentio eius fit in proverbiis arabicis tom. 1. pag. 451. ab Freytagio editis.

24. Adschâdscha sive عَجَاجَةُ ٱلْمُخَنَّثُ Adschâdscha inflexus, qui El basrae habitabat, hominum inflexorum huius civitatis clarissimus.

25. Asch-ab أَشْعَبُ sive أَبُو ٱلْعَلَاءِ أَشْعَبُ بْنُ جُبَيْرٍ Abul alâ asch-ab ben dschobeir, cuius pater fuit ex clientibus Sobeiritarum. Educatus est Asch-ab El medînae in domo Aïschae, filiae Othmâni ben affân. Verum eius nomen شُعَيْبٌ *Schoaib* fuisse, ab vulgo vero in أَشْعَبُ *Asch-ab* mutatum esse fertur. Asch-ab tam ardenti avaritia fuisse dicitur, ut eius cupiditas in proverbium veniret. 26. Abâdil عَبَادِلُ sive عَبَادِلُ بْنُ عَطِيَّةَ Abâdil ben atijja, Mekkanus, de quo Ispahanensis praeter alia haec tradit: هُوَ عَبَادِلُ بْنُ عَطِيَّةَ مَوْلَى قُرَيْشٍ مَكِّيٌّ مُغَنٍّ مُحْسِنٌ مِنَ ٱلطَّبَقَةِ ٱلثَّانِيَةِ ٱلَّتِي فِيهَا يُونُسُ ٱلْكَاتِبُ وَسِيَاطٌ وَدَحْمَانُ وَكَانَ حَسَنَ ٱلْوَجْهِ نَظِيفَ ٱلثِّيَابِ ظَرِيفًا وَلَمْ يُفَارِقِ ٱلْحِجَازَ وَلَا وَفَدَ إِلَى ٱلْمُلُوكِ مِنْ بَنِي أُمَيَّةَ كَمَا وَفَدَ غَيْرُهُ مِنْ طَبَقَتِهِ وَمَنْ دُونَهَا وَمَنْ فَوْقَهَا وَيُقَالُ أَنَّهُ كَانَ مَقْبُولَ ٱلشَّهَادَةِ i. e. „fuit ille Abâdil ben atijja, cliens Koreischitarum, Mekkanus, citharoedus praestans ex classi secunda, ex qua etiam Iûnis notarius, Sijât, et Dachmân, fuerunt. Erat facie venusta; vestitu utebatur nitido, facetusque erat. Non reliquit El hidschâsam, neque reges Omajjidas convenit, quod alii faciebant, qui ex eadem classi erant, aliique, tum iuniores, tum antiquiores. Diciturque eius testimonium acceptum fuisse.“ 27. Abu kâmil sive أَبُو كَامِلٍ ٱلْغُزَيِّلُ Abu kâmil el gusajjil, cliens El walîdi ben iesîd, chalifae Omajjidae, homo festivo sermone conspicuus. 28. Ismaïl ben el hirbids إِسْمَعِيلُ بْنُ ٱلْهِرْبِذِ Mekkanus, cliens gentis Essobeiri ben el awwâm. Fuit ex citharoedis El walîdi ben iesîd; vixit vero usque ad tempus Harûni arraschîd. 29. El hodsali el akbar i. e. El hodsali maior, sive أَبُو مَسْعُودٍ سَعِيدٌ ٱلْهُذَلِيُّ ٱلْأَكْبَرُ Abu masûd saîd el hodsali el akbar, lapicida Mekkanus, qui ollas lapideas e saxo sculpebat, et simul cantu admirationem sui Mekkanis iniiciebat. Ebn soreidschi filiam duxit, modosque cantilenarum ab eius patre compositos ab ea didicit; qua de re Ispahanensis nonnullos haec tradidisse fert: فَأَخَذَ ٱلْهُذَلِيُّ غِنَاءَ أَبِيهَا عَنْهَا فَٱنْتَحَلَ أَكْثَرَهُ فَعَامَّةُ غِنَاءِ ٱلْهُذَلِيِّ لِٱبْنِ سُرَيْجٍ مِمَّا أَخَذَهُ مِنِ ٱبْنَتِهِ i. e. „tum didicit El hodsali modos eius patris ab ea, eorumque plurimos sibi arrogavit; maior igitur pars modorum El hodsali ab Ebn soreidscho composita est, suntque hi ex iis, quos ab filia Ebn soreidschi ille accepit.“ 30. El hodsali el asgar ٱلْهُذَلِيُّ ٱلْأَصْغَرُ i. e. El hodsali minor, cui nomen عَبْدَالُ Abdâl erat, frater El hodsalii maioris.

31. Hakam el wâdi حَكَمٌ ٱلْوَادِى sive El hakamus vallis, i. e. El hakamus, qui habitabat in وَادِى ٱلْقُرَى Wâdil kura i. e. valli oppidorum, quae vallis prope El medînam sita est. Nomen eius integrum est أَبُو يَحْيَى الحَكَمُ بْنُ يَحْيَى بْنِ مَيْمُونٍ Abu jachja el hakam ben jachja ben meimûn. Camelarius fuisse dicitur, qui ex Wâdil kura oleum camelis vehebat El medînam. Vita ei data est diuturna; cecinit enim apud El walîdum ben abdelmâlik, chalifam Omajjidam, atque apud Harûnum arraschîdum; quo imperante decessit. Fuit illo tempore in Wâdil kura coetus quidam citharoedorum, de quo Ispahanensis haec adposuit: وَكَانَ بِوَادِى ٱلْقُرَى جَمَاعَةٌ مِنَ ٱلْمُغَنِّينَ فِيهِمْ عُمَرُ بْنُ زَاذَانَ وَقِيلَ بْنُ دَاوُدَ بْنِ زَاذَانَ وَهُوَ ٱلَّذِى يُسَمِّيهِ ٱلْوَلِيدُ جَامِعُ لَذَّتِى وَحَكَمُ بْنُ يَحْيَى وَسُلَيْمَانُ وَخُلَيْدُ بْنُ عَتِيكٍ وَقِيلَ بْنُ عُبَيْدٍ وَيَعْقُوبُ ٱلْوَادِى وَكُلُّ هَؤُلَاءِ يَصْنَعُ فَيُحْسِنُ i. e. „erat in Wâdil kura coetus quidam citharoedorum, ex quibus fuerunt Omar ben sâdsân, vel ben dawûd ben sâdsân, qui ab El walîdo adpellabatur: *summa gaudii mei*, Hakam Ben jachja, Soleimân, Choleid ben atik, vel ben obeid, et Iakûb el wâdi; quorum quisque modos componebat, eosque praestantes." 32. Omar el wâdi عُمَرُ ٱلْوَادِى sive Omarus vallis, i. e. Omarus qui habitabat in Wâdil kura. Nomen eius integrum est عُمَرُ بْنُ دَاوُدَ بْنِ زَاذَانَ Omar ben dawûd ben sâdsân; avus eius, Sâdsân, cliens fuit Amri ben othmân ben affân. Omar in Wâdil kura مُهَنْدِسٌ i. e. geometra fuisse, cantumque ibi multos homines docuisse fertur, qui postea modos cantilenarum ab Omaro compositos sibi arrogabant. Singulari favore Omarum amplexus est El walîd ben iesîd, chalifa Omajjida, a quo adpellatus est جَامِعُ لَذَّتِى وَمُحْيِى طَرَبِى i. e. „summa gaudii mei, effectorque laetitiae meae." 33. Iakûb el wâdi يَعْقُوبُ ٱلْوَادِى sive Iakûbus vallis, i. e. Iakûbus, qui habitabat in Wâdil kura; qui ex iis fuisse dicitur, quos Omar el wâdi ad canendum instituit.

34. Sijât سِيَاطٌ i. e. flagella, sive أَبُو وَهْبٍ عَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ وَهْبٍ Abu wahb abdalla ben wahb, Mekkanus, cliens Chosâitarum. Cognomen Sijât ideo ei inditum est, quia saepe canebat: كَأَنَّ مَزَاحِفَ الحَيَّاتِ فِيهِ ☆ قُبَيْلَ ٱلصُّبْحِ آثَارُ ٱلسِّيَاطِ i. e. „velut si orbitae serpentium in eo paulo ante auroram essent vestigia flagellorum." Didicit cantum ab Iûnis notario, instituitque ad artem musicam Ebu dschâmium et Ibrahîmum Maussilensem, qui citharoedi postea exstiterunt clarissimi. Tantam sibi famam confecit Sijât, ut Ibrahîm Maussilensis, quum aliquando modum ab Sijâto compositum cecinisset,

filiusque eius, Ishâk, interrogaret, a quonam homine modus hic compositus esset, haec responderet: لِمَنْ لَوْ عَاشَ لَمْ يَجِدْ أَبُوكَ شَيْئًا يَأْكُلُهُ لِسِيَاطٍ i. e. „ab eo homine, qui si viveret, pater tuus id, quo aleretur, non inventurus esset, ab Sijâto.“ Cecinit Sijât etiam apud El mahdium, chalifam Abbâssidam. 35. Dachmân دَحْمَانُ sive أَبُو عَمْرٍو عَبْدُ ٱلرَّحْمٰنِ بْنُ عَمْرٍو Abu amr abdarrachmân ben amr, Medinensis, cliens Leithitarum, homo probus et spectatae fidei. Dachmân eius لَقَبٌ sive cognomen fuisse dicitur; ab nonnullis adpellabatur دَحْمَانُ ٱلْأَشْقَرُ i. e. Dachmân rufus. Ispahanensis Ishâkum haec de eo tradidisse fert: كَانَ دَحْمَانُ مَعَ شُهْرَتِهِ بِٱلْغِنَآءِ رَجُلًا صَالِحًا كَثِيرَ ٱلصَّلَاةِ مُعَدَّلَ ٱلشَّهَادَةِ مُدْمِنًا لِلْحَجِّ وَكَانَ كَثِيرًا مَا يَقُولُ مَا رَأَيْتُ بَاطِلًا أَشْبَهَ بِحَقٍّ مِنَ ٱلْغِنَآءِ i. e. „erat Dachmân, quanquam citharoedus esse sciebatur, homo probus; frequenter precabatur, testimonia publica reddebat, iterque sacrum peragebat adsidue; dicere solebat: „non vidi rem futilem, quae rei bonae similior esset, quam cantum.“ Ebn dschâmium de Dachmâno haec tradidisse Ispahanensis perhibet: كَانَ مُعَدَّلًا مَقْبُولَ ٱلشَّهَادَةِ عِنْدَ ٱلْقُضَاةِ بِٱلْمَدِينَةِ وَكَانَ أَبُو سَعِيدٍ مَوْلَى فَايِدٍ أَيْضًا مِمَّنْ تُقْبَلُ شَهَادَتُهُ وَكَانَ دَحْمَانُ مِنْ رُوَاةِ مَعْبَدٍ وَغِلْمَانِهِ ٱلْمُتَقَدِّمِينَ قَالَ وَكَانَ مَعْبَدٌ فِي أَوَّلِ أَمْرِهِ مَقْبُولَ ٱلشَّهَادَةِ فَلَمَّا حَضَرَ ٱلْوَلِيدَ بْنَ يَزِيدَ وَعَاشَرَهُ فِي تِلْكَ ٱلْهَنَاتِ وَغَنَّى لَهُ سَقَطَ عَدَالَتُهُ لِأَنَّهُ ٱجْتَمَعَ مَعَ ٱلْوَلِيدِ عَلَى مَا كَانَ يَسْتَعْمِلُهُ i. e. „testis ille fuit, cuius testimonium recipiebatur ab iudicibus Medinensibus; atque etiam Abu saîd, cliens Fâïdi, ex iis erat, quorum testimonium recipiebatur. Erat Dachmân ex recitatoribus Mabedi, eiusque famulis praestantissimis. Addidit idem: Mabed quoque ab initio aetatis fuit testis receptus; postea vero, quum ad El walîdum ben iesîd se contulisset, seque illi adiunxisset socium futilitatis, auctoritas eius testimoniorum cecidit, quia cum El walîdo conspirabat ad peragenda ea, ad quae ille eum adhibebat ministrum.“ De munere illo testimoniorum, quod عَدَالَةٌ i. e. aequitas, vocabatur, Sacyus in chrestomathia arabica tom. 1. pag. 38. 39. exposuit. 36. Essobeir ben dachmân ٱلزُّبَيْرُ بْنُ دَحْمَانَ filius Dachmâni rufi, de quo modo diximus. Ex El hidschâsa ad Harûnum arraschidum perrexit, factusque est adsectator Ibrahîmi Maussilensis, citharoedi clarissimi. Duae enim tunc Bagdâdi erant citharoedorum sectae, quarum altera Ibrahîmo Maussilensi addicta erat, altera Ibrahîmo ben el mahdi. 37. Abdalla ben dachmân عَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ دَحْمَانَ frater Essobeiri ben dachmân, filius Dachmâni rufi. Bagdâdum

perrexit, ibique sectam Ibrahimi ben el mahdi sequutus est. 38. Ebn sâchib el wudu أَبْنُ صَاحِبِ ٱلْوُضُوءِ i. e. filius praefecti lavationis, sive Abu abdalla mohammed ben abdalla, Medînensis, cliens Omajjidarum, cuius pater praeerat lavationibus مِيضَأَة Medinensibus.

4. Cantrices chalifis Omajjidis aequales.

39. Sallâmat el kass سَلَّامَةُ ٱلْقَسِّ i. e. Sallâma presbyteri, puella Medinensis, venustate corporis, cantuque suavi praestans, quae ab Mabedo, Ebn äïscha, Dschemîla et Mâliko ben abis samch, musicam didicit. Sallâma presbyteri ideo adpellata est, quia Abderrachmân ben abdalla ben ammâr Dschoschamita, Mekkanus, qui proter sanctimoniam et pietatem erga Deum ٱلْقَسّ *presbyter* vocabatur, amore eam prosequebatur. Postea Sallâmam emit Iesîd ben abdelmâlik, princeps Omajjida. Carmina quoque pangebat Sallâma. 40. Rajja رَيَّا soror Sallâmae presbyteri; utramque poeta quidam, qui عُبَيْدُ ٱللّٰهِ بْنُ قَيْسٍ ٱلرُّقَيَّات Obeidalla ben kais arrukajjât vocabatur, versibus celebravit, quorum primus hic est: لَقَدْ فَتَنَتْ رَيَّا وَسَلَّامَةُ ٱلْقَسَّا ✿ فَلَمْ تَتْرُكَا لِلْقَسِّ عَقْلًا وَلَا نَفْسَا i. e. „iam irretiverunt Rajja et Sallâma presbyterum, demseruntque presbytero mentem et animam." 41. Habbâba حَبَّابَةُ puella Medînensis, quae ab Ebn soreidscho, Ebn muchriso, Mabedo, Dschemîla, ceterisque citharoedis, qui illo tempore inclaruerant, cantum didicit. Primo adpellabatur ٱلْعَالِيَةُ El âlija; quum vero Iesîd ben abdelmâlik, chalifa Omajjida, eam emisset, nomen Habbâbae ei indidit. Tanto amore eam prosequebatur Iesîd ben abdelmâlik, ut, quum, grano mali granati suffocata, periisset, ipse, desiderio consumtus, paucis diebus post exspiraret. 42. Choleida خُلَيْدَةُ ٱلْمَكِّيَّةُ i. e. Choleida Mekkana, quae etiam خُلَيْدَةُ ٱلشَّمَّاسِيَّةُ Choleida Schammâssiana vocabatur, quia hominis cuiusdam erat, qui أَبْنُ شَمَّاسٍ Ebn schammâs adpellabatur. Ad cantum illam instituerunt Ebn soreidsch, Malik et Mabed. 43. Okaila عُقَيْلَةُ ٱلْعَقِيقِيَّةُ i. e. Okaila Akîkiana, quae et ipsa ٱلشَّمَّاسِيَّةُ Schammâssiana cognominata esse ab Nuweirita perhibetur; musicam eam docuit Dschemîla. 44. Schahda شُهْدَةُ ancilla El walîdi ben iesîd, chalifae Omajjidae, quae نَائِحَةٌ مِنْ أَهْلِ مَكَّةَ lamentaria Mekkana fuerat, sive ex iis feminis, quae mercede conductae lessum canebant. 45. Atika bint schahda عَاتِكَةُ بِنْتُ شُهْدَةَ filia illius Schahdae, de qua modo diximus. Cantu excellebat Atika, fidiumque erat peritissima; cecinit in aula Abbâssidarum. Ishâkum ben ibrahim el maussili de ea haec tradidisse Ispahanensis fert: كَانَتْ أَضْرَبَ مَنْ رَأَيْتُ بِٱلْعُودِ وَلَقَدْ

مَكَثَتْ سَبْعَ سِنِينَ أَخْتَلِفُ إِلَيْهَا فِي كُلِّ يَوْمٍ فَتَضَارِبُنِي طَرْقًا أَوْ طَرْقَيْنِ وَوَصَلَ إِلَيْهَا مِنِّي وَمِنْ أَبِي أَكْثَرُ مِنْ ثَلَاثِينَ أَلْفَ دِرْهَمٍ بِسَبَبِي دَرَاهِمَ وَهَدَايَا i. e. „fuit illa earum, quae vidi, peritissima citharae, perque annos septem quotidie mihi, cam visitanti, fidibus cecinit modum unum vel duos; unde factum est, ut a me, patreque meo, plus quam triginta millia dirhemorum acciperet, partim nummis datis, partim donis."

5. Citharoedi chalifis Abbâssidis prioribus aequales.

46. Mohammed ben el aseh-ath مُحَمَّدُ بْنُ ٱلْأَشْعَث Koraischita, notarius كَاتِبٌ Kûfensis, qui carmina quoque pangebat. Versabatur in familiaritate hominis cuiusdam liberalis, qui El kûfae habitabat, adpellabaturque Ebn râmîn, sive عَبْدُ ٱلْمَالِكِ بْنُ رَامِين Abdelmâlik ben râmîn, qui plures habebat puellas cantu praestantes, Sarkâam, Robeicham, Saadam; de quibus infra dicetur. 47. Jachja Mekkanus يَحْيَى ٱلْمَكِّيّ sive أَبُو عُثْمَانَ يَحْيَى بْنُ مَرْزُوق Abu othmân jachja ben mersûk, cliens Omajjidarum; plerumque vero hanc suam clientelam وَلَاءَه celabat, ne chalifis Abbâssidis displiceret. Cum Hidschâsensibus aliis ad El mahdium, chalifam Abbâssidam, perrexit, perque annos multos in aula Bagdâdensi cecinit; diem supremum ibi obiit, natus annos centum et viginti. Etiam filius eius, Achmed, eiusque nepos, Mohammed ben achmed, citharoedi aulici fuerunt Bagdâdi. Cantilenas celeberrimas Jachja in libro litteris consignavit, de quo Ispahanensis haec tradit: وَلَهُ كِتَابٌ فِي ٱلْأَغَانِي وَنَسَبِهَا وَأَجْنَاسِهَا كَبِيرٌ جَلِيلٌ مَشْهُورٌ إِلَّا أَنَّهُ كَالْمُطَّرَحِ عِنْدَ ٱلرُّوَاةِ لِكَثْرَةِ تَخْلِيطِهِ فِي رِوَايَاتِهِ وَٱلْعَمَلُ عَلَى كِتَابِ ٱبْنِهِ أَحْمَدَ فَإِنَّهُ صَحَّحَ كَثِيرًا مِمَّا أَفْسَدَهُ أَبُوهُ وَأَزَالَ مَا عَرَفَهُ مِنْ تَخْلِيطِ أَبِيهِ وَحَقَّقَ مَا نَسَبَهُ مِنَ ٱلْأَغَانِي إِلَى صَانِعِهِ وَهُوَ يَشْتَمِلُ عَلَى ثَلَاثَةِ آلَافِ صَوْتٍ i. e. „librum composuit de cantilenis, earumque ortu, generibusque, magnum, eximium, celebrem; iam vero ab narratoribus spernitur, quia multis locis traditiones exhibet confusas. Utuntur igitur eo libro, quem illius filius, Achmed, conscripsit; qui multa eorum, quae pater peccaverat, emendavit, confusiones, quas adesse intellexit, sustulit, ortumque earum cantilenarum, quas pater auctoribus adtribuit, adcuratius inquisivit; qui liber tria millia cantilenarum continet." 48. Achmed ben jachja el mekki أَحْمَدُ بْنُ يَحْيَى ٱلْمَكِّيّ filius illius Jachjae, de quo modo diximus. Praenomen eius erat أَبُو جَعْفَر Abu dschafer, cognomen habuit طَنِين Tanîn i. e. tinnitus. Cantu excellebat, modosque praeclaros ipse composuit; fides pul-

sabat egregie. De libro illo, quo permagnam cantilenarum copiam Achmed complexus est, Ispahanensis praeter alia haec adiecit: وَكِتَابُهُ ٱلْمُجَرَّدُ فِى ٱلْأَغَانِى وَنَسَبِهَا أَصْلٌ مِنَ ٱلْأُصُولِ ٱلْمَعْمُولِ عَلَيْهَا وَمَا أَعْرِفُ كِتَابًا بَعْدَ كِتَابِ إِسْحَاقَ يُقَارِبُ كِتَابَهُ وَلَا يُقَاسُ بِهِ i. e. „atque liber illius, quo solas cantilenas, earumque ortum, exponit, ex iis fundamentis est, quibus homines operam dant, neque praeter librum Ishâki ullum novi, qui ad librum Achmedi accedat, vel cum eo comparari possit;“ atque haec: قَالَ مُحَمَّدُ بْنُ أَحْمَدَ بْنِ يَحْيَى ٱلْمَكِّيِّ أَنَّ أَبَاهُ جَمَعَ لِمُحَمَّدِ بْنِ عَبْدِ ٱللّٰهِ بْنِ طَاهِرٍ دِيوَانًا لِلْغِنَآءِ وَنَسَبِهِ وَكَانَ مُحْتَوِيًا عَلَى أَرْبَعَةَ عَشَرَ أَلْفَ صَوْتٍ i. e. „dixit Mohammed ben achmed ben jachja el mekki patrem suum in usum Mohammedis ben abdalla ben tâhir corpus cantilenarum conscripsisse, quo de earum ortu exponebatur, eoque corpore quattuordecim millia cantilenarum eum complexum esse.“

49. Iesîd Haurâ sive أَبُو خَالِدٍ يَزِيدُ حَوْرَآء Abu châled jesîd haurâ, Medinensis, cliens Leithitarum, qui ad El mahdium, chalifam Abbâssidam, perrexit, atque in eius aula cecinit, modosque multos composuit. Venit ibi in familiaritatem Abul atâhijae, poetae clari, atque Ibrahîmi Maussilensis, citharoedi. 50. Folaich ben abil aurâ فُلَيْحُ ٱبْنُ أَبِى ٱلْعَوْرَآء sive, quae nominis forma saepe posita invenitur, فُلَيْحُ بْنُ ٱلْعَوْرَآء Folaich ben el aurâ, Mekkanus, cliens Machsûmitarum. Cecinit apud Harûnum arraschîdum, fuitque ex tribus illis citharoedis, qui, iubente Harûno, ex universa cantilenarum tunc usurpatorum copia elegerunt centum, quas praestantissimas esse iudicabant; qua de re Ispahanensis in sui libri prooemio pag. ٦ et ٧ copiosius exposuit. 51. Abd arrachîm eddaffâf عَبْدُ ٱلرَّحِيمِ ٱلدَّفَّافُ i. e. Abd arrachîm tympanista, sive أَبُو ٱلْقَاسِمِ عَبْدُ ٱلرَّحِيمِ بْنُ ٱلْفَضْلِ Abul kâssim abd arrachîm ben el fadl, Kûfensis, cliens gentis El aschathi ben kais; cecinit in aula Harûni arraschîdi. 52. Mohammed arraff مُحَمَّدٌ ٱلرَّفُّ sive مُحَمَّدُ بْنُ عَمْرٍو Mohammed ben amr, Kûfensis, cliens Temîmitarum. Cecinit apud Harûnum arraschîdum, familiarisque fuit Ebn dschâmii, citharoedi clari. Tam acuto ingenio erat, ut, si semel vel bis cantilenam audiverat, ipse eam perfecte caneret. 53. Ebn abil kannât sive أَبُو عُثْمَانَ عَمْرُو بْنُ أَبِى ٱلْكَنَّاتِ Abu othmân amr ben abil kannât, Mekkanus, cliens Dschomachitarum; ex citharoedis Harûni arraschîdi fuit, familiarisque Ebn dschâmii. 54. Hâschim ben soleimân هَاشِمُ بْنُ سُلَيْمَانَ cliens Omajjidarum, cuius praeno-

men erat أَبُو ٱلْعَبَّاسِ Abul abbâs. Maxime fuit in gratia apud El hâdium, chalifam Abbâssidam. 55. Abdalla ben el abbâs arrabîi عَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ ٱلْعَبَّاسِ ٱلرَّبِيعِيُّ cui praenomen erat Abul abbâs; ab gente Abu farwac أَبُو فَرْوَةَ originem repetebat. Carmina composuit, citharoedusque fuit Harûno arraschido, eiusque successoribus, acceptus. 56. Wadschh el kura وَجْهُ ٱلْقَرْعَةِ i. e. facies stigmatis, quo cognomine utebatur مُحَمَّدُ بْنُ حَمْزَةَ بْنِ نُصَيْرٍ Mohammed ben hamsa ben nossair, famulus El manssûri, chalifae Abbâssidae. Dicitur fuisse شَرِسُ ٱلْخُلُقِ أَبِيُّ ٱلنَّفْسِ i. e. animo aspero, difficillima natura; si eum rogabant, ut caneret, nolebat; si eum sinebant, ipse incipiebat cantum.

57. Ebn dschâmi ٱبْنُ جَامِعٍ sive جَامِعٍ أَبُو ٱلْقَاسِمِ إِسْمَعِيلُ بْنُ Abul kâssim ismaîl ben dschâmi, homo ingenuus, qui ab Lowaj ben gâlib originem repetebat. Erat Korâni peritissimus, frequenterque precabatur; moribus utebatur probis. Ex clarissimis citharoedis fuit, qui in aula El hâdii atque Harûni arraschîdi cecinerunt. 58. Ibrahîm ben el mahdi إِبْرَاهِيمُ بْنُ ٱلْمَهْدِيِّ cui praenomen erat Abu ishâk, filius El mahdii, chalifae, frater Harûni arraschidi, homo doctus, historiae ac poesis Arabum gnarus, eloquentia conspicuus. Rebus publicis quoque saepius praefuit. Cantum valde diligebat, modosque ipse componebat, quos vero cantricibus suis, quae رِيقُ Rika et شَارِيَةُ Schârija adpellabantur, adtribuere solebat, ne ab hominibus carperetur. Moduli ab eo compositi erant لَيِّنَةٌ leues sive legibus artis non satis adstricti. Vituperatoribus respondebat: إِنَّمَا أَصْنَعُ تَظَرُّفًا لَا تَكَسُّبًا وَأُغَنِّي لِنَفْسِي لَا لِلنَّاسِ فَأَعْمَلُ مَا أَشْتَهِي i. e. „modos compono elegantiae tantum studens, non quaestui intentus; mihimet cano, non hominibus; itaque facio, quae mihi placent.“ Sororem habebat Ulajjam, item cantus peritam; unde factum est, ut homines dicerent: لَمْ يُرَ فِي جَاهِلِيَّةٍ وَلَا إِسْلَامٍ أَخٌ وَأُخْتٌ أَحْسَنُ غِنَاءً مِنْ إِبْرَاهِيمَ بْنِ ٱلْمَهْدِيِّ وَأُخْتِهِ عُلَيَّةَ i. e. „non visi sunt inter paganos, neque inter Moslemos, frater et soror peritiores cantus quam Ibrahim ben el mahdi, eiusque soror Ulajja.“ Sed Ibrahîm Manssilensis, citharoedus illius temporis exercitatissimus, adsidue ea notabat, quae Ibrahîm ben el mahdi in componendis modis peccabat; unde altercationes acerbae inter eos enatae sunt. Porro de recta rhythmorum divisione et adpellatione disputarunt; nam quod rhythmorum genus *grave primum* vocatum fuerat, id ab Ibrahîmo ben el mahdi *grave secundum* nuncupabatur; quod vero *grave secundum* adpellaverant, id ab Ibrahimo ben el mahdi *grave primum* nominabatur. Sed adpella-

tiones illae novae, quas Ibrahim ben el mahdi proposuerat, postea ceciderunt, neque receptae sunt, nisi a paucioribus. 59. Ibrahîm Maussilensis sive إِبْرَاهِيمُ بْنُ مَاهَانَ ٱلْأَرَّجَانِيُّ ٱلْمَوْصِلِيُّ Ibrahîm ben mâhân Arradschânensis, Maussilensis; natus est El kûfae ao. 125. decessit vero Bagdâdi ao. 188. Parentes eius erant Persae ex oppido Arradschân, quod in provincia Ahwâsensi situm est. Maussilensis ideo nuncupabatur, quia per aliquod tempus El maussilae versatus erat. Adpellatur a nonnullis ٱلنَّدِيمُ ٱلْمَوْصِلِيُّ *compotor Maussilensis*, quia plurium chalifarum compotor et convictor fuit. Primus eum audivit El mahdî; summa gratia et auctoritate floruit apud Harûnum arraschîdum. 60. Ishâk ben ibrahim sive أَبُو مُحَمَّدٍ إِسْحَاقُ بْنُ إِبْرَاهِيمَ ٱلْمَوْصِلِيُّ Abu mohammed îshâk ben ibrahîm el maussili, filius illius Ibrahîmi, de quo modo diximus. Adpellatur interdum ٱبْنُ ٱلنَّدِيمِ ٱلْمَوْصِلِيِّ *filius compotoris Maussilensis.* Erat homo litteris cruditus, qui, quanquam in cantu excellebat, ipse tamen hanc artem non magni faciebat, quia ad ea, quae viriliora ac graviora esse censebantur, sese inclinabat. Iuris civilis adeo peritus, moribusque tam decentibus fuit, ut El mamûn, chalifa Abbâssida, dignum eum diceret, qui iudex supremus tribunali Bagdâdensi praeficeretur. Natus est ao. 150. decessit ao. 235. Artem musicam Ishâk sic tractavit, ut hominem doctum decet; varia modorum et rhythmorum genera adcuratius distinxit, nominibusque idoneis significavit; libros composuit, quibus leges artis musicae iustas diligenter exposuit.

61. Mabed el jaktîni مَعْبَدٌ ٱلْيَقْطِينِيُّ sive Mabed Jaktînianus, Medinensis, servus cuiusdam filii Alii ben jaktîn. Postea in El irâkam deductus est, cecinitque in aula Harûni arraschîdi. 62. Arrattâb ٱلرَّطَّابُ i. e. dactylarius sive venditor dactylorum, Medinensis, qui pauciores tantum modos composuit. 63. Dokein دُكَيْنٌ Kûfensis, nonnullorum modorum auctor. 64. Nobaih نُبَيْهٌ Kûfensis, Temîmita, qui carmina quoque composuit. 65. Soleim ben salâma سُلَيْمُ بْنُ سَلَامَةَ cui praenomen erat Abu abdalla, familiaris Ibrahîmi Maussilensis. 66. Ebn abbâd sive أَبُو جَعْفَرٍ مُحَمَّدُ بْنُ عَبَّادٍ ٱلْكَاتِبُ Abu dschafer mohammed ben abbâd el kâtib, cuius pater fuit notarius Mekkanus. Ex citharoedis Hidschâsensibus, qui ad El mahdium, chalifam Abbâsidam, se contulerunt, Ebn'abbâd fuisse dicitur. 67. Achmed ennassîbi أَحْمَدُ بْنُ أُسَامَةَ ٱلنَّصِيبِيُّ sive ٱلْهَمْدَانِيُّ Achmed ben osâma Hamdanita, qui iam tempore chalifarum Omajjidarum inclaruit, familiarisque Abdarrachmâni ben abdalla fuit, qui أَعْشَى هَمْدَانَ i. e. Ascha Hamdanitarum adpellatus est. Canebat Achmed ennassîbi ad ٱلطُّنْبُورُ i. e. panduram,

sive lyram trichordem, primusque eum cantum usurpasse fertur, qui النّصب i. e. *positio* vocatur. Dschachda جحظة sive Abul hassan achmed ben dschafer ben mûssa Barmekida librum conscripsit, quo res panduristarum الطّنبوريّون exposuit; cuius libri mentionem saepe facit Ispahanensis. Cithara العود qua maior citharoedorum Arabum pars utebatur, erat quadrichordis vel quinquechordis. 68. Abu sakkâr el ama أبو زكّار الأعمى i. e. Abu sakkâr caecus, Bagdâdensis, familiaris Barmekidarum. 69. Mohammed Nadscha محمّد نجحة Kûfensis, citharoedus minus celeber, qui in aula chalifarum non cecinit. 70. Achmed ben mûssa el muneddschim أحمد بن موسى المنجّم sive Achmed ben mûssa astronomus. 71. Akîd عقيد cliens Ssâlichi ben arraschîd. 72. Hassîn ben muchris حسين بن محرز de cuius cantilenis Ispahanensis saepius mentionem facit.

6. Cantrices chalifis Abbâssidis prioribus aequales.

73. Ulajja bint el mahdi عليّة بنت المهدي filia El mahdii, chalifae Abbâssidae, soror Ibrahîmi ben el mahdi, de quo supra pag. 25. dictum est. Ulajja carmina condebat, modosque musicos, ad quos canerentur, componebat. 74. Basbas بصبص puella Medinensis, quae ab citharoedis illius civitatis antiquioribus cantum didicit. Primo El medînae apud Jachjam ben nefîs, clientem Anssâriorum, qui plures citharistrias habebat, versata est; deinde eam emit El mahdi, chalifa Abbâssida. 75. Sallâma essarkâ سلّامة الزّرقاء i. e. Sallâma caerulea, quae fuit ex citharistriis Abdelmâliki ben râmin عبد الملك بن رامين Kûfensis, de quo supra diximus pag. 23. Nuweirita eum clientem Abdelmâliki ben bischr ben merwân fuisse perhibet; vixit El kûfae tempore El manssûri, chalifae Abbâssidae. Saepius haec Sallâma adpellatur زرقاء ابن رامين Sarkâa Ebn râmîni; hoc enim nomine distinguebatur ab puella alia, quae زرقاء الزّرّاد Sarkâa Essarrâdi vocabatur. Antiquo vero tempore apud Dschadîssitas vixisse fertur زرقاء اليمامة Sarkâa El jemâmae, quae tanta oculorum acie fuit, ut spectare posset quae aberant tridui. Sallâmam essarkâam ab Ebn râmîno emit Dschafer ben soleimân, filius praefecti El basrae, numeravitque pro ea octaginta millia dirhemorum. 76. Rubaicha ربيحة citharistria Ebn râmîni, quam emit Mohammed ben soleimân centum millibus dirhemorum. Cognominatam eam esse الشّمّاسيّة Schammâssianam perhibet Ispahanensis; quo cognomine etiam Choleida utebatur, de qua supra pag. 22. diximus. 77. Saada

سَعْدَة quae et ipsa ex citharistriis Ebn râmini fuit; emit eam Ssâlich ben ali septuaginta millibus dirhemorum. 78. Badsl بَذْل puella Medinensis, quae liberaliter educata est El basrae, magistrosque habuit Saîdum, servum Fâidi, Dachmânum, Folaichum, Ebn dschâmium, aliosque. Primus eam emit El hâdi, chalifa, a quo postea eam accepit El amîn. Triginta millia cantilenarum cecinisse fertur. Librum cantilenarum in usum Alii ben hischâm composuit, de quo Ispahanensis haec tradit: لَهَا كِتَابٌ فِي ٱلْأَغَانِي مَنْسُوبُ ٱلْأَصْوَاتِ غَيْرُ مُجَنَّسٍ يَشْتَمِلُ عَلَى ٱثْنَيْ عَشَرَ أَلْفَ صَوْتٍ i. e. „conscripsit illa librum canticorum, in quo nomina auctorum singularum cantilenarum adposita, modi vero non significati sunt, duodecim millia cantilenarum continentem.“

79. Schârija شَارِيَة puella Basrensis, quam Ibrahîm Maussilensis emit, atque ad eaneundum instituit. Cantu eximio, quem fundebat, summam mox claritudinem sibi paravit. Librum singularem de rebus Schârijae scripsit Ebn el mutass. Nonnulli Schârijam Ibrahîmum ben el mahdi magistrum habuisse ferunt. 80. Uraib عُرَيْب puella Bagdâdensis, quae Dschaferum ben jachja ben châlid Barmekidam patrem habuisse dicitur. Praestantissimis ingenii dotibus florebat Uraiba, litteris erudita erat, carmina condebat, cantilenarum modos componebat, cantuque suavissimo excellebat. Tanta admiratione Uraiba et Schârija aequales adfecerunt, ut homines, utra praestantior esset, acriter disputantes in duas partes discederent; qua de re Ispahanensis adfert haec: وَكَانَ أَهْلُ ٱلظُّرْفِ وَٱلْمُتَعَايِنُونَ فِي ذَلِكَ ٱلْوَقْتِ صِنْفَيْنِ عُرَيْبِيَّةً وَشَارِيَّةً فَمَالَ كُلُّ حِزْبٍ إِلَى كُلِّ مَنْ يَتَعَصَّبُ لَهُ مِنْهُمَا مِنَ ٱلْاِسْتِحْسَانِ وَٱلطَّرَبِ وَٱلْاِقْتِرَاحِ i. e. „discesserant homines ingeniosi ac sollertes illo tempore in partes duas, Uraibianos et Schârijianos; suae quaevis secta cantrici ita addicta erat, ut eam admiraretur, ea delectaretur, eamque ceteris praeferret;“ atque loco alio haec: وَكَانَ ٱلنَّاسُ بِسُرَّ مَنْ رَأَى مُتَحَازِبِينَ فَقَوْمٌ مَعَ شَارِيَةَ وَقَوْمٌ مَعَ عُرَيْبَ لَا يَدْخُلُ أَصْحَابُ هَذِهِ فِي هَؤُلَاءِ وَلَا أَصْحَابُ هَذِهِ فِي هَؤُلَاءِ وَكَانَ أَبُو ٱلصَّقْرِ إِسْمَعِيلُ بْنُ بُلْبُلٍ عُرَيْبِيًّا i. e. „discesserant incolae Surramanrâae in partes, quarum altera ita dedita erat Schârijae, altera Uraibae, ut neutra ad alteram transiret; Abu ssakr ismaîl ben bulbul vero erat Uraibianus.“ Qui homo, liberalitate clarus, wesîrus El mutamedi, chalifae, fuit; Kâm. pag. 1400. Uraiba, quum in aula El mâmûni saepe caneret, cognominabatur ٱلْمَأْمُونِيَّة i. e. Mamûniana. Nata est ao. 181. annosque sex et nonaginta vixisse fertur.

81. Chaschf dsât el châl خَشْفٌ ذَاتُ ٱلْخَالِ i. e. Chaschfa notata naevo, ancilla Abul chattâbi ennachchâs, quae in labio superiori naevum habebat. Carminibus eam celebravit Ibrahîm Maussilensis; septuaginta millibus dirhemorum emit eam Harûn arraschîd. Passim adpellari videtur خَشْفٌ ٱلْوَاضِحِيَّةُ Chaschfa Wâdichiana. 82. Denânîr دَنَانِيرُ puella Medînensis, quam Badsla ad canendum instituit. Emit eam Jachja ben châlid Barmekida, unde factum est, ut cognominaretur ٱلْبَرْمَكِيَّةُ Barmekiana. Librum quoque solas cantilenas continentem كِتَابٌ مُجَرَّدٌ فِي ٱلْأَغَانِي composuit Denânîra. 83. Rîk رِيقٌ citharistria, quam primus habuit Ibrahîm ben el mahdi. 84. Mutajjam Hischâmiana مُتَيَّمٌ ٱلْهِشَامِيَّةُ puella Basrensis, quae magistros habuit Ibrahîmum Maussilensem, eiusque filium Ishâkum, et Badslam. Emit eam Ali ben hischâm, cui filiam, filiosque duos peperit. Quo mortuo, apud El mutassimum, chalifam, vixit. 85. Dukâk دُقَاقٌ puella ingenio praestans, quae in familiaritatem Hamdûnae, filiae Arraschîdi, venit; duxit eam يَحْيَى بْنُ ٱلرَّبِيعِ Jachja ben arrabî, cui filium peperit, Achmedum. 86. Inân sive عِنَانٌ جَارِيَةُ ٱلنَّاطِفِيِّ Inân, ancilla Ennâtifii, puella Iemâmensis, ingenio valens, poetria suavis, quam emit ٱلنَّاطِفِيُّ Ennâtifi, qui interdum ٱلنَّطَّافُ Ennattâf adpellatur; quo nomine fortasse dulciarius significatur. In epitome Gothana Inâna vocatur عِنَانٌ ٱلنَّاطِفَانِيَّةُ Inâna Nâtifâniana. Bagdâdi versata est, ibique cum poetis clarissimis, praesertim Abu nowâsso, in certamen descendit. Harûn arraschîd emere voluit Inânam, pretio promisso ingenti; sed Ennâtifi eam vendere noluit. Nuweirita Inânam in cantricum numerum retulit; sed magis poetria, quam cantrix fuisse videtur; quamobrem apud Fîrûsâbâdensem pag. 1782. posita sunt عِنَانٌ ٱمْرَأَةٌ شَاعِرَةٌ i. e. „Inâna est femina poetria.“ 87. Foraida sive فُرَيْدَةُ ٱلْكُبْرَى Foraida maior, puella Hidschâsensis, quae Bagdâdi primo in aedibus gentis Arrabîi cantum didicit, postea vero apud Barmekidas versata est; quibus sublatis, eam duxit ٱلْهَيْثَمُ بْنُ سَلْمٍ El heithem ben selm. 88. Foraida sive فُرَيْدَةُ ٱلْأُخْرَى Foraida altera, puella, quam cantum docuit عَمْرُو بْنُ بَانَةَ Amr ben bâna, citharoedus clarissimus, qui postea eam dedit El wâthiko chalifae, cui fuit carissima. 89. Hassana حَسَنَةُ quae ex cantricibus El mahdii, chalifae, fuit. 90. Wahba وَهْبَةُ citharoeda, quam habuit مُحَمَّدُ بْنُ عِمْرَانَ ٱلْقَرَوِيُّ Mohammed ben imrân Karjita; audivit eam Ishâk ben ibrahîm el maussili. 91. Sachîfa سَخِيفَةُ quae citharistria fuit apud زُرَيْقُ بْنُ مَنِيحٍ Soraikum ben manîch, clientem Issae ben mûssa, hominem opulentum et liberalem, qui tempore El manssûri, chalifae, habitabat El kûfae.

7. Citharoedi El wâthiko, El mutewekkilo, El mutamido, El mutadido, aequales.

Apud hos quoque chalifas, praesertim priores, nonnulli eorum citharoedorum, quos supra enumeravimus, quum vita iis data esset longior, versati sunt, cecineruntque. Praeter eos vero hoc loco hos adponere iuvabit. 92. Mohammed ben el hârith ben basch-chîr مُحَمَّدُ بْنُ الحَارِثِ بْنِ بَشْخِير cui praenomen fuit Abu dschaferi, ortus ab gente persica, quae in civitate Reiensi habitaverat; cecinit in aula El mamûni, atque apud El mutassimum et El wâthikum. 93. Muchârik sive أَبُو المَهَنَّا مُخَارِقُ بْنُ يَحْيَى Abul mahâ muchârik ben jachja, Medinensis; quem puerum, propter vocis suavitatem, emit Ibrahîm Maussilensis. Deinde eum vendidit El fadlo ben jachja Barmekidae, a quo eum accepit Harûn arraschîd. Illustrem famam sibi confecit, versatusque est etiam cum El mutassimo atque El wâthiko. 94. Alawijja عَلَوِيَّة sive أَبُو الحَسَنِ عَلِيُّ بْنُ عَبْدِ ٱللّٰهِ بْنِ سَيْف Abul hassan ali ben abdalla ben seif, ab gente Sogdensi ortus, quem instituit Ibrahîm Maussilensis. Scaeva fuisse dicitur, propterea que cithara usus esse, in qua chordas ordine inverso collocaverat ita, ut gravissima loco infimo, acutiores supra eam positae essent. Cecinit ab tempore El amîni ad dies El mutewekkili. 95. Amr ben bâna عَمْرُو بْنُ بَانَة sive عَمْرُو بْنُ مُحَمَّدِ بْنِ سُلَيْمَان Amr ben mohammed ben soleimân, cliens Thakifitarum, qui ab matre Bâna metronymicum traxit. Pater eius erat ex notariis primariis. Poesi et cantui operam dedit Amr ben bâna; quod cantum adtinet, adsectator Ibrahîmi ben el mahdi fuit, adversarius vero Ishâko ben ibrahîm el mausseli. Librum confecit, magnam cantilenarum copiam continentem, quem eximium huius artis fundamentum esse Ispahanensis adfirmat. Prae ceteris chalifis ei favit El mutewekkil. Nonnulla de eo sub nro. 519. adtulit Ebn challikân. 96. Abu haschîscha أَبُو حَشِيشَة sive أَبُو جَعْفَرٍ مُحَمَّدُ بْنُ أَبِي أُمَيَّة Abu dschafer mohammed ben abi omajja, pandurista celeber, cuius familia apud Ibrahîmum ben el mahdi versabatur. Chalifarum sodalis fuit Abu haschîscha ab tempore El mamûni ad dies El mutamidi. Librum composuit, de quo Ispahanensis adnotavit haec: أَلَّفَ كِتَابًا جَمَعَ فِيهِ أَخْبَارَهُ مَعَ مَنْ عَاشَرَ وَخَدَمَ مِنَ الخُلَفَاءِ وَهُوَ كِتَابٌ مَشْهُور i. e. „conscripsit librum, quo ea exposuit, quae sibi apud chalifas eos acciderant, quibuscum versatus est, quibusque ministravit; qui liber celeber est.“

97. Abu dolaf el idschli sive أَبُو دُلَفَ ٱلْقَاسِمُ بْنُ عِيسَى ٱلْعِجْلِيّ Abu dolaf el kâssim ben îssa Idschlita, homo ingenuus, cuiusvis generis laude florens, qui fuit ex ducibus El mamûni, postea El mutassimi. Res publicas administravit, bella gessit, libros conscripsit, carmina pepigit, modos musicos composuit, poetaeque plures

carminibus eum celebrarunt. Plura de eo ab Ebn challikâno sub nro. 549. atque ab Reiskio in Abulf. ann. tom. 2. pag. 685. narrata sunt. 98. Achmed ben saîd sive أَحْمَدُ بْنُ سَعِيدِ بْنِ قَادِمٍ ٱلْمَعْرُوفُ بِٱلْمَالِكِيِّ Achmed ben saîd ben kâdim, qui vocatur El mâleki i. e. Mâlekita. Fuit ex ducibus principum Taheridarum, versatusque est apud Tâherum ben abdalla in civitate Reiensi; excelluit tum in canendo, tum in modis componendis. 99. Achmed ben ssadaka أَحْمَدُ بْنُ صَدَقَةَ pandurista, cuius pater fuit صَدَقَةُ بْنُ أَبِي صَدَقَةَ Ssadaka ben abi ssadaka, citharoedus Hidschâsensis, qui ad Harûnum arraschîdum se contulerat. De ipso Achmedo Ispahanensis praeter alia adposuit haec: لَهُ غِنَآءٌ كَثِيرٌ فِي ٱلْأَرْمَالِ وَٱلْأَهْزَاجِ وَمَا يَجْرِي مَجْرَاهَا مِنْ غِنَآءِ ٱلطُّنْبُورِيِّينَ i. e. „cantum multum composuit, ad genera Ramal et Hesedsch pertinentem, aliumque huius generis, panduristis usitatum.“ Cecinit apud El mutewekkilum, eximiaque praemia ab eo accepit. 100. Ebn el kassâr ٱبْنُ ٱلْقَصَّارِ i. e. filius fullonis, quo nomine adpellabatur سُلَيْمَانُ بْنُ عَلِيٍّ Soleimân ben ali, pandurista clarus, qui fuit El mutewekkilo aequalis, patremque habuit fullonem. 101. Ath-ath el aswad عَثْعَثٌ ٱلْأَسْوَدُ i. e. Ath-ath niger, mancipium مَمْلُوكٌ Mohammedis ben jachja ben moâds; Mochârik, citharoedus ille illustris, praenomen ei indidit أَبُو دُلَيْجَةَ Abu doleidscha; aequalis fuit El mutewekkilo. 102. Abul fadl radsâds أَبُو ٱلْفَضْلِ رَذَاذٌ qui cliens El mutewekkili fuit. 103. Ebn el mâreki ٱبْنُ ٱلْمَارِقِيِّ qui apud El mutewekkilum cecinit.

103. Mohammed ben achmed ben jachja el mekki مُحَمَّدُ بْنُ أَحْمَدَ بْنِ يَحْيَى ٱلْمَكِّيِّ nepos illius Jachjae el mekki, de quo pag. 23. diximus; cecinit apud El mutamidum. 104. Obeidalla ben abdalla ben tâher عُبَيْدُ ٱللَّهِ بْنُ عَبْدِ ٱللَّهِ بْنِ طَاهِرٍ cui praenomen fuit Abu achmed, homo nobilis, omni doctrina liberali politus, qui per aliquod tempus praetorianis Bagdâdensibus praefuit. Ebn challikân sub nro. 366. de eo exposuit. El mutadido aequalis fuit; carmina condidit, et modos musicos singulari arte perfectos. Libro hanc artem exposuit, de quo Ispahanensis haec tradit: وَكِتَابُهُ فِي ٱلنَّغَمِ وَعِلَلِ ٱلْأَغَانِي ٱلْمُسَمَّى كِتَابَ ٱلْآدَابِ ٱلرَّفِيعَةِ كِتَابٌ مَشْهُورٌ جَلِيلُ ٱلْفَائِدَةِ وَدَالٌّ عَلَى فَضْلِ مُؤَلِّفِهِ i. e. „atque liber ille, quo de tonis et mutationibus cantilenarum exposuit, qui adpellatur liber disciplinarum nobilium, celeber est, et perquam utilis, praestantiamque auctoris demonstrat.“ 105. Achmed ben abil alâ أَحْمَدُ بْنُ أَبِي ٱلْعَلَآءِ qui ex citharoedis El mutadidi, chalifae, fuit. 106. El kâssim ben sursûr

بن زرزور ألقاسم qui item El mutadidi aulam frequentavit. 107. Masdûd مسدود pandurista, familiaris Abul abbâssi ben arraschid.

8. Cantrices El wâthiko, El mutewekkilo, El mutamido, El mutadido, aequales.

108. Kalam essâlichijja قلم ألصالحية sive Kalama Ssâlichiana, ancilla Ssâlichi ben abd el wahhâb, qui erat frater Achmedi ben abd el wahhâb, notarii Ssâlichi ben arraschîd; postea eam emit El wâthik, chalifa. Cantu praestabat, sed modos composuit non multos. 109. Machbûba محبوبة puella Basrensis, singulari ingenio praedita, formositate et probitate praestans; quae maxime quidem poesi operam dabat, sed cantum quoque fundebat. Abdalla ben tâher eam dono dedit El mutewekkilo, qui in summum favorem eam recepit. 110. Obeida panduristria عبيدة ألطنبورية quae versata est Bagdâdi, admiratoresque habuit Abu haschîscham citharoedum, atque Ishâkum ben ibrahîm el maussili. 111. Rijâd رياض ancilla hominis, qui أبو حماد Abu hammâd adpellabatur, aequalis El wâthiko. 112. Schâdschi شاجي ancilla Obeidallae ben abdalla ben tâher, cuius supra pag. 31. mentionem fecimus. Saepius haec citharistria apud El mutadidum, chalifam, cecinit, fuitque aequalibus probatissima.

Praeter eos homines vero, quos adhuc enumeravimus, tum cantus peritos, tum modorum auctores, Ispahanensis alios nominatim citat permultos, huius artis studiosos, quos omnes persequi longum est. Quam ob rem, quum de iis, qui nobiliores fuerunt, dixisse nobis videremur, de ceteris hoc loco agere supersedimus.

Caput secundum.

De modis et rhythmis cantus arabici.

Cantilenis nobilioribus singulis, ab Ispahanensi in libro cantilenarum magno adlatis, adnotationes breves subiunctae sunt, quae canendi modum significant, ad sonos citharae, certamque rhythmi speciem, relatum. Quo ex genere ea verba sunt, quae pag. ٢٢ lin. 10. posita leguntur: لَحْنُهُ ثَقِيلٌ أَوَّلُ بِٱلسَّبَّابَةِ فِي مَجْرَى ٱلْوُسْطَى i. e. „modus eius est rhythmus gravis primus cum digito indice in curriculo digiti medii;“ permultaque huius generis alia, quae per librum universum crebre adnotata sunt. Talibus verbis quidem certus canendi modus breviter tantum descriptus esse mihi videbatur, et quidem ita fere, quemadmodum vernacule ponimus: Melodie im Dreiachteltact in D moll, vel gallice: *mesure à trois-huit en Re mineur.* Sed cupido tamen me cepit sensus illarum adnotationum, quamvis admodum breviter consignatarum, paulo diligentius, si modo fieri posset, explorandi. Quo studio ductus, libros eos legere coepi, quibus scriptores Arabes, Persae, Turcaeque, leges artis musicae inter Moslemos receptas exposuerunt, quorum librorum satis multi in bibliothecis nostris inveniuntur, qui inscripti sunt: فِي ٱلْمُوسِيقِى de musica, فِي ٱلسَّمَاعِ de musica, فِي ٱلْأَدْوَارِ de periodis, فِي ٱلْأَلْحَانِ de melodiis. Ex quibus cito intellexi, quemadmodum praecepta artis mathematicae ab Graecis ad Arabes translata sunt, ita etiam artis musicae principia ab scriptoribus Graecis recepisse eos Arabes, qui de legibus musicis disseruerunt.

Apud Graecos vero viri docti multi de musica scripserunt, librorumque ab iis editorum haud paucos adhuc habemus. Ex quibus sunt libri Aristoxeni, qui Alexandro, Macedoniae regi, aequalis fuit, Euclidis, Nicomachi, Alypii, Gaudentii, Bacchii, Aristidis, quos Meibomius graece et latine edidit Amstelodami ao. 1652. porro libri Claudii Ptolemaei, Porphyrii, aliorumque. Quae scripta graeca quarto post Mohammedem saeculo in rem suam convertit El fârâbi ٱلْفَارَابِي sive Fârâbensis, philosophus Arabs clarissimus, cui nomen erat Abu nasr mohammed ben mohammed. Diem supremum obiit Damasci ao. 339. Fuit homo litterarum graecarum, praesertim philosophicarum et mathematicarum, peritissimus, librosque graecos plures in arabicum transtulit, ut analytica Aristotelis, quae انالوطيقى ab eo adpellantur. De re musica scripsit opera duo, quorum alterum legi. Quo quidem libro sonorum naturam, intervalla et systemata, rhythmique genera varia, eodem fere modo explicat, quo Graeci has res tractaverunt. Vocabulis

artis musicae propriis, quae Graeci finxerunt, ipse utitur arabice conversis, atque interdum ipsa vocabula graeca, litteris arabicis consignata, adponit. Sonum illum gravissimum, qui apud Graecos προσλαμβανόμενος sive *adquisitus* nominatur, Fârâbensis vocat أَلْمُقْتَرِضَةُ i. e. *adsumtum*; addit vero, in libris graecis eum بر سلمبانوما نس adpellari. Scriptores graeci plures, quorum libros, de re musica exponentes, perlegit, passim ab eo laudantur, ut اقليدس Euclides, بطليموس Ptolemaeus, تامسطيوس Themistius, aliique. Atque vocabulum illud, ex libro Ispahanensis sumtum, quod supra pag. 9. adtulimus, أَلْاُسْطُوخُوسِيَّةُ fortasse pro أَلْأَرِسْطُوخْسِنُوسِيَّةُ i. e. *Aristoxeniani* positum est; nam sectam quandam musicorum graecorum fuisse, qui, quoniam Aristoxenum magistrum habebant, Aristoxeniani adpellabantur, ex historia artis musicae, ab Forkelio editae, tom. 1. pag. 359—362. cognoscitur. Vocabula graeca, si litteris arabicis consignantur, saepe ponuntur vel truncata, vel depravata. Στοιχεῖα vero, a quo arabicum illud ductum esse putare quis posset, litteris arabicis استقصات et اسطقسات scribi solet.

Posteaquam Arabes de praeceptis artis musicae exposuerant, Persae quoque sua lingua hoc argumentum tractaverunt, Arabum vestigiis ingredientes. Ex quibus unum cognovi, cui nomen est عَبْدُ ٱلْـقَادِرْ بْنْ غَيْنِيِّ الحَافِظ أَلْمَرَاغِيّ Abd el kâdir ben gaini el hâfidh el merâghi. Nomen patris in codice a me perlustrato diversis modis scribitur. In libri inscriptione غيبى Gaibi positum est, ab alia manu vero litteris minutis غنى adiectum. In ipso libro pag. 120. ab eius auctore haec posita sunt: حضرت مخدومم

والدم افضل المتاخّرين قدوة المحققّين والمدقّقين غياث الملّة والدين مولانا غينى

i. e. excellentia domini mei, parentis mei, praestantissimi recentiorum, qui exemplar fuit hominum inquirentium atque explorantium, praesidiumque pietatis ac religionis, magister noster Gaini.“ Abd el kâdir, qui, si versiculos chronographos ad finem libri positos recte intellexi, saeculo post Mohammedem nono vixit, de sonis, sonorumque intervallis, eodem fere modo, quem Fârâbensis sequutus est, exponit, vocabula huius artis propria usurpans maximam partem arabica. Systemata vero sonorum certa, vel canendi modos, quae ab eo پرده *aulaeum* vel شدّ *cursus* vocantur, nominibus significat persicis, qualia apud Fârâbensem non inveniuntur; e quibus sunt همايون illustris, بزرك magnus, كردانيا versans, زنكوله tintinnabulum, شهناز regi blandiens, زير افكنده stratum, راهوى vialis; alia huius generis nomina modorum sunt شدّ البكا cursus fletus, شدّ اللذّة cursus laetitiae, شدّ الضحك cursus risus, شدّ الشجاعة cursus fortitudinis. Ex scriptoribus Turcis iis, qui artem musicam explicarunt, item unum cognovi, Chisrum ben abdalla, cuius liber in bibliotheca Berolinensi regia exstat, librorum arabicorum

persicorumque, qui idem argumentum tractant, haud dissimilis. De musica Turcarum Toderinus in eo libro, quem de litteratura turcica scripsit, nonnulla tradidit cap. 16.

Iam vero de codicibus, quibus usus sum, breviter dicam. Qui quidem hi sunt:

1. Liber Fârâbensis, qui كِتَابُ ٱلْمُوسِيقِى inscriptus est, codex Lugdunensis formae quadrae, continens folia centum et viginti tria, exaratus litteris minutissimis, sed satis emendate. Transcriptus est ao. 943. ex codice, qui ao. 482. exaratus fuerat. Dispertitus est hic liber in partes duas; prima, quae ٱلْمَدْخَلُ *introitus* inscribitur, de natura sonorum atque intervallorum generaliter exponit; altera, qua ٱلصِّنَاعَةُ نَفْسُهَا *ars ipsa* sive ٱلتَّأْلِيفُ *compositio* explicatur, de locis chordae, quibus intervalla varia terminantur, de coniunctionibus sonorum, de systematis sive scalis, de instrumentis musicis variis, et denique de ٱلْإِيقَاعَاتُ *rhythmis*, quos *tactum* vocamus, disserit. Citharoedorum Arabum clariorum, de quibus capite primo diximus, Mabedi, Ebn soreidschi, Dschemilae, Ishâki ben ibrahîm, passim mentio fit. Fârâbensis fol. 1. vers. de hoc libro dicit: سَلَكْنَا فِيهِ ٱلْمَسْلَكَ ٱلَّذِى يَخُصُّنَا نَحْنُ مِنْ غَيْرِ أَنْ نَخْلِطَ بِهِ مَذْهَبًا آخَرَ سِوَاهُ i. e. „persequuti sumus in eo viam eam, quam nobismet ipsis propriam habemus, neque immiscuimus modum alium ullum.“ Addit vero, se librum alium de musica conscripsisse, traditque fol. 2. rect. de eo haec: وَٱلْكِتَابُ ٱلثَّانِى أَثْبَتْنَا فِيهِ مَا تَأَدَّى إِلَيْنَا مِنَ ٱلْمَشْهُورِينَ مِنَ ٱلنَّاظِرِينَ فِى هٰذِهِ ٱلصِّنَاعَةِ وَشَرَحْنَا مَا غَمَضَ مِنْ أَقَاوِيلِهِمْ وَفَحَصْنَا عَنْ رَأْيِ وَاحِدٍ وَاحِدٍ مِمَّنْ عَرَفْنَا لَهُ رَأْيًا أَثْبَتَهُ فِى كِتَابٍ وَبَيَّنَّا مِقْدَارَ مَا بَلَغَهُ كُلُّ وَاحِدٍ مِنْ أُولٰئِكَ فِى تَحْصِيلِ مَا فِى هٰذَا ٱلْعِلْمِ وَأَصْلَحْنَا ٱلْخَلَلَ عَلَى مَنْ وَقَعَ عَلَيْهِ i. e. „libro illo altero ea exposuimus, quae ab hominibus huius artis peritis, iisque clarioribus, nobis tradita sunt; explicuimus quaecunque in eorum dictis obscura sunt, atque inquisivimus in sententiam uniuscuiusque eorum, quorum sententias libris expositas cognovimus; enarravimus quantum quisque in huius artis scientia profecerit, correximusque peccata eorum qui hallucinati sunt.“ Quem alterum Fàrâbensis librum, de scriptoribus veteribus, qui de arte musica disseruerunt, exponentem, quam vellem, legere potuissem; sed eum non vidi, neque iam, ubi exstet, scio.

2. Liber Abd el kâdiri, persice conscriptus, hunc titulum ferens: كِتَابُ مَقَاصِدِ ٱلْأَلْحَانِ فِى عِلْمِ تَأْلِيفِ ٱلنَّغَمِ وَٱلْأَوْزَانِ i. e. liber finium melodiarum, pertinentium ad scientiam componendorum sonorum et rhythmorum, codex Lugdunensis formae maximae, continens folia sexaginta sex, exaratus in urbe Islâmbul sive Constantinopoli ao. 988. Cuius libri auctor in explicandis sonis, intervallis, scalis et rhythmis, eundem fere ordi-

nem sequitur, ad quem Fârâbensis suum librum adstrinxit, sed vocabula interdum ponit recentiora, sonosque singulos aliis numeris sive litteris, quam qui ab Fârâbensi usurpantur, significat. Modos quoque exponit recentiori tempore ortos; pauca de citharoedis laudatissimis, iisque hominibus doctis, qui de arte musica disseruerunt, ad finem libri commemoravit. Formas geometricas et tabulas adiecit multas. Dedicavit librum Murâd châno ben mohammed chân ben bâjesîd chân, Turcarum othmânicorum sultâno.

Huic vero Abd el kâdiri libro in eodem codice Lugdunensi subiunctus est libellus alius, ab eadem manu exaratus, continens folia duodeviginti, qui inscribitur: رسالهٔ كَنْزِ أَلْتُّحَفِ فِى أَلْمُوسِيقِى i. e. libellus thesauri donorum, pertinentis ad musicam. Qui a quonam homine compositus sit, certe cognoscere non potui. Breviter in eo enarrantur intervalla et systemata sonorum, rhythmorumque genera. Quod rhythmos adtinet, alio modo quam Fârabensis et liber Makâssid el alchân eos describit, lineolis circellisque positis. Postrema libelli parte de instrumentis musicis exponitur variis, imaginesque nonnullorum adpictae sunt.

3. Liber Chisri ben abdalla, turcice conscriptus, hunc titulum ferens: ادوار موسيقى i. e. periodi musicae, codex Berolinensis, qui ex libris Diezii fuit, qui nomen auctoris, titulumque huius operis, folio primo inscripsit litteris latinis. Ipse codicem non inspexi, sed magnam partem eorum, quae ad varia rhythmorum genera sive الايقاعات pertinent, ex eo meum in usum transscripsit Otto de Platen, vir mihi amicissimus, litterarumque orientalium studiosus, qui ex velitum Borussorum cohorti secunda est. Satis copiose et perspicue Chisr rhythmos explicuisse mihi videtur. Scriptorum antiquorum plurium, qui idem argumentum tractaverunt, mentionem facit, quum Graecorum, ut Ptolemaci et Nicomachi, tum Moslemorum, ut Fârâbensis, Abd el mûmini, Abd el asîsi kermâni, aliorumque.

Ex his igitur libris nonnulla excerpsi, quae hoc loco hunc in finem adferam, ut, qua ratione sonos, intervalla, scalas, melodias et rhythmos Moslemi distinxerint et descripserint, lectores aliqua ex parte saltem intelligere possint. Plenam enim, iustamque, huius rei expositionem hic locus plane non fert, quoniam materia tam ampla, tamque impedita est, ut, si operam daremus, ut eam perspicue explicaremus, permagnum scribendo impleturi essemus paginarum numerum. Quicunque vero artem musicam, qualem Arabes eam descripserunt, explorare vult, eum ea, quae de hac re Graeci conscripserunt, perspexisse oportet. De recentiori Arabum musica exposuit Villoteau in: Description de l'Egypte; état moderne; tom. prem.

1. *De sonis musicis, eorumque nominibus et notis.*

Sonus, si universe loquuntur, ab Arabibus صَوْتٌ plur. أَصْوَاتٌ vocatur; sonus musicus φϑόγγος vero, qui ex gutture hominis emittitur, vel ex instrumento musico elicitur, certa lege adstrictus نَغْمَةٌ plur. نَغَمٌ nominatur. Aristides pag. 15. sonum musicum sic definit: φωνῆς πτῶσις ἐπὶ μίαν τάσιν ὁ φϑόγγος i. e. „vocis casus in unam tensionem est sonus musicus." Ita Moslemi quoque sono aequabiliter producto sonum musicum effici perhibent. Fârâbensis fol. 9. vers. haec ponit: وَٱلَّتِى مَنْزِلَتُهَا مِنَ ٱلْأَلْحَانِ مَنْزِلَةُ الْحُرُوفِ مِنَ ٱلْأَشْعَارِ هِىَ ٱلنَّغَمُ وَأَعْنِى بِٱلنَّغَمِ ٱلْأَصْوَاتَ الْمُخْتَلِفَةَ فِى الْحِدَّةِ وَٱلثِّقَلِ ٱلَّتِى تُتَخَيَّلُ كُلُّهَا مُمْتَدَّةً i. e. „in melodiis eo munere, quod in carminibus sustinent litterae, soni musici funguntur; quo vocabulo significo sonos acumine et gravitate diversos, quos imaginamur omnes productos;" atque fol. 8. rect. haec: وَيَنْقُصُهَا ٱمْتِدَادُ ٱلصَّوْتِ وَلِينُهُ ٱلَّذِى بِهِ يَصِيرُ ٱلصَّوْتُ نَغَمَةً i. e. „atque absunt ab illis [instrumentis i. e. tympanis et crepitaculis] productio soni, eiusque mollitudo, quae si adsunt, sonus fit sonus musicus." Abd el kâdir in libro Makâssid el alchân pag. 5. sonum musicum ab Fârâbensi ita definitum esse tradit: ٱلنَّغَمَةُ صَوْتٌ وَاحِدٌ لَابِثٌ زَمَانًا ذَا قَدْرٍ مَحْسُوسٍ فِى الْجِسْمِ ٱلَّذِى فِيهِ يُوجَدُ i. e. „sonus musicus est sonus unus durans per tempus aliquod, cuius quantitas certe percipitur, in eo corpore, in quo exstat." Quae definitio in libro Fârâbensis fol. 25. rect. legitur, sed, ut mihi videtur, non emendate scripta. Abd el kâdir multas alias soni musici definitiones subiungit, ab ٱلشَّيْخُ ٱلرَّئِيسُ Esscheich arrajis, et صَاحِبُ ٱلشَّرَفِيَّةِ i. e. auctore libri, qui Esscherefijja inscribitur, propositas. Auctor libelli Kens ettohaf pag. 10. sonum musicum sic explicat: نغمه عبارت از صوت لابث باشد در حدّت يا در ثقل در زمانى i. e. „vocabulum نغمه significat sonum durantem cum acumine vel gravitate per tempus aliquod."

Singulorum sonorum musicorum diversitas maxime in gravitate βαρύτης ثِقْلٌ et acumine ὀξύτης حِدَّةٌ sita est; sonus gravis ثَقِيلٌ nominatur, حَادٌّ vero acutus. Fârâbensis sonum dicit ab ictu effici, aere distracto; acumen et gravitatem soni vero ex ea celeritate pendere, qua aer, qui per ictum distractus fuerat, iterum confluit; fol. 25. rect. haec posita sunt: وَأَمَّا حِدَّةُ ٱلنَّغَمِ وَثِقَلُهَا فَإِنَّمَا يَكُونُ بِٱلْجُمْلَةِ مَتَى كَانَ ٱلْهَوَآءُ ٱلثَّانِى شَدِيدَ ٱلْاجْتِمَاعِ أَوْ كَانَ فِى الْحَالِ ٱلدُّونِ مِنَ ٱلْاجْتِمَاعِ i. e. „quod vero adtinet acumen sonorum musicorum, eorumque gravitatem, in universum tum efficiuntur, quando aer, qui depulsus fuerat, redit cum vehementia, vel utitur reditu gradus

infimi [i. e. lente redit]." Pro فِي ٱلْحَالِ ٱلدُّونِ in codice perperam فِي ٱلْحَالِ فِي ٱلدُّونِ scriptum est; paulo infra vero eadem pagina recte posita sunt. فَمَتَى كَانَ ٱلْهَوَآءُ ٱلْمَدْفُوعُ أَكْثَرَ وَكَانَتْ قُوَّةُ ٱلَّذِي يَدْفَعُهُ أَضْعَفَ كَانَ ٱلْهَوَآءُ أَبْطَأَ حَرَكَةً وَيَكُونُ مِنَ ٱلْإِجْتِمَاعِ بِٱلْحَالِ ٱلدُّونِ فَيَكُونُ ٱلصَّوْتُ أَثْقَلَ i. e. „quando aer, qui propellitur, multus est, vis illius vero, qui eum propellit, imbecillior, tum aer ille segnius movetur, utiturque reditu gradus infimi; qua re sonus fit gravior." Celeritatem reditus, qua aer propulsus utitur, in iis instrumentis musicis, qui chordis instructi sunt, ex crassitudine, tensione et longitudine chordae varia pendere Fârâbensis fol. 25. vers. demonstrat. Propterea in monochordo sive chorda una, in qua nulla crassitudinis, nec tensionis, diversitas inest, ex sola chordae longitudine varia, quae ad certum sonum efficiendum adhibetur, soni varii pendent; nam si certum chordae locum digito ad axiculum adprimimus, eadem chorda modo brevior, modo longior fit. Certus igitur sonus musicus significari potest loco chordae indicato, qui eam chordae longitudinem terminat, quam, si illum sonum efficere volunt, adhiberi oportet. Varii gravitatis et acuminis gradus ab Fârâbensi fol. 14. vers. طَبَقَاتُ ٱلثِّقَلِ et طَبَقَاتُ الحِدَّةِ vocari dicuntur.

Ex sonis musicis variis, certo ordine se invicem excipientibus, componitur ٱللَّحْنُ plur. أَلْحَانٌ sive melodia. Fârâbensis fol. 2. vers. haec proponit: ٱسْمُ ٱللَّحْنِ قَدْ يَقَعُ عَلَى جَمَاعَةِ نَغَمٍ مُخْتَلِفَةٍ رُتِّبَتْ تَرْتِيبًا مَحْدُودًا i. e. „nomen melodiae interdum cadit in complexum sonorum musicorum diversorum, qui certa ordine dispositi sunt." Deinde definitionem aliam adiicit: وَقَدْ يَقَعُ أَيْضًا عَلَى جَمَاعَةِ نَغَمٍ أُلِّفَتْ تَأْلِيفًا مَحْدُودًا وَقُرِنَتْ بِهَا الحُرُوفُ ٱلَّتِي تُرَكَّبُ مِنْهَا ٱلْأَلْفَاظُ ٱلدَّالَّةُ ٱلْمَنْظُومَةُ عَلَى مَجْرَى ٱلْعَادَةِ فِي ٱلدَّلَالَةِ بِهَا عَلَى ٱلْمَعْنَى i. e. „atque porro interdum [nomen melodiae] cadit in complexum sonorum musicorum, qui certa lege compositi sunt, quibusque litteras illas adiunxerunt, ex quibus conflantur vocabula demonstrantia, eaque disposita solito more, quem sequuntur, quando iis demonstrant sensum." Hanc vero definitionem esse arctiorem, eamque ad eas tantum melodias, quae voce humana canuntur, pertinere, recte addit Fârâbensis.

Moslemi singulos sonos musicos certis nominibus significant; quod quidem faciunt bipartito. Primum significandi modum ab Graecis acceperunt. Graeci enim systema quoddam sonorum musicorum condiderunt, quod perfectum, maximumque, nuncupant,

intervallum duarum ***octavarum***, quas vocamus, continens, idque in tetrachorda quinque dispertitum, quibus singulis certa nomina imposita sunt. Singuli vero uniuscuiusque tetrachordi soni nomina acceperunt, quae tetrachordi, ex quo hi soni sunt, nomen respiciunt. Ita tetrachordi gravissimi, quod ὑπατῶν sive ***principalium*** vocatur, singuli soni nuncupantur ὑπάτη ὑπατῶν principalis principalium, παρυπάτη ὑπατῶν subprincipalis principalium, λιχανὸς ὑπατῶν digitus index principalium, sive ὑπατῶν διάτονος principalium extenta, Martian. Capell. ed. Meibom. pag. 180. Quae nomina Arabes arripuerunt, pro graecis substituentes arabica; quae quidem sunt ثَقِيلَةُ ٱلرَّئِيسَاتِ gravissima principalium, وَاسِطَةُ ٱلرَّئِيسَاتِ media principalium, حَادَّةُ ٱلرَّئِيسَاتِ acutissima principalium. Quibus nominibus, quae infra plenius exponentur, Fârâbensis interdum utitur.

Modus significandi alter ad certos locos chordarum citharae pertinet, qui si certo manus laevae digito premuntur, digitus manus dextrae ex chorda sic pressa sonum certum elicit. Habet autem cithara arabica perfectior chordas وَتَرٌ plural. أَوْتَارٌ quinque; quae quidem nominantur: ٱلْبَمّ gravissima, ٱلْمَثْلَثُ tertia, ٱلْمَثْنَى secunda, ٱلزِّيرُ inferior, الحَادُّ acutissima. Sonus elicitur ex chorda aut plane non pressa, quae إِطْلَاقُ ٱلْوَتَرِ *missio chordae* vel مُطْلَقُ ٱلْوَتَرِ *chorda missa* vocatur, aut certo digito pressa. Igitur si hoc modo certos sonos significare volunt, talia ponunt: نَغْمَةُ مُطْلَقِ ٱلْبَمّ sonus chordae gravissimae missae, qui omnium gravissimus est, atque graece προσλαμβανόμενος *adquisitus*, similique ratione arabice ٱلْمَفْرُوضَةُ *assumtus* nuncupatur; نَغْمَةُ سَبَّابَةِ ٱلْمَثْنَى sonus digiti indicis chordae secundae, i. e. sonus, qui ex chorda secunda, digito indice manus laevae pressa, elicitur; qui sonus graece μέση ***medius***, similique ratione arabice ٱلْوُسْطَى i. e. ***media*** adpellatur; Fârabens. fol. 13. rect. Quae sonorum nomina, ab locis chordarum, qui premendi sunt, petita, infra plenius significabuntur, ubi, quomodo soni in varios chordarum locos dispertiti sint, exponetur.

Deinde soni musici, cum apud Graecos, tum apud Moslemos, breviter certis n o t i s significantur, quemadmodum hoc apud nos quoque fit. Graeci quidem, quum quindecim troporum sive modorum sonis singulis singulas notas tribuerent, notaeque eorum sonorum, qui canebantur, ab notis eorum, quos instrumenta edebant, diversae essent, ingentem notarum numerum introduxerunt. Notae musicae vero, ab Graecis usurpatae, erant viginti quattuor litterae alphabeti, quibus arithmetici numeros significabant; quae ad sonos signandos ponebantur tum integrae, tum variis modis truncatae, distortae, inversae, alphabetico ordine ab acutioribus sonis descendentes in graviores; Bellermann fragm.

graecae scriptionis de musica, Berolin. 1840. pag. 8. Lydii modi sonus gravissimus sive proslambanomenos, ex cithara eliciendus, Tau littera iacenti ⊢ signabatur; sonus sequens sive hypate hypaton Gamma littera Γ recta, similique ratione soni ceteri. Arabes, qui et ipsi in libris arithmeticis et mathematicis numeros significabant litteris alphabeti arabici ex ordine syriaco vel hebraeo collocatis, easdem litteras ad signandos sonos musicos ita adhibuerunt, ut pro sonis gravioribus litterae priores, pro acutioribus postremae ponerentur. Fârâbensis systematis maximi immutati, quod Graeci condiderunt, sonos quindecim fol. 36. rect. his litteris significat:

ا ج د ه ز ح ط ى ك ل م ن س ع ف

Ponuntur igitur apud eum haec: وَنَغْمَةُ ا وَهِيَ أَثْقَلُ ٱلنَّغَمِ ٱلْمَفْرُوضَةِ هَاهُنَا أُسَمِّيهَا ثَقِيلَةَ ٱلْمَفْرُوضَاتِ وَٱلنَّغَمَ ٱلثَّلَثَ ٱلَّتِى تَتْلُو ثَقِيلَةَ ٱلْمَفْرُوضَاتِ وَهِيَ ج د ه أُسَمِّيهَا ٱلرَّئِيسَاتِ i. e. „atque sonum Elif, qui est gravissimus sonorum adquisitorum, hoc loco nuncupo *gravissimum adquisitorum*; sonos illos tres vero, qui gravissimum adquisitorum sequuntur, qui quidem sunt Dschim, Dal, He, nuncupo *principales*;“ huiusque generis alia multa.

Abd el kâdir systematis musici, quod intervallum unum integrum explet, sonosque decem et octo continet, singulos sonos pag. 11. his litteris sive numerorum notis, quae ab arithmeticis Arabibus usurpantur, significat, ab sonis gravioribus procedens ad acutiores:

يج	يز	يو	يه	يد	يج	يب	يا	ى	ط	ح	ز	و	ه	د	ج	ب	ا
18	17	16	15	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1

Deinde intervalli illius integri, quod sequitur, acutioris eundem notandi modum adhibens, his litteris signat:

له	لد	لج	لب	لا	ل	كط	كح	كز	كو	كه	كد	كج	كب	كا	ك	يط
35	34	33	32	31	30	29	28	27	26	25	24	23	22	21	20	19

Ponuntur igitur apud eum: نغمهٔ ا و يج متّحد اند در كيفيّت i. e. „sonus 1 et sonus 18 sunt iidem, quod adtinet qualitatem.“ Atque haec sonorum, quorum quisque tertia toni pars est, signa Abd el kâdir per totum librum ponit. Auctor libelli Kens ettohaf iisdem signis utitur, adiicitque pag. 13. numeros decem et septem, qui sequuntur proximi, sonorum intervalli integri tertii notas.

2. *De intervallis.*

Intervallum illud, quod inter sonos duos diversos interest, quum maius, tum minus, graece διάστημα, arabice بُعْد plural. أَبْعَاد *distantia* vocatur. Aristoxenus pag. 15. intervallum sic explicat: διάστημα δέ ἐστι τὸ ὑπὸ δύο φθόγγων ὡρισμένον μὴ τὴν αὐτὴν

τάσιν ἐχόντων i. e. „intervallum vero id est, quod duobus sonis finitur, non eandem tensionem habentibus;“ deinde addit, intervalla alia esse maiora, alia minora; porro alia *σύμφωνα* consona sive grata esse, alia *διάφωνα* dissona; minora vero ea, quae intervallo quaternario angustiora essent, dissona esse omnia, pag. 20. Fârâbensis fol. 26. rect. de intervallo ita exponit: وَكُلُّ نَغْمَتَيْنِ سُمِعَتَا مِنْ مَكَانَيْنِ وَكَانَتْ إِحْدَاهَا حَادَّةً وَٱلْأُخْرَى ثَقِيلَةً فِي زَمَانٍ وَاحِدٍ أَوْ فِي زَمَانَيْنِ مُتَقَارِبَيْنِ فَإِنَّ مَجْمُوعَ ٱلنَّغْمَتَيْنِ فِي ٱلسَّمْعِ يُسَمَّى ٱلْبُعْدَ وَقَدْ يُسَمَّى ٱلْمُدَّةَ فَٱلْبُعْدُ هُوَ مَجْمُوعُ نَغْمَتَيْنِ مُخْتَلِفَتَيْنِ فِي ٱلْحِدَّةِ وَٱلثِّقَلِ i. e. „si soni duo, ex locis duobus profecti, quorum alter acutus, alter gravis est, tempore eodem, vel duobus temporibus inter se propinquis, audiuntur, concentus eorum, qui aure percipitur, vocatur بُعْدٌ *intervallum*, atque interdum مُدَّةٌ *spatium*; itaque intervallum est concentus duorum sonorum, qui acumine et gravitate inter se differunt.“ Addit, alia intervalla esse مُتَّفِقٌ consona, alia مُتَبَايِنٌ vel مُتَنَافِرٌ dissona. Abd el kâdir eandem intervalli definitionem, aliasque, quae ei similes sunt, pag. 6. proponit, additque haec: پس بباید دانست که بعد از اختلاف نغمتین حاصل می شود i. e. „ergo sciri oportet, intervallum ex differentia duorum sonorum exsistere.“ Consentit cum Abd el kâdiro auctor libelli Kens ettohaf pag. 11.

Intervalla maiora, eaque consona, iuxta Graeci atque Moslemi distinxerunt sex, ab Euclide pag. 13. atque ab Fârâbensi fol. 21. vers. enumerata, nominaque iis imposuerunt haec:

ٱلْبُعْدُ ٱلَّذِى بِٱلْأَرْبَعَةِ	τὸ διὰ τεσσάρων
ٱلْبُعْدُ ٱلَّذِى بِٱلْخَمْسَةِ	τὸ διὰ πέντε
ٱلْبُعْدُ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ	τὸ διὰ πασῶν
ٱلْبُعْدُ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ وَٱلْأَرْبَعَةِ	τὸ διὰ πασῶν καὶ διὰ τεσσάρων
ٱلْبُعْدُ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ وَٱلْخَمْسَةِ	τό διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε
ٱلْبُعْدُ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ مَرَّتَيْنِ	τὸ δὶς διὰ πασῶν.

Soni haec intervalla terminantes a nobis vocantur: *quarta, quinta, octava, undecima, duodecima, octava duplicata.* In intervallo integro sive *octava* Fârâbensis fol. 14. vers. *consonantias* ٱتِّفَاقَاتٌ sive كَمَالَاتٌ *perfectiones* inesse perhibet tres; prima, quam ٱلْكَمَالُ ٱلْأَعْظَمُ *perfectionem maximam* adpellat, octavam significare videtur, altera intervallum quinarium, tertia intervallum quaternarium. Gravissimum octavae

6

cuiusvis sonum الشحاج الاعظم *rudentem maximum* nuncupari tradit, acutissimum vero الصياح الاعظم *stridentem maximum*; haec enim ponit: وبين ان طرفي البعد نغمتان مختلفتا الطبقة ومتى كان طرفا البعد اذا اقترنا حدث بهما الكمال الاعظم فان اثقل الطرفين يسمى بالعربية الشحاج الاعظم والآخر يسمى الصياح الاعظم والناس يعدونهما كنغمة واحدة وتقوم في الالحان كل واحدة منهما مقام الاخرى فلنسمى كل واحدة منهما قوة للاخرى i. e. „apertum est, duos terminos intervalli esse sonos duos gradu diversos; si vero ex duobus terminis intervalli consociatis exsistit perfectio maxima, tum gravissimus terminus arabice vocatur rudens maximus, alter vero vocatur stridens maximus; quos quidem duos sonos homines sonum eundem esse ita existimant, ut in melodiis alter alterius vicem expleat. Atque alterum dicimus esse alterius potentiam.“ Atque in libro Kens ettohaf pag. 15. de his adpellationibus sic exponitur: نغمهء مطلق بم بنسبت با سبابهء مثنى شحاج ميخوانند وسبابهء مثنى بنسبت با مطلق بم صياح ميخوانند وهمچنين سبابهء بم بنسبت نا بنصر مثنى شحاج ميخوانند وبنصر مثنى بنسبت با سبابهء بم صياح ميخوانند وهر نغمه كه درين بعد باشد اثقل را شحاج خوانند وحادرا صياح i. e. „sonum chordae gravissimae missae [i. e. non pressae] relatum ad digitum indicem chordae secundae adpellant rudentem, digitum indicem chordae secundae vero ad chordam gravissimam missam relatum adpellant stridentem; eodemque modo digitum indicem chordae gravissimae relatum ad digitum annularem chordae secundae adpellant rudentem, digitum annularem chordae secundae vero relatum ad digitum indicem chordae gravissimae adpellant stridentem; atque quorumvis sonorum, hoc intervallo distentorum, graviorem adpellant rudentem, acutum stridentem.“ Inter eos sonos citharae binos, qui hoc loco designati sunt, intervallum integrum sive octava interest.

Vocabulum قوة plural. قوى *potentia* eum gradum, quem in *octava* certus sonus obtinet, significat, primus ergo octavae primae sonus in ea eandem potentiam, quam primus octavae secundae in secunda, habet; atque ita secundus octavae primae sonus in ea eandem potentiam, quam secundus octavae secundae in secunda, obtinet.

Quaeritur quotnam sonorum *octavas* esse Moslemi doceant. Fârâbensis totum sonorum musicorum naturalium النغم الطبيعية sive naturae consentaneorum ambitum neque ex ullius hominis gutture, neque ex instrumento ullo, elici posse dicit; instrumentorum

omnium capacissimum vero, sive sonos plurimos edens, illud esse, quod Schâhrûd شاهرود adpellant; quod Meninskius tibiam quandam esse perhibet. Qua de re Fârâbensis fol. 14. vers. et 15. rect. sic disserit: فَلْنُحَصِّلِ ٱلْآنَ بُعْدَ أَثْقَلِ نَغْمَةٍ طَبِيعِيَّةٍ مِنْ أَحَدِّ نَغْمَةٍ طَبِيعِيَّةٍ بِحَسْبِ مَا يُمْكِنُنَا أَنْ نَجِدَهَا نَحْنُ فِي ٱلْأَجْسَامِ ٱلَّتِي تُوَاتِينَا لِٱسْتِخْرَاجِ ٱلنَّغَمِ فِيهَا فَإِنَّهُ لَا يَمْنَعُ مَانِعٌ أَنْ يَكُونَ هَاهُنَا مَا هُوَ طَبِيعِيٌّ بِوَجْهٍ مَا وَلَكِنْ لَا نَجِدُ جِسْمًا يُوَاتِينَا عَلَى ٱسْتِخْرَاجِهِ مِنْهُ وَلَا وَتَرًا وَلَا حَلْقَ إِنْسَانٍ وَلْنَرُمْ أَخْذَ هَذَيْنِ ٱلطَّرَفَيْنِ بِحَسْبِ مَا تُعْطِينَا ٱلْآلَاتُ ٱلْمُسْتَخْرِجَةُ ٱلَّتِي جُعِلَتْ بَعْضُهَا تَابِعَةً وَمُحَاكِيَةً لِلنَّغَمِ ٱلطَّبِيعِيَّةِ ٱلْمَسْمُوعَةِ مِنَ ٱلْإِنْسَانِ وَلْنَسْتَقْقِدْ مِنَ ٱلْآلَاتِ ٱلْمَشْهُورَةِ عِنْدَنَا أَكْثَرَ إِعْطَاءً لِلنَّغَمِ فَنَقُولُ أَنَّ ٱلَّتِي وَجَدْنَاهَا نَحْنُ بِهَذِهِ ٱلصِّفَةِ مِنَ ٱلْآلَاتِ ٱلْمَشْهُورَةِ فِي مَمْلَكَةِ ٱلْعَرَبِ هِيَ ٱلْآلَةُ ٱلَّتِي تُسَمَّى ٱلشَّاهْرُودَ وَهَذِهِ إِنَّمَا ٱسْتُنْبِطَتْ فِي زَمَانِنَا نَحْنُ وَلَمْ تَكُنْ تُعْرَفُ فِي مَا خَلَا مِنَ ٱلزَّمَانِ وَأَوَّلُ مَنِ ٱسْتَخْرَجَهَا وَٱسْتَنْبَطَهَا رَجُلٌ مِنْ سُغْدِ سَمَرْقَنْدَ يُعْرَفُ بِخُلَيْصِ بْنِ أَحْوَصَ وَٱسْتَخْرَجَهَا أَوَّلَ مَا ٱسْتَخْرَجَهَا بِبِلَادِ ٱلْمَاهِ أَيِ ٱلْجِيلِ وَذَلِكَ فِي سَنَةِ أَلْفٍ وَمِايَتَيْنِ وَثَمَانٍ وَعِشْرِينَ لِلْإِسْكَنْدَرِ وَسَنَةِ سِتٍّ وَثَلَاثِمِايَةٍ مِنْ سِنِي ٱلْعَرَبِ ثُمَّ حَمَلَهَا إِلَى بِلَادِ ٱلسُّغْدِ وَبِلَادُ ٱلسُّغْدِ هِيَ قَرِيبَةٌ مِنْ أَقَاصِي ٱلْبُلْدَانِ ٱلَّتِي فِي نَاحِيَةِ ٱلشَّمَالِ i. e. „iam vero intervallum illud, quod inter sonum naturalem gravissimum et sonum naturalem acutissimum interest, exploremus, quatenus eos in iis corporibus, quae sonos musicos nobis subministrant, reperire possumus; nil enim impedit, quo minus quodcunque naturale sit in iis exsistat modo aliquo. Sed nullum corpus invenimus, quod illud intervallum nobis subministret, neque chordam ullam, neque guttur hominis. Itaque operam demus, ut duos illos terminos in tantum eruamus, quantum eos nobis suppeditant instrumenta sonos edentia, quorum nonnulla ita condita sunt, ut sonos musicos, qui ex homine audiuntur, sequantur atque imitentur, scrutemurque instrumentorum apud nos usitatorum feracissimum soni. Quod si facimus, dicemus instrumentorum in terris Arabum usitatorum feracissimum illud esse, quod Schâhrûd adpellatur; quod nostro demum tempore inventum est, neque cognitum fuerat tempore praeterito. Quod primus edidit atque invenit homo quidam, qui ex Sogdensibus Samarkandae erat, adpellabaturque Cholais ben achwas. Primo illud instrumentum invenit in terra Mâhensi sive Dschîlensi anno post Alexandrum millesimo ducentesimo vicesimo octavo, qui est

annus Arabum trecentesimus sextus; postea in terram Sogdensium id advexit, quae propinqua est terris extremis ad septentrionem sitis.“ Pro ٱلسُّغْد in codice bis ٱلسِّنْد *Sindenses* scriptum est, quod perperam positum esse suspicor; porro pro أَوَّلَ مَا *primo* scriptum est أَوَّلُ مَنْ *primus*, quod item perperam positum esse ea demonstrant, quae sequuntur. Deinde Fârâbensis fol. 15. rect. instrumentum illud etiam Bagdâdum, paulatimque in ceteras Moslemorum terras advectum esse perhibet. Quibus expositis, de capacitate Schâhrûdi haec dicit: فَانَّا اذَا أَخَذْنَا أَثْقَلَ نَغْمَةٍ فِيهَا وَقِسْنَاهَا الَى أَحَدِّ نَغْمَةٍ فِيهَا وَجَدْنَا ٱلْأَحَدَّ صَيَّاحَ صَيَّاحِ صَيَّاحِ أَثْقَلِ نَغْمَةٍ فِيهَا وَهُوَ قُوَّةُ ٱلْأَثْقَلِ ٱلرَّابِعَةُ وَفِيمَا بَيْنَهُمَا ثَلَاثُ قُوًى وَهَذَا أَبْعَدُ مَا أَعْطَتْنَا هَذِهِ ٱلْآلَةُ وَكَذٰلِكَ يُمْكِنُ أَنْ يُسْتَخْرَجَ بُعْدُ هَذِهِ وَمَا فَوْقَهَا فِى ٱلْحِدَّةِ وَٱلثِّقَلِ مِنَ ٱلْمَزَامِيرِ ٱلْمُخْتَلِفَةِ i. e. „quodsi sumimus gravissimum huius instrumenti sonum, cumque cum sono eius acutissimo conferimus, acutissimum esse invenimus stridentem stridentis illius stridentis, qui ad sonum huius instrumenti gravissimum pertinet; stridens igitur huius instrumenti acutissimus est potentia quarta soni gravissimi, atque inter eos sitae sunt potentiae tres. Hic vero sonus extremus eorum est, quos hóc instrumentum nobis subministrat. Atque ita ambitus sonorum huius instrumenti, atque etiam is, qui acumine et gravitate maior est, ex tibiis inter se diversis elici potest.“ Fârâbensis his, schâhrûdum sonos octavarum trium praebere, significare voluit. Pro صَيَّاحَ صَيَّاحِ صَيَّاحِ أَثْقَلِ نَغْمَةٍ vero in codice صَيَّاحَ صَيَّاحِ أَثْقَلِ أَثْقَلِ نَغْمَةٍ posita sunt, quae non recte scripta esse suspicor; atque verbum يُسْتَخْرَجَ ab codice abest, incuria librarii, ut mihi videtur, omissum.

Post ea verba, quae modo adposuimus, Fârâbensis fol. 15. rect. et vers. haec addit, significans, intra tres igitur octavas, sive potentias quattuor, sonos illos, qui ad melodias componendas adhiberi possint, sitos esse: وَبَيِّنٌ أَنَّا اِذَا أَخَذْنَا ٱلنَّغَمَ ٱلَّتِى بَيْنَ ٱلْأَثْقَلِ وَبَيْنَ أَقْرَبِ قُوَّةٍ اِلَيْهِ مِنْ هَذِهِ ٱلْقُوَى وَحَصَّلْنَاهَا وَكَرَّرْتَ فِيمَا بَيْنَ هَذِهِ ٱلْقُوَى ٱلثَّلٰثِ ٱلْبَاقِيَةِ حَصَلَتْ حِينَئِذٍ ٱلنَّغَمُ كُلُّهَا غَيْرَ أَنَّ ٱلْمُتَكَرِّرَةَ هِىَ بِأَعْيَانِهَا ٱلْقُوَى ٱلَّتِى فِى ٱلْبُعْدِ ٱلْأَوَّلِ فَٱلْقُوَى ٱلَّتِى فِى ٱلْبُعْدِ ٱلْأَوَّلِ اِذَا هِىَ جَمِيعُ ٱلنَّغَمِ ٱلطَّبِيعِيَّةِ لِلْاِنْسَانِ فَٱلطَّبِيعِيَّةُ هِىَ ٱلَّتِى مِنْهَا تَأْتَلِفُ ٱلْأَلْحَانُ ٱلطَّبِيعِيَّةُ وَٱلْأَلْحَانُ ٱلطَّبِيعِيَّةُ هِىَ هَذِهِ ٱلْمَوْجُودَةُ عِنْدَ هَذِهِ ٱلْأُمَمِ وَٱلنَّغَمُ ٱلَّتِى مِنْهَا تُؤَلَّفُ هَذِهِ ٱلْأَلْحَانُ هِىَ ٱلْمَوْجُودَةُ

فِي هٰذِهِ ٱلْآلَاتِ ٱلْمَشْهُورَةِ عِنْدَنَا وَأَكْمَلُ ٱلْأَلْحَانِ ٱلطَّبِيعِيَّةِ ٱلَّتِي أُلِّفَتْ وَتُؤَلَّفُ فِي
ٱلَّتِي تُؤَلَّفُ مِنَ ٱلنَّغَمِ ٱلْخَارِجَةِ عَنِ ٱلْعُودِ ثُمَّ عَنِ ٱلطُّنْبُورِ ٱلْبَغْدَادِيِّ ثُمَّ عَنِ
ٱلنَّايِ ثُمَّ عَنِ ٱلرَّبَابِ وَأَمَّا سَايِرُ ٱلْأُخَرِ فَإِنَّ جُلَّهَا تَابِعَةٌ لِلْعُودِ مِثْلَ ٱلْمَزَامِيرِ وَٱلْمَعَازِفِ
وَٱلطَّنَابِيرِ ٱلْخُرَاسَانِيَّةِ i. e. „atque apertum est, si eos sonos, qui inter gravissimum et proximam, quae ex illis potentiis est, eius potentiam siti sunt, iam sumamus atque paremus, sique hi soni inter tres illas potentias reliquas repetantur, tum sonos exsistere omnes; soni repetiti vero ipsi eaedem potentiae sunt, quae in intervallo primo insunt. Quae quidem potentiae, intra intervallum primum sitae, summam efficiunt eorum sonorum, quos homo habet naturales. Ex sonis naturalibus componuntur melodiae naturales; quae quidem eae sunt, quae apud has gentes exstant. Soni vero, ex quibus melodiae illae componuntur, iidem sunt, qui ab instrumentis apud nos usitatis subministrantur. Melodiarum naturalium, quae compositae sunt atque etiamnunc componuntur, perfectissimae eae sunt, quae componuntur ex sonis, quos cithara edit; inferiores sunt soni pandurae bagdâdicae, deinde soni fistulae, deinde soni lyrae [Rabâbae]; quod instrumenta cetera adtinet, maior eorum pars citharam sequitur, ut tibiae, et phorminges, panduraeque chorâssânicae." Pro ٱلْقُوَى ٱلثَّلٰثِ ٱلْبَاقِيَةِ in codice ٱلْقُوَى ٱلْأَرْبَعِ ٱلْبَاقِيَةِ scriptum est; quod per incuriam librarii positum esse suspicor. Pro ٱلْبَغْدَادِيِّ in codice vocabulum ٱلْمِيزَاتِيّ scriptum esse videtur; sed permultis locis, praesertim fol. 62. et 82. vers. 87. vers. ab Fârâbensi distinguuntur ٱلطُّنْبُورُ ٱلْبَغْدَادِيُّ pandura Bagdâdica, et ٱلطُّنْبُورُ ٱلْخُرَاسَانِيُّ pandura Chorâssanica. Instrumentum illud, quod رَبَابٌ *Rabâba* vocatur, Fârâbensis fol. 81. chordam unam vel duas, interdum vero chordas quattuor, habere fert; auctor libelli Kens ettohaf pag. 23. si recte scripta sunt, quae ibi leguntur, Rabâbam chordis sex instructam esse perhibet; Villoteau eas Rabâbas, quibus in Aegypto iam utuntur, chordam unam, vel duas, habere tradit, Description de l'Egypte; état moderne, tom. 1. pag. 914.

Cithara Arabum antiquior quattuor chordas habebat. Quintam vero eum in finem, ut duarum *octavarum* integrarum soni ex hoc instrumento elici possent, adiectam esse, Fârâbensis fol. 16. rect. exponit, his verbis usus: فَلْنُسَوِّ ٱلْعُودَ عَلَى مَا جَرَتْ بِهِ ٱلْعَادَةُ
فِي تَسْوِيَتِهِ وَلْنَجْعَلْ أَثْقَلَ نَغْمَةٍ فِيهِ نَغْمَةَ مُطْلَقِ ٱلْبَمِّ فَنَجِدُ صَيَّاحَهَا نَغْمَةَ سَبَّابَةِ ٱلْمَثْنَى
فَتَبَيَّنَ أَنَّ هٰذِهِ ٱلْآلَةَ لَمْ يُقْتَصَرْ فِيهَا عَلَى جَمَاعَةٍ وَاحِدَةٍ بَلْ يُتَخَطَّى فِيهَا إِلَى ٱلَّتِي

تُحِيطُ بِقُوَى ٱلْجَمَاعَةِ ٱلْأُولَى وَإِذَا طَلَبْنَا بَعْدَ ذَلِكَ صِيَاحَ سَبَّابَةِ ٱلْمَثْنَى لَمْ نَجِدْهُ فِي دَسَاتِينِ ٱلْعُودِ وَلْنُكَمِّلْ فِيهِ تَمَامَ ٱلدَّوْرِ ٱلثَّانِي مِنْ أَدْوَارِ ٱلْقُوَى وَنَشُدُّ لِذَلِكَ وَتَرًا خَامِسًا فَنَجِدُ تَمَامَ ٱلدَّوْرِ ٱلثَّانِي فِي بِنْصِرِ ٱلْخَامِسِ فَيَحْصُلُ دَوْرَانِ وَبَيِّنٌ أَنَّ ٱلنَّغَمَ ٱلَّتِي فِي ٱلدَّوْرِ ٱلثَّانِي يَجِبُ أَنْ تَكُونَ قُوَى ٱلنَّغَمِ ٱلَّتِي فِي ٱلدَّوْرِ ٱلْأَوَّلِ i. e. „temperemus igitur citharam ita, ut temperari solet, gravissimumque eius sonum ponamus sonum chordae gravissimae missae; quo facto, huius soni stridentem esse inveniemus sonum digiti indicis chordae secundae. Apertum vero est, huius instrumenti sonos non unius tantum systematis finibus circumscribi, sed homines eo utentes ad systema quoddam progredi, quod potentias systematis primi continet. Quodsi autem deinde stridentem soni digiti indicis chordae secundae quaerimus, in ligamentis citharae eum non invenimus. Suppleamus igitur in cithara periodum potentiarum secundam; quod ut efficiamus, chordam quintam adiicimus. Tum enim periodi secundae terminum inveniemus esse sonum digiti annularis chordae quintae; ita igitur periodi duae parantur. Atque apertum est, sonos eos, qui in periodo secunda insunt, potentias eorum sonorum esse, qui periodo primo continentur." Ex quibus intelligimus intervalla illa, quae octavas vocamus, etiam vocabulis جَمَاعَةٌ *systema* et دَوْرٌ *periodus* significari. Vocabulum دَسْتَانٌ plural. دَسَاتِينُ ligamenta illa, sive strias, significat, quae superficiei colli citharae eum in finem immittuntur, ut ad ea chordas adprimant digiti manus laevae; quae ligamenta vernacule Bünde vocantur, gallice *touches*.

Accedimus ad intervalla minora, quae ab Fârâbensi fol. 31. rect. ٱلْأَبْعَادُ ٱللَّحْنِيَّةُ *intervalla melodica* et ٱلْأَبْعَادُ ٱلصِّغَارُ *intervalla parva* adpellantur. Quae ex varia tetrachordi partitione, tetrachordum aut bifariam, aut trifariam, dividente ortum trahere dicit. Locis pluribus de his intervallis Fârâbensis disserit. Quodsi eius verba recte intellexi, nomina intervallorum minorum graeca cum arabicis ita fere componenda esse videntur:

ذُو ٱلطَّنِينَيْنِ	*δίτονον*, ditonum, Terz.
بُعْدٌ طَنِينِيٌّ	*τόνος*, tonus, ganzer Ton.
ٱنْفِصَالٌ	*ἀποτομή*, semitonium maius.
بَقِيَّةٌ	*λεῖμμα*, semitonium minus.
إِرْخَاءٌ	*δίεσις*, diesis, Viertheilton.

Ditonus, quem Forkelius in histor. music. tom. 1. pag. 319. ***terliam magnam***, quam vocamus, esse perhibet, etiam ذو المدتين adpellatur, quoniam tonus etiam مدة vocatur. Qua de re Fârâbensis fol. 32. vers. haec tradit: وهذا الصنف من اصناف القوى هو الذى كان القدماء يسمونه ذا المدتين وذا الطنينين من قبل انه استعمل فيه بعدان طنينيان وهذا الجنس هو جنس مشهور مألوف جدا وهو الذى يستعمله الجمهور واكثر الناس فى العود i. e. „atque hanc speciem, quae ex speciebus generis fortis est, antiqui ***dsul muddatein*** et ***dsul taninein*** adpellarunt. Quod quidem genus percelebre et usitatissimum est; vulgus enim, hominesque plurimi, quum citharam pulsant, eo utuntur."

Tonus apud Fârâbensem tribus nominibus significatur; quae quidem sunt بعد طنينى ***intervallum sonans***, مدة ***spatium***, بعد العودة ***intervallum reditus***. Bacchius pag. 2. tonum sic definit: *τόνος δὲ τί ἐστιν; ᾧ μείζων ἡ διὰ πέντε συμφωνία τῆς διὰ τεσσάρων* i. e. „tonus vero quid est? id, quo consonantia quinaria maior est quam quaternaria;" naria;" conf. Nicomach. pag. 12. Apud Fârâbensem fol. 17. vers. haec leguntur: فاذا فصلنا بعد ذى الخمسة من بعد ذى الكل بقى الباقى البعد ذا الاربعة وهو اقل من ذى الخمسة واذا فصلنا ذا الاربعة من ذى الخمسة بقى الباقى فضل ذى الخمسة على ذى الاربعة ولما كان مجموع ذى الخمسة على ذى الاربعة هو ذو الكل كان ضعف ذى الاربعة متى زيد عليه هذا البعد حصل ذا الكل بحسب ما تقدم فيلزم اذا ان يكون ضعف ذى الاربعة يحيط بالقوى السبع كلها فاذا زيد عليها هذا البعد عادت القوة الاولى بينها فليسمى اذا فضل ذى الخمسة على ذى الاربعة بعد العودة وقد كان القدماء يسمونه المدة والبعد الطنينى i. e. „si detrahimus intervallum quinarium de intervallo integro [*octava*], relinquitur intervallum quaternarium, quod minus est quinario. Si vero detrahimus quaternarium de quinario, relinquitur id, quo superatur ab quinario quaternarium. Quum autem, si ad quinarium adiicitur quaternarium, exsistat intervallum integrum, etiam quaternarium duplicatum cum illo intervallulo adiecto efficiet intervallum integrum; quod ex iis conficitur, quae supra dicta sunt. Tum igitur quaternarium duplicatum potentias illas septem continere omnes, necesse est; adiecto vero ad eas intervallulo illo, redit ea potentia, quae inter eas prima est. Propterea igitur id, quo ab

quinario quaternarium superatur, ***intervallum reditus*** adpellatur. Veteres vero hoc *spatium* et ***intervallum sonans*** vocabant."

Quod limma λεῖμμα adtinct, in universum quidem dimidium toni esse censebatur, et semitonium adpellabatur; sed si, quota toni pars sit limma, adcuratius exploretur, tum limma dimidio toni minus esse cognosci ait Gaudentius; apud quem pag. 16. haec leguntur: ἔλαττον ἄρα τὸ λεγόμενον ἡμιτόνιον τοῦ ἀληθῶς ἡμιτονίου, διόπερ λεῖμμα ἐκλήθη, καὶ λόγον ἔχει, ὃ τὰ σμγ πρὸς τὰ σνϛ i. e. „minus igitur est id, quod semitonium adpellatur, quam id, quod vere semitonium est; atque ea de causa limma est adpellatum, habetque eam rationem, quam 243 ad 256." Eadem idem tradit pag. 15; vide Kretzschmer Ideen zu einer Theorie der Musik; Stralsund. 1833. pag. 14. 29. Ab Fârâbensi limma adpellatur بَقِيَّة ***residuum*** et فَضْلَة ***excedens***; quod intervallum esse dimidium toni, vulgo existimari fol. 18. rect. perhibet: فَاذَا فَصَلْنَا بُعْدَ ٱلْعَوْدَةِ مِنْ ذِى ٱلْأَرْبَعَةِ مَرَّتَيْنِ حَصَلَ فَضْلُ ذِى ٱلْأَرْبَعَةِ عَلَى ضِعْفِ ٱلْعَوْدَةِ فَلْيُسَمَّى ذَلِكَ ٱلْبُعْدُ ٱلْفَضْلَةَ i. e. „quodsi detrahimus tonum [intervallum reditus] de intervallo quaternario bis, tum exsistit id, quo intervallum quaternarium excedit tonos duos; quod intervallum propterea *excedens* adpellatur; „additque eadem pagina: فَيَرَى بَعْضُ ٱلنَّاسِ اذَا نَظَرَ هَذَا ٱلنَّظَرَ أَنَّ ٱلْفَضْلَةَ نِصْفُ بُعْدِ ٱلْعَوْدَةِ i. e. „existimant igitur nonnulli homines, si ita res consideratur, intervallum excedens esse dimidium toni." Sed deinde fol. 19. vers. quantitatem intervalli excedentis Fârâbensis adcuratius explicat, ponitque haec: فَمِنْ هَاهُنَا يَتَبَيَّنُ أَنَّ ٱلْفَضْلَةَ فِى أَقَلَّ مِنْ نِصْفِ بُعْدِ ٱلْعَوْدَةِ i. e. „atque hinc adparet, intervallum excedens dimidio toni minus esse." Idem intervallum vocabulo بَقِيَّة significari, ex his Fârâbensis verbis intelligitur, fol. 32. vers. وَٱلْبَاقِى بَعْدَ ٱلطَّنِينَيْنِ وَكَانَ ٱلْقُدَمَآءُ يُسَمُّونَهُ ٱلْفَضْلَةَ وَٱلْبَقِيَّةَ i. e. „quod vero superest post duos illos tonos, quod quidem veteres ***excedens*** et ***residuum*** vocant;" et fol. 52. vers. فَيَبْقَى مَجْمُوعُ نَغْمَتَىِ ٱلْخِنْصِرِ وَٱلْبِنْصِرِ فَهُوَ ٱلْبُعْدُ ٱلَّذِى يُسَمَّى ٱلْبَقِيَّةَ وَٱلْفَضْلَةَ i. e. „tum superest concentus sonorum digiti minimi et digiti annularis, qui id intervallum efficit, quod ***residuum*** et ***excedens*** vocatur." Interdum intervallum ***residuum*** aequale circiter reddi quartae toni parti, fol. 58. rect. et vers. Fârâbensis exponit; ubi primo haec dicit: وَٱلْبَقِيَّةُ فِى قَرِيبَةٌ مِنْ رُبْعِ طَنِينِىٍّ i. e. „inter residuum et quartam toni partem non multum interest." Apud nos quoque id, quod semitonium halber Ton vocatur, dimidio toni minus esse constat, quum tono commata novem, semitonio quattuor tribuantur.

Apotomen esse semitonium maius, sive id semitonium, quod dimidio toni paulo maius est, Gaudentius pag. 16. exponit: *τοῦ δὲ λείμματος τὸ λεῖπον εἰς συμπλήρωσιν τόνου καλεῖται ἀποτομή· κοινῶς δὲ καὶ αὐτὸ ἡμιτόνιον, ὥς τε ἔσται τῶν ἡμιτονίων τὸ μὲν μεῖζον, τὸ δὲ ἔλαττον.* i. e. „id vero, quod limmati deest ad complendum tonum, vocatur apotome, communiter quoque et ipsum hemitonium, ita ut hemitoniorum alterum sit maius, alterum minus." Cuius apotomes scriptores Graeci, qui de musica exponunt, antiquiores rarius mentionem faciunt. Apud Fârâbensem vocabula أَلْاِنْفِصَالُ *disiunctio* et بُعْدُ ٱلْاِنْفِصَالِ *intervallum disiunctionis* quidem intervallum sonorum quoddam significant; sed ab apotome graeca hoc intervallum differt quantitate. Est enim d i s i u n c t i o illa intervallum toni unius, quod ad intervalla duo quaternaria, sive tetrachorda duo, adiicitur, ut ita intervallum octavae, sive octochordum, compleatur; nam ex tetrachordis duobus et tono uno adiecto octava componitur. Qua de re Fârâbensis fol. 35. vers. haec adposuit: وَٱلْبُعْدُ ٱلطَّنِينِىُّ ٱلْمُسْتَعْمَلُ فِى هٰذِهِ ٱلْجُمُوعِ يُسَمَّى بُعْدَ ٱلْاِنْفِصَالِ مِنْ قِبَلِ أَنَّهُ يُسْتَعْمَلُ فَصْلًا بَيْنَ أَبْعَادِ ٱلْجِنْسِ ٱلْمُتَكَرِّرِ فِى هٰذِهِ ٱلْجَمَاعَاتِ i. e. „atque intervallum toni unius illud, quod in his systematis [octavis duplicatis] usurpant, intervallum disiunctionis nominatur, propterea quod tanquam discrimen inter intervalla illius generis [tetrachordi], quod in his systematis redit, ponitur." Intervallum disiunctionis in octava modo primum ponitur, modo medium, modo extremum; qua de re infra pag. 60. dicetur. Mentionem intervalli disiunctionis Fârâbensis saepe facit, fol. 43. vers. 59. vers. 61. vers. 72. rect. 82. rect. 84. rect. et vers.

Dieses, sive solutiones soni, Graeci in universum intervalla minima adpellabant. Plerumque diesi vocabulo quadrantem, sive quartam partem, toni significabant, Aristid. pag. 14. 15. Qui adcuratius distinguebant, ab iis *δίεσις χρωματικὴ ἐλαχίστη* tertia toni pars vocabatur, *δίεσις ἐναρμόνιος ἐλαχίστη* vero quarta toni pars, Aristox. pag. 46. De diesi vocabulo Aristides pag. 14. haec adposuit; *δίεσις μὲν οὖν ἐκαλεῖτο τὸ μικρότατον τῆς φωνῆς διάστημα, οἷον διάλυσις τῆς φωνῆς οὖσα* i. e. „diesis [solutio] autem vocabatur minimum vocis intervallum, quod quasi vocis dissolutio est." Vocabulum arabicum إِرْخَآءٌ item *solutionem*, *laxationem*, significat, propterеaque ab Fârâbensi ad exprimendam diesin Graecorum traductum est; haec enim apud illum fol. 29. vers. leguntur: وَبِهٰذَا ٱلطَّرِيقِ تَسْتَبِينُ نَسَبَةُ رُبْعِ ٱلْبُعْدِ ٱلطَّنِينِيِّ وَهُوَ ٱلْبُعْدُ ٱلْمُسَمَّى ٱلْإِرْخَآءُ فَإِنَّهُ مَتَى ٱسْتَعْمَلْنَا هٰذَا ٱلطَّرِيقَ ٱسْتَبَانَ أَنَّ نَسَبَةَ ٱلنَّغْمَةِ ٱلْأُولَى إِلَى ٱلثَّانِيَةِ هِىَ نَسَبَةُ سِتَّةٍ وَثَلٰثِينَ إِلَى خَمْسَةٍ وَثَلٰثِينَ وَأَنَّ ٱلنَّغْمَةَ ٱلثَّالِثَةَ أَرْبَعَةٌ وَثَلٰثُونَ وَٱلرَّابِعَةَ

ثلاثة وثلثون والخامسة اثنان وثلثون i. e. „atque hoc modo cognoscitur ratio quadrantis toni, quod intervallum *solutio* adpellatur; nam si hoc modo utimur, apertum fit, [i. e. intervallo toni in partes quattuor dispertito, atque ita sonis quinque effectis] sonum primum eam rationem ad secundum habere, quam triginta sex ad triginta quinque; sonum tertium vero esse triginta quattuor, quartum triginta tres, quintum triginta duo."

3. *De tribus modulationis generibus.*

Maiora sonorum systemata Graeci ex tetrachordis, intervallum quaternarium explentibus, componebant. Continebat autem tetrachordum sonos quattuor, inter quos tria intervalla minora intererant, eaque mutabilia. Nam cuiusvis tetrachordi soni extremi, sive primus et quartus, erant ἑστῶτες **stantes**, non mutabiles; qui ab Fârâbensi fol. 37. rect. vocantur أَلنَّغَمْ أَلرَّاتِبَةُ ***soni constantes.*** Tetrachordi soni medii vero, sive secundus et tertius, erant κινούμενοι ***mobiles***, mutabiles, Euclid. pag. 6. et Martian. Capell. pag. 184. qui ab Fârâbensi loc. cit. vocantur أَلنَّغَمْ أَلْمُتَغَيِّرَةُ وَأَلزَّائِلَةُ ***soni mutabiles et mobiles.*** Qui soni mobiles prout diversis modis mutantur, necessario etiam intervalla illa tria, quae in tetrachordo insunt, variantur. Qua ex variatione tetrachordi t r i a m o d u l a t i o n i s g e n e r a exsistunt, quae graece γένη μελῳδίας τρία vel τετραχόρδου διαιρέσεις ***tetrachordi divisiones*** vocantur, Aristid. pag. 18. Aristox. pag. 50. vernacule vero Klanggeschlechte, ab Fârâbensi جِنْس plural. أَجْنَاس ***genera*** nuncupantur. Quae quidem haec sunt:

1. τὸ διατονικὸν ***diatonicum***, quod a gravi ad acutum procedit per semitonium, et tonum, et tonum; quam progressionem nos notis musicis sic significamus: ***H c d e.*** Diatonicum ab Aristide pag. 18. ideo adpellari dicitur, quia tonis abundat, et in eo vox vehementius διατείνεται distenditur. Unde fit, ut ab nonnullis ***genus rarum*** nuncupetur; soni enim tres in eo intervallis maioribus sunt disiuncti. Genus diatonicum Aristides pag. 111. ἀῤῥενωπὸν καὶ αὐστηρότερον virile atque severius esse perhibet. Propterea hoc genus ab Fârâbensi أَلْجِنْسُ أَلْقَوِيُّ et أَلْجِنْسُ أَلْمُقَوِّى ***genus forte*** vocatur; additque idem, veteres id أَلْجِنْسُ أَلرَّجُلِيُّ ***genus virile***, et أَلْجِنْسُ أَلْغَيْرُ أَلْمُتَوَاتِرِ وَأَلْمُتَخَلْخِل ***genus non densum, sed dissolutum*** adpellare; fol. 19. rect. et vers. fol. 31. vers.

2. τὸ χρωματικὸν ***chromaticum*** sive coloratum, quod a gravi ad acutum procedit per semitonium, et semitonium, et triemitonium, quod ***tertiam parvam*** vocamus; quam progressionem nos notis musicis sic significamus: ***H c cis e.*** Quod genus cur ***coloratum*** nuncupatum sit, Graeci varie explicant; Aristides pag. 18. id ita adpellatum esse

fert, quod medium inter genus diatonicum et enarmonium tenet locum, quemadmodum inter album et nigrum medius interest color; pag. 111. vero hoc genus reliqua intervalla colorare, non tamen illorum quoquam indigere dicit. Aliam causam Nicomachus adfert pag. 26. Colorato significasse mihi videntur genus fucatum, quod artificiosius compositum erat. Porro genus chromaticum dicebatur τὸ πυκνὸν ***densum, spissum,*** Bacch. pag. 7. quia in eo soni tres brevioribus tantum intervallis disiuncti sunt. Aristides hoc genus pag. 111. ἥδιστον τε καὶ γοερόν suavissimum et flebile esse affirmat. Propterea ab Fârâbensi fol. 19. rect. genus chromaticum الجنس اللين ***genus molle*** vocatur, ut ab genere *forti* sive diatonico apertius distinguatur. Porro ab eodem الجنس الملون ***genus coloratum*** adpellatur; cuius adpellationis causam quomodo Fârâbensis explicet, infra exponemus. Denique Fârâbensis fol. 19. vers. hoc genus ab nonnullis الجنس المتواتر والمتكاثف ***genus densum et spissum*** nuncupari tradit.

3. τὸ ἐναρμόνιον, ***enarmonium,*** quod a gravi ad acutum procedit per diesin enarmoniam, et diesin enarmoniam, et ditonum, quod ***tertiam magnam*** vocamus; quam progressionem nos notis musicis sic significamus: ***H H* c e.*** Nam H littera, cui asteriscus ad dextram positus est, sonum ***H*** diesi auctum designamus. Quod genus enarmonium ἀπὸ τοῦ συνηρμόσθαι i. e. ab ordinando sive coagmentando nomen traxisse Aristides pag. 18. fert; soni enim tres in eo insunt minimis intervallis disiuncti. Idem vero pag. 111. hoc genus ἐν τῇ τοῦ διηρμοσμένου τελείᾳ διαστάσει λαμβάνεσθαι i. e. in disiuncti perfecta distantia sumi monet. Porro et hoc genus, quum intervalla minima in eo ponantur, ***densum*** vel ***densissimum*** nuncupatur. Ab Fârâbensi fol. 19. rect. hoc genus الجنس المفرط في اللين ***genus admodum molle*** vocatur. Porro vero eodem loco الجنس الناظم ***genus ordinans, coagmentans,*** a Fârâbensi adpellatur; quo nomine vocabulum graecum ἐναρμόνιον Fârâbensis reddidit, respiciens verbum graecum ἁρμόζω *ordino.*

Tria igitur modulationis genera illa, si intervalla, quae in iis ponuntur, oculis obiicere volumus, sic repraesentare possumus:

diatonicum sive distentum:	H	·	c	·	·	·	d	·	·	·	e
chromaticum sive densum:	H	·	c	·	cis	·	·	·	·	·	e
enarmonium sive densissimum:	H	H*	c	·	·	·	·	·	·	·	e

Ab puncto quovis ad punctum proxime sequens est diesis enarmonia sive quarta

pars toni. De his modulationis generibus exponunt Aristoxenes pag. 50. Euclides pag. 3. Nicomachus pag. 26. Gaudentius pag. 5. Bacchius pag. 6. 7. Aristides pag. 18. 111. Martianus Capella pag. 187. 188.

Iam vero dicta nonnulla ex libro Fârâbensis sumta adponemus, ex quibus Fârâbensem tria modulationis genera ita, ut diximus, describere cognoscent lectores. Apud illum fol. 19. rect. leguntur haec: وَإِذَا قَايَسْنَا بَيْنَ ٱلْأَلْحَانِ ٱلْمَعْمُولَةِ مِنْ نَغَمِ ٱلْأَجْنَاسِ ٱلَّتِي مَجْمُوعُ أَوْسَطِهَا وَآخِرِهَا أَعْظَمُ مِنْ أَوَّلِهَا وَبَيْنَ ٱلَّتِي مَجْمُوعُ أَوْسَطِهَا وَآخِرِهَا لَيْسَ بِأَعْظَمَ مِنْ أَوَّلِهَا وَجَدْنَا أَلْحَانَ تِلْكَ أَقْوَى تَأْثِيرًا وَأَشَدَّ مُلَايَمَةً وَأَكْثَرَ طَبِيعِيَّةً لِلْإِنْسَانِ وَلْنُسَمِّى ٱلْأَجْنَاسَ ٱلَّتِي هِيَ أَقْوَى فِعْلًا ٱلْأَجْنَاسَ ٱلْقَوِيَّةَ وَٱلْأَجْنَاسَ ٱلْأُخَرَ ٱلْأَجْنَاسَ ٱللَّيِّنَةَ وَمِنْ هٰذِهِ مَا هِيَ مُفْرِطَةٌ فِي ٱلضُّعْفِ فَلْتُسَمَّى ٱلنَّاظِمَةَ وَمِنْهَا مَا هِيَ مُتَوَسِّطَةٌ فَلْتُسَمَّى ٱلْمُلَوَّنَةَ مِنْ قِبَلِ أَنَّ ٱلْمُفْرِطَةَ فِي ٱللِّينِ لَمَّا كَانَ تَأْثِيرُهَا فِي ٱلنَّفْسِ تَأْثِيرًا ضَعِيفًا شَابَهَتِ ٱلْمُصَوِّرَ ٱلَّذِي يَبْتَدِئُ أَوَّلَ شَيْءٍ فَيَرْسُمُ ٱلشَّكْلَ وَيُكَمِّلُهُ ثُمَّ مِنْ بَعْدِ ذٰلِكَ يُلَوِّنُهُ مِنْ غَيْرِ أَنْ يَكْسُوَهُ زِينَةً ثُمَّ مِنْ بَعْدِ ذٰلِكَ يُكَمِّلُهُ i. e. „Si conferimus eas melodias, quae ex sonis eorum generum compositae sunt, quorum partes media et extrema, si conflantur, maiores quam pars prima sunt, cum iis generibus, quorum partes media et extrema, si conflantur, non maiores quam prima sunt, tum melodias illas invenimus vehementius animum commovere, easque magis consonas esse, magisque homini naturales. Illa igitur genera, quae efficaciora sunt, *genera fortia* vocamus [genera diatonica]; cetera genera vero *genera mollia* [genus chromaticum et genus enarmonium.] Ex quibus alia sunt admodum debilia, quae nominantur *ordinantia* [genus enarmonium]; alia sunt mediocria, quae adpellantur *colorata* [genus chromaticum]. Nam ea, quae admodum mollia sunt, quum animum leniter tantum commoveant, pictori similia sunt, qui primo imaginem delineat, eamque sic perficit, deinde vero eam colorat, quanquam decus ei non adfert, denique vero eam prorsus perficit.“ Partes illae tres, quarum mentionem Fârâbensis facit, intervalla illa tria sunt, quae in tetrachordo, varie dispertito, ponuntur varia. Quas partes Fârâbensis, ut mos Arabum fert, ab dextra ad sinistram numerat; prima igitur pars ad dextram sita est, extrema ad sinistram. In genere molli sive denso intervalla duo coniuncta esse minora quam reliquum, Graeci quoque docent; ita Bacchius pag. 7. διὰ τὸ λέγεσθαι πυκνὸν τὸ ἔχον δύο διαστήματα τοῦ ἑνὸς ἐλάσσω i. e. „quoniam densum vocatur id, quod duo habet intervalla reliquo uno minora“; quod idem Aristoxenus pag. 50. monet.

Porro Fârâbensis fol. 19. vers. haec ponit: فَقَدْ تَبَيَّنَ أَنَّ ٱلْأَجْنَاسَ بِٱلْجُمْلَةِ مُقْوٍ وَمُلَوَّنٌ وَنَاظِمٌ وَلِأَنَّ ٱلْأَبْعَادَ ٱلْأَخِيرَةَ مِنَ ٱلْأَجْنَاسِ ٱللَّيِّنَةِ مُتَقَارِبَةُ ٱلْأَطْرَافِ سَمَّاهَا بَعْضُ ٱلنَّاسِ ٱلْمُتَوَاتِرَةَ وَٱلْمُتَكَاثِفَةَ وَلِأَنَّ ٱلْمُقْوِيَاتِ مُتَبَاعِدَةُ أَطْرَافِ مَا بَيْنَ أَبْعَادِهَا سَمَّوْهَا لِذٰلِكَ غَيْرَ ٱلْمُتَوَاتِرَةِ وَٱلْمُتَخَلْخِلَةَ وَقَدْ كَانَ قَوْمٌ مِنَ ٱلْقُدَمَآءِ يُسَمُّونَ ٱلْأَجْنَاسَ ٱللَّيِّنَةَ نِسْوِيَّةً نَسَبُوهَا إِلَى ٱلنِّسَآءِ لِلِينِهَا وَكَانُوا يُسَمُّونَ ٱلْمُقْوِيَةَ رَجُلِيَّةً i. e. „Iam apertum est, genera in universum tria esse, forte, coloratum, ordinans. Quoniam vero intervalla extrema in generibus mollibus terminos habent inter se propinquos, nonnulli homines illa genera adpellarunt *densa* et *spissa.* Genera fortia, quum intervalla habeant, quorum termini latius disiuncti sunt, nominarunt *non densa, sed dissoluta.* Veteres nonnulli genera mollia nuncuparunt muliebria, nomine ab mulieribus ducto, propter mollitiem eorum; fortia vocarunt virilia.“

Atque fol. 31. vers. ab Fârâbensi hacc traduntur: فَنَقُولُ أَنَّ مُفَصَّلَ ٱلْبُعْدِ ٱلَّذِى بِٱلْأَرْبَعَةِ بِثَلٰثَةِ أَبْعَادٍ كَانَ ٱلْقُدَمَآءُ مِنْ أَصْحَابِ ٱلتَّعَالِيمِ يُسَمُّونَهُ ٱلْجِنْسَ وَٱلْجِنْسُ مِنْهُ مَا أَحَدُ أَبْعَادِهِ ٱلثَّلٰثَةِ أَعْظَمُ نِسْبَةً مِنْ نِسْبَةِ مَجْمُوعِ ٱلْبَاقِيَيْنِ وَمِنْهُ مَا لَيْسَ وَاحِدٌ مِنْ أَبْعَادِهِ ٱلثَّلٰثَةِ أَعْظَمَ مِنْ نِسْبَةِ مَجْمُوعِ ٱلْبَاقِيَيْنِ وَٱلَّذِى لَيْسَ وَاحِدٌ مِنْ أَبْعَادِهِ أَعْظَمَ مِنْ مَجْمُوعِ ٱلْبَاقِيَيْنِ يُسَمَّى ٱلْجِنْسَ ٱلْقَوِىَّ وَٱلْجِنْسَ ٱلْمُقْوِىَ وَٱلَّذِى أَحَدُ أَبْعَادِهِ ٱلثَّلَاثَةِ أَعْظَمُ نِسْبَةً مِنْ مَجْمُوعِ ٱلْبَاقِيَيْنِ يُسَمَّى ٱلْجِنْسَ ٱللَّيِّنَ i. e. „Iam dicemus eam tetrachordi partitionem, quae intervalla tria distinguit, ab mathematicis veteribus *genus* adpellatam esse. Est vero genus, in quo trium intervallorum unum est maius proportione quam proportio ceterorum duorum conflatorum; atque porro est genus, in quo trium intervallorum unum non est maius quam proportio ceterorum duorum conflatorum. Illud autem genus, in quo trium intervallorum unum non est maius quam cetera duo conflata, nuncupatur *genus forte* et *genus validum.* Contra genus illud, in quo trium intervallorum unum est maius proportione quam cetera duo conflata, nuncupatur *genus molle.*“

Sed praeter *tria modulationis genera,* de quibus adhuc diximus, species modulationis alias quum Graeci, tum Arabes, distinguunt multas. De quibus adiiciemus pauca. Genera illa tria, de quibus modo dictum est, ab Aristoxeno pag. 50. 51. et Aristide pag. 20. in sex species, sive genera minora, dividuntur. Quae quidem hae sunt:

1. ἐναρμόνιον, quod, ut supra expositum est, tetrachordum dividit in diesin enarmoniam, et diesin enarmoniam, et ditonum.

2. μαλακὸν χρῶμα, quod tetrachordum dividit in diesin chromaticam, et diesin chromaticam, et triemitonium, cui diesis chromatica adiecta est.

3. ἡμιόλιον χρῶμα, sive sesquialterum chroma, quod tetrachordum dividit in diesin enarmoniam sesquialteram, et diesin enarmoniam sesquialteram, et septem dieses enarmonias.

4. τονιαῖον χρῶμα, quod tetrachordum dividit in hemitonium, et hemitonium, et triemitonium; quod, ut supra demonstratum est, et simpliciter chromaticum vocatur.

5. διάτονον μαλακὸν, quod tetrachordum dividit in hemitonium, et tres dieses enarmonias, et quinque dieses enarmonias.

6. διάτονον σύντονον, quod tetrachordum dividit in hemitonium, et tonum, et tonum; quod, ut supra demonstratum est, et simpliciter diatonicum vocatur.

Quae per haec genera in tetrachordo ponuntur intervalla, ea, numeris, quae longitudinem intervallorum indicant, adscriptis, si totum intervallum quaternarium numerum sexagenarium complere ponitur, sic repraesentari possunt:

1. enarmonium:	6.	6.	48.
2. chroma molle:	8.	8.	44.
3. chroma hemiolium:	9.	9.	42.
4. chroma toniaeum:	12.	12.	36.
5. diatonum molle:	12.	18.	30.
6. diatonum syntonum:	12.	24.	24.

Quos numeros Euclides pag. 12. adfert singulos ad dimidium deminutos, quia totum intervallum quaternarium numerum tricenarium explere ponit. Deinde genera mixta ab Euclide pag. 10. describuntur; in quibus duorum aut trium generum characteres cernuntur, ut diatonici et chromatici, aut diatonici et enarmonii, aut chromatici et enarmonii; vide Forkelii histor. music. tom. 1. pag. 332. et Ptolem. ed. Wallis pag. 177. Quae genera mixta in tetrachordo sonos quinque ponunt, vel sex. Alia genera divisionum tetrachordi Didymus et Ptolemaeus proposuerunt.

Atque ita Fârâbensis quoque species modulationis distinguit permultas. Bis quattuor genera أَجْنَاسٌ ab eo fol. 18. vers. describuntur; quorum intervalla, si totum tetrachordum numerum sexagenarium explere ponitur, his numeris indicari dicit:

اَلْأَرْبَعَةُ اَلْأُوَلُ prima quattuor.

Primum:	12.	24.	24.	Est igitur id, quod Graeci diatonum syntonum vocant.
Secundum:	18.	18.	24.	Quod supra non commemoratum est.
Tertium:	12.	18.	30.	Est igitur id, quod Graeci diatonum molle vocant.
Quartum:	12.	12.	36.	Est igitur id, quod Graeci chroma toniaeum vocant.

اَلْأَرْبَعَةُ اَلثَّوَانِى altera quattuor.

Primum:	6.	6.	48.	Est igitur id, quod Graeci enarmonium vocant.
Secundum:	8.	8.	44.	Est igitur id, quod Graeci chroma molle vocant.
Tertium:	9.	9.	42.	Est igitur id, quod Graeci chroma hemiolium vocant.
Quartum:	20.	20.	20.	Quod supra non commemoratum est.

Genus hoc octavum ab Fârâbensi fol. 18. vers. nuncupatur مَا أَبْعَادُهُ مُتَعَادِلَةٌ كُلُّهَا i. e. cuius intervalla inter se aequalia sunt omnia; genera septem cetera vero مَا أَبْعَادُهُ مُتَفَاضِلَةٌ i. e. quorum intervalla inter se certantia sunt de magnitudine. Ex quibus alia esse monet, in quibus intervalla omnia inter se certant; alia, in quibus intervalla duo sunt inter se aequalia. Porro quomodo haec genera dispositione intervallorum diversa variari possint, fol. 19. rect. exponit.

Deinde Fârâbensis fol. 31. vers. *genus molle* et *genus forte*, de quibus supra pag. 53. dictum est, in species varias dividit. Generis mollis duas species esse dicit:

1. اَللَّيِّنُ غَيْرُ اَلْمُنْتَظِمِ *lene non ordinatum*, quod trium intervallorum maximum habet in medio positum.

2. اَللَّيِّنُ اَلْمُنْتَظِمُ *lene ordinatum*, quod intervallum maximum habet in altero utro latere positum.

Genus ordinatum in species duas dividitur:

a. اَلْمُنْتَظِمُ اَلْمُتَتَالِى *ordinatum continuum*, quod duorum intervallorum minus in medio ponit. Pro اَلْمُتَتَالِى saepe اَلْمُتَوَالِى poni videtur, quod idem significat.

b. اَلْمُنْتَظِمُ اَلْغَيْرُ اَلْمُتَتَالِى *ordinatum non continuum*, quod duorum intervallorum maius ponit أَخِيرًا extremum.

Generis ordinati non continui species صِنْف plural. أَصْنَاف sunt tres. Quarum sonos his numeris significari dicit, ad numerum duodenarium relatis:

اَلْغَيْرُ اَلْمُتَتَالِى اَلْأَرْخَى	laxum	12.	$9\frac{3}{5}$.	$9\frac{1}{5}\ \frac{1}{10}$.	9.
اَلْغَيْرُ اَلْمُتَتَالِى اَلْأَوْسَطُ	medioere	12.	10.	$9\frac{1}{2}$.	9.
اَلْغَيْرُ اَلْمُتَتَالِى اَلْأَشَدُّ	acre	12.	$10\frac{2}{7}$.	$9\frac{4}{7}\ \frac{1}{28}$.	9.

Generis ordinati continui item tres sunt species:

اَلْمُتَتَالِى اَلْأَرْخَى	laxum	12.	$9\frac{3}{5}$.	$9\frac{1}{5}$.	9.
اَلْمُتَتَالِى اَلْأَوْسَطُ	medioere	12.	10.	$9\frac{1}{3}$.	9.
اَلْمُتَتَالِى اَلْأَشَدُّ	acre	12.	$10\frac{2}{7}$.	$9\frac{3}{7}$.	9.

Generis fortis fol. 32. vers. item tres sunt species. Prima اَلْقَوِىُّ ذُو اَلتَّضْعِيفِ *forte duplicatum* nominatur; cuius sunt classes tres:

اَلْقَوِىُّ ذُو اَلتَّضْعِيفِ اَلْأَوَّلُ	primum	12.	$10\frac{1}{2}$.	$9\frac{1}{2}\ \frac{1}{24}$.	9.
اَلْقَوِىُّ ذُو اَلتَّضْعِيفِ اَلثَّانِى	secundum	12.	$10\frac{2}{3}$.	$9\frac{10}{21}$.	9.
اَلْقَوِىُّ ذُو اَلتَّضْعِيفِ اَلثَّالِثُ	tertium	12.	$10\frac{4}{5}$.	$9\frac{28}{38}$.	9.

Quarum classium secundae nomen illud ذُو اَلطَّنِينَيْنِ sive ذُو اَلْمُدَّتَيْنِ *ditonum*, de quo supra pag. 47. diximus, tributum est.

Generis fortis species altera fol. 33. rect. est اَلْقَوِىُّ اَلْمُتَّصِلُ *forte coniunctum*; cuius sunt classes tres:

اَلْقَوِىُّ اَلْمُتَّصِلُ اَلْأَوَّلُ	primum	12.	$10\frac{1}{2}$.	$9\frac{1}{3}$.	9.
اَلْقَوِىُّ اَلْمُتَّصِلُ اَلثَّانِى	secundum	12.	$10\frac{2}{3}$.	$9\frac{1}{5}\ \frac{1}{10}$.	9.
اَلْقَوِىُّ اَلْمُتَّصِلُ اَلثَّالِثُ	tertium	12.	$10\frac{4}{5}$.	$9\frac{9}{11}$.	9.

Quarum classium tertia fol. 95. rect. nominatur اَلْقَوِىُّ اَلْمُسْتَوِى *forte rectum.*

Generis fortis species tertia fol. 33. vers. est اَلْقَوِىُّ اَلْمُنْفَصِلُ *forte disiunctum*; cuius sunt classes tres:

اَلْقَوِىُّ اَلْمُنْفَصِلُ اَلْأَوَّلُ	primum	12.	$10\frac{1}{2}$.	$9\frac{1}{4}$ $\frac{1}{3}$.	9.
اَلْقَوِىُّ اَلْمُنْفَصِلُ اَلثَّانِى	secundum				
اَلْقَوِىُّ اَلْمُنْفَصِلُ اَلثَّالِثُ	tertium				

Numeri sonos classis secundae et tertiae signantes in codice positi non sunt. Classis prima iterum dividitur in ordines tres:

اَلْمُنْفَصِلُ اَلْأَوَّلُ اَلْأَرْخَى   disiunctum primum laxum.

اَلْمُنْفَصِلُ اَلْأَوَّلُ اَلْمُعْتَدِلُ   disiunctum primum temperatum.

اَلْمُنْفَصِلُ اَلْأَوَّلُ اَلْأَشَدُّ   disiunctum primum acre.

De generibus mixtis تَرْكِيبُ اَلْأَصْنَافِ apud Fârâbensem fol. 42. 43. disseritur. Classes eorum varias numeris describit, qui sonos, qui in singulis ponuntur, significant, ad numerum sexagenarium relati. Ex quibus generibus mixtis exempli gratia adponemus unum:

تَرْكِيبُ اَلْمُتَوَالِى اَلْأَشَدِّ بِذِى اَلتَّضْعِيفِ اَلثَّالِثِ mistura continui acris et duplicati tertii. Numeri sonos eius significantes sunt: 60. 84. $81\frac{3}{5}$. 47. $47\frac{1}{7}$. 48.

4. De systematis sonorum.

Seriem quandam sonorum certo ordine se excipientium Graeci systema sonorum vocabant. Aristoxenus pag. 15. 16. posuit haec: *τὸ δὲ σύστημα σύνθετόν τι νοητέον ἐκ πλειόνων ἢ ἑνὸς διαστημάτων* i. e.: „systema vero aliquid ex intervallis plus quam uno compositum esse sciri oportet;“ Aristides pag. 15: *σύστημα δέ ἐστι τὸ ὑπὸ πλειόνων ἢ δυοῖν διαστημάτων περιεχόμενον* i. e. „systema est id quod a pluribus aut duobus intervallis continetur.“ Addit Aristides pag. 16. tetrachordum et pentachordum systemata esse *ἀτελῆ* imperfecta; sed *τέλειον* perfectum esse octachordum, quoniam omnis post eum sonus similis omnino est uni eorum qui praecesserunt. Arabes systema sonorum vocant جَمْعٌ et جَمَاعَةٌ *coetum.* Qua de re Fârâbensis fol. 35. rect. ita disserit: وَبَعْدُ أَعْظَمُ [قَدْ يُوخَذُ] مُفَصَّلًا بِأَبْعَادِهِ اَلصِّغَارِ اَلَّتِى شَأْنُهُ أَنْ يَنْقَسِمَ بِهَا مِنْ أَىِّ جِنْسٍ كَانَتْ تِلْكَ اَلْأَبْعَادُ اَلصِّغَارُ فَإِنَّ اَلْبُعْدَ حِينَئِذٍ يُسَمَّى اَلْجَمَاعَةَ وَيُسَمَّى اَلْجَمْعَ فَالْجَمْعُ هُوَ اَلْبُعْدُ اَلَّذِى يَحْتَوِى عَلَى أَبْعَادٍ صِغَارٍ أَكْثَرَ مِنْ أَبْعَادِ جِنْسٍ وَاحِدٍ وَاَلَّذِى بِالْخَمْسَةِ

مَتَى رُتِّبَتْ فِيهِ أَبْعَادُ جِنْسٍ مَا وَبُعْدٌ طَنِينِيٌّ فَهُوَ جَمْعٌ غَيْرَ أَنَّ ٱلزَّائِدَ عَلَى أَبْعَادِ ٱلْجِنْسِ ٱلْمُرَتَّبِ فِيهِ لَيْسَ يَبْلُغُ تَمَامَ جِنْسٍ وَاحِدٍ فَهُوَ لِذَلِكَ يُسَمَّى ٱلْجَمْعَ ٱلنَّاقِصَ

i. e. „intervallum maius [interdum sumitur] in ea intervalla minora distinctum, in quae dividi potest, cuiuscunque generis haec intervalla minora sint. Tum vero illud intervallum vocatur *societas* vel *coetus* [systema]. Systema igitur intervallum est continens intervalla minora plus quam intervalla generis [modulationis sive tetrachordi] unius. Itaque pentachordum, quando alicuius generis [modulationis sive tetrachordi] intervalla, atque toni unius intervallum, in eo ponuntur, et ipsum est systema; sed quia id, quo intervalla generis [tetrachordi] in eo positi superat, non explet genus [tetrachordi] unum integrum, adpellatur systema imperfectum.“ Lectorem tenere oportet, pentachordum ex tetrachordo uno et tono uno compositum esse.

Graeci systema sonorum perfectum quoddam maius condiderunt, intervallum δὶς διὰ πασῶν sive duarum octavarum continens, idque in tetrachorda quattuor distinctum, quibus sonus gravissimus adiiciebatur proslambanomenus; unde fiebat, ut in hoc systemati soni quindecim inessent. Cuius systematis maioris species conformatae sunt plures, quarum quaevis quindecim illos sonos continebat. Quemadmodum nos litterarum nominibus singulos sonos significamus, ita Graeci eos certis vocabulis designabant. Quindecim, qui in systemati maiori inerant, sonorum alii, quum ipsorum dignitas in speciebus omnibus eadem esset, idem semper nomen retinebant; alii vero, quum eorum dignitas, ut ingenium speciei flagitabat, variaretur, nomen quoque variabant; vide quae supra pag. 50. de sonis tetrachordorum stantibus et mobilibus dicta sunt.

Tetrachorda duo deinceps posita ab Graecis vocabantur ***coniuncta***, si antecedentis tetrachordi sonus extremus simul erat primus tetrachordi subsequentis, igiturque tetrachordorum illorum sonus unus erat communis. ***Disiuncta*** vero tetrachorda illa nominabantur, si soni unius interpositi intervallo distinebantur, nullusque igitur sonus eorum erat communis.

coniuncta sunt:

e f g a b $\bar{c}$ $\bar{d}$

antecedens (e f g a) — subsequens (a b $\bar{c}$ $\bar{d}$)

disiuncta sunt:

e f g a h $\bar{c}$ $\bar{d}$ $\bar{e}$

antecedens (e f g a) — subsequens (h $\bar{c}$ $\bar{d}$ $\bar{e}$)

Inde factum est, ut systematis perfecti maioris, quindecim sonos continentis, altera species διεζευγμένον ***disiunctum*** vocaretur; qua in specie tetrachordum secundum et tertium ponebantur disiuncta, ergoque sonus Mese sive ***a***, quo octava prima terminatur, ab altero latere exstabat coniunctus, ab altero disiunctus:

A	H	c	d	e	f	g	a	h	$\bar{c}$	$\bar{d}$	$\bar{e}$	$\bar{f}$	$\bar{g}$	$\bar{a}$
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

Altera species *συνημμένον* ***coniunctum*** nominabatur; qua in specie tetrachordum tertium et quartum ponebantur disiuncta, ergoque sonus Mese sive ***a*** exstabat utrimque coniunctus:

A	H	c	d	e	f	g	a	b	$\bar{c}$	$\bar{d}$	$\bar{e}$	$\bar{f}$	$\bar{g}$	$\bar{a}$
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

De quibus speciebus exponunt Euclides pag. 12. 16. 17. 18; Gaudentius pag. 8. 9; Bacchius pag. 15; Aristides pag. 16; Ptolemaeus, Oxon. 1682. pag. 106. 107. Porro Graeci distinguunt systemata *ἀμετάβολα* ***immutabilia*** sive ***simplicia***, quae unam tantum mesen habent, sive secundum unum modum sunt exposita, atque *ἐμμετάβολα* ***mutabilia*** sive ***non simplicia***, quae duas mesas, pluresve, habent, sive per plurium modorum vel troporum nexum efficiuntur; Euclid. 12. 18; Aristid. 16. 227.

Fârâbensis fol. 35. rect. de systematis, tum maioribus, tum minoribus, disserens ponit haec: وَجَمِيعُ مَا كَانَ يَحْتَوِى عَلَى ضِعْفِ ٱلَّذِى بِٱلْأَرْبَعَةِ وَمَا زَادَ فَإِنَّهَا تُسَمَّى ٱلْجُمُوعَ ٱلْعِظَامَ وَأَعْظَمُ هَذِهِ ٱلْجُمُوعِ وَأَكْمَلُهَا هُوَ ضِعْفُ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ وَمَعَ ذَلِكَ فَإِنَّ أَقْصَى مَا يَبْلُغُهُ ٱلْمُزَاوِلُونَ لِأَعْمَالِ هَذِهِ ٱلصِّنَاعَةِ فِى تَبْعِيدِ ٱلْأَحَدِّ مِنَ ٱلْأَثْقَلِ إِنَّمَا يَبْلُغُونَ فِى أَكْثَرِ ٱلْأَمْرِ وَفِى أَكْثَرِ ٱلْآلَاتِ إِلَى مَا فِى طَرِيقِ هَذَا ٱلْبُعْدِ i. e. „quaecunque [systemata] continebant tetrachordum duplicatum et quod excurrit, vocabantur systemata magna. Quorum maximum, perfectissimumque, est octava duplicata. Atque, quod intervallorum inter sonum acutissimum et gravissimum interpositorum, quae homines huic arti operam dantes percurrere possunt, maximum adtinet, plerumque quidem, et in plerisque instrumentis, id tantum spatii percurrere possunt, quod intra terminos illius intervalli [octavae duplicatae] situm est.“ Octava duplicata quid contineat, Fârâbensis eodem loco hic exponit: وَضِعْفُ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ فَفِيهِ أَرْبَعَةَ عَشَرَ بُعْدًا وَخَمْسَ عَشَرَةَ نَغْمَةً i. e. „quod octavam duplicatam adtinet, in ea insunt intervalla quattuordecim, soni quindecim.“ Deinde fol. 35. vers. octavam duplicatam ex tetrachordis quattuor, adiectisque tonis duobus, componi, eaque intervalla triplici ratione collocari posse dicit; inde vero systemata tria enasci haec:

1. tetrachordum	tetrachordum	tonus	|	tetrachordum	tetrachordum	tonus.
2. tonus	tetrachordum	tetrachordum	|	tonus	tetrachordum	tetrachordum.
3. tetrachordum	tonus	tetrachordum	|	tetrachordum	tonus	tetrachordum.

In quibus, ut mos Arabum fert, ab dextra ad sinistrum procedendum est, ita ut initium systematis ad latus dextrum situm sit.

Porro Fârâbensis tonum illum ٱلْبُعْدُ ٱلطَّنِينِيّ tetrachordis his intermixtum, quoniam eo tetrachorda dirimuntur, nuncupari بُعْدُ ٱلْانْفِصَالِ *intervallum separationis* fert; locum supra pag. 49. adtulimus. Qui tonus, si ab fronte octavae primae, et ab fronte octavae secundae, ponatur, ita ut tetrachordum duplicatum acutissimum illo tono ab tetrachordo duplicato gravissimo dirimatur, tum systema vocari ٱلْجَمْعُ ٱلتَّامُّ ٱلْمُنْفَصِلُ *systema perfectum disiunctum*; si vero octava prima ab tetrachordo proxime sequenti, quia nullum separationis intervallum intercedit, non separetur, tum systema vocari ٱلْجَمْعُ ٱلتَّامُّ ٱلْمُتَّصِلُ *systema perfectum coniunctum*, sive جَمْعُ ٱلْاجْتِمَاعِ *systema coniunctionis*. Verba Fârâbensis haec sunt: وَمَا كَانَ مِنْهَا لَمْ يُفَصَّلْ فِيهِ بَيْنَ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ ٱلْأَوَّلِ وَبَيْنَ أَبْعَادِ ٱلْجِنْسِ ٱلَّذِى يَتْلُوهُ بِبُعْدِ ٱلْانْفِصَالِ فَإِنَّهُ يُسَمَّى ٱلْجَمْعَ ٱلتَّامَّ ٱلْمُتَّصِلَ وَيُسَمَّى جَمْعَ ٱلْاجْتِمَاعِ i. e. „quodcunque [systema] ita comparatum est, ut inter octavam primam atque intervalla generis [tetrachordi] proxime sequentis nullum intercedat separationis intervallum, id nominatur systema perfectum coniunctum et systema coniunctionis."

Deinde Fârâbensis fol. 35. vers. systema perfectum, quum disiunctum, tum coniunctum, si in utraque octava eodem ordine singula intervalla collocentur, nominari fert غَيْرُ ٱلْمُتَغَيِّرِ وَغَيْرُ ٱلْمُنْتَقِلِ *non mutatum et non transiens.* De systemati *mutato* vero fol. 36. rect. exponit sic: وَمَا كَانَ مِنَ ٱلْجَمَاعَاتِ رُتِّبَتْ فِيهِ ٱلْأَبْعَادُ ٱلصِّغَارُ فِى ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ ٱلْأَحَدِ غَيْرَ مُشَابِهَةٍ لِتَرْتِيبِهَا فِى ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ ٱلْآخَرِ كَانَتِ ٱلْجَمَاعَةُ مُتَّصِلَةً أَوْ مُنْفَصِلَةً فَإِنَّهَا تُسَمَّى ٱلْجَمَاعَاتِ ٱلْمُتَغَيِّرَةَ وَكَثِيرٌ مِنَ ٱلْآلَاتِ ٱلْمَشْهُورَةِ يُسْتَعْمَلُ فِيهَا كَثِيرٌ مِنَ ٱلْجَمَاعَاتِ ٱلْمُتَغَيِّرَةِ وَأَمَّا أَبْعَادُ ٱلْجِنْسِ ٱلْمُسْتَعْمَلِ فِى ٱلْجَمَاعَةِ فَإِنَّهُ قَدْ يُرَتَّبُ أَحْيَانًا بِٱلْعُظْمَى مِنْهَا مِنْ جَانِبِ ٱلْأَثْقَلِ وَأَحْيَانًا بِٱلصُّغْرَى مِنْهَا مِنْ جَانِبِ ٱلْأَحَدِّ وَٱلْجَمَاعَاتُ مِنْهَا مَا يُسْتَعْمَلُ فِيهَا كُلِّهَا جِنْسٌ وَاحِدٌ أَعْنِى أَنَّ ٱلْجِنْسَ ٱلَّذِى ٱسْتُعْمِلَ فِى ٱلَّذِى بِٱلْأَرْبَعَةِ ٱلْأَوَّلِ يَكُونُ فِى سَائِرِ ٱلْأَبْعَادِ ٱلَّتِى بِٱلْأَرْبَعَةِ إِلَى تَمَامِ ٱلْجَمَاعَةِ وَمِنْهَا مَا ٱسْتُعْمِلَ فِى أَبْعَادِهَا ٱلَّتِى بِٱلْأَرْبَعَةِ أَجْنَاسٌ مُخْتَلِفَةٌ أَعْنِى أَنْ تُسْتَعْمَلَ

مثلا فى أحدها صنف من أصناف الجنس اللين وفى باقيه صنف من الجنس القوى
i. . „quodcunque systema ita comparatum est, ut intervalla eius minora in altera octava alio ordine quam in altera collocata sint, qnum coniunctum, tum disiunctum, id nominatur systema *mutatum.* Sunt vero instrumentorum usitatiorum multa, in quibus systematum mutatorum multa usurpantur. Quod ad intervalla generis [tetrachordi], ad certum systema adhibiti adtinet, modo maiora ab latere graviori collocantur, modo minora ab latere acutiori. Atque systemata alia ita componuntur, ut per totum eorum ambitum idem genus [tetrachordi] ponatur; quod genus in tetrachordo primo usurpatur, idem in tetrachordis ceteris ad finem systematis usque usurpari dico. Alia vero ita componuntur, ut in eorum tetrachordis genera usurpentur diversa; exempli gratia in tetrachordo alio aliquam generis lenis speciem poni dico, in reliquis speciem generis fortis aliquam."

Post haec praemissa Fârâbensis fol. 36. ad enumerandos singulorum systematum sonos accedit. Primo quindecim sonos *systematis perfecti disiuncti non mutati* الجماعة التامة المتفصلة غير المتغيرة ita describit, ut singulos sonos certis litteris arabicis signet, deinde eos nominibus significet arabicis, maximam partem ex graeco translatis, ac denique ipsa nomina graeca adponat, arabicis litteris consignata. Quibus hoc loco nomina graeca adiiciemus, graecis litteris scripta, ut facilius recognosci possint, easque litteras latinas, quibus nos sonos illos signamus, si systematis perfecti sonum gravissimum, sive Proslambanomenum, sonum A esse ponimus:

15.	$\bar{a}$.	ف	حادة الحادات	نيطى ايبربولاون	νήτη ὑπερβολαίων
14.	$\bar{g}$.	ع	واسطة الحادات	بارانيطى ايبربولاون	παρανήτη ὑπερβολαίων
13.	$\bar{f}$.	س	ثقيلة الحادات	طريطى ايبربولاون	τρίτη ὑπερβολαίων
12.	$\bar{c}$.	ن	حادة المنفصلات	نيطى ديازوغمانن	νήτη διεζευγμένων
11.	$\bar{d}$.	م	واسطة المنفصلات	بارانيطى ديازوغمانن	παρανήτη διεζευγμένω
10.	$\bar{c}$.	ل	ثقيلة المنفصلات	طريطى ديازوغمانن	τρίτη διεζευγμένων
9.	h.	ك	فاصلة الوسطى	باراماسس	παράμεσος
8.	a.	ى	الوسطى	ماسى	μέση
7.	g.	ط	حادة الأوساط	ليخانوس ماسن	λιχανὸς μέσων
6.	f.	ح	واسطة الأوساط	بارايباطى ماسن	παρυπάτη μέσων

5.	e.	ز	ثَقِيلَةُ ٱلْأَوْسَاطِ	ايباطى ماسن	ὑπάτη μέσων
4.	d.	ه	حَادَّةُ ٱلرَّئِيسَاتِ	ليخانوس ايباطن	λιχανὸς ὑπατῶν
3.	c.	د	وَاسِطَةُ ٱلرَّئِيسَاتِ	بارايباطى ايباطن	παρυπάτη ὑπατῶν
2.	H.	ج	ثَقِيلَةُ ٱلرَّئِيسَاتِ	ايباطى ايباطن	ὑπάτη ὑπατῶν
1.	A.	ا	ثَقِيلَةُ ٱلْمَفْرُوضَاتِ	برسلمبانومانس	προσλαμβανόμενος

Quare ipsa nomina graeca quoque adposuerit Fârâbensis, sic explicat: وَثَبَتَتْ فِيهِ أَسْمَآءُ ٱلنَّغَمِ بِٱلْيُونَانِيَّةِ وَهِيَ ٱلَّتِي كَانَ ٱلْقُدَمَآءُ يَسْتَعْمِلُونَهَا لِيَفْهَمَ ٱلنَّاظِرُ فِي كُتُبِهِمْ مَا يَعْنُونَ بِهَا i. e. „adposita sunt ad illam [lineam] nomina sonorum graeca, quae ab veteribus usurpabantur, ut quicunque libros eorum volvit, quid illis nominibus significent, intelligat.“ Soni 9. et 10. in codice fol. 36 vers. nomine graeca inter se permutarunt; quae supra in locos iustos restitui. Vocabulum graecum ὑπερβολαῖοι i. e. *immoderatae*, quum eo nomine tetrachordum acutissimum adpellarent, ab Fârâbensi redditum est ٱلْحَادَّاتُ *acutae.* Nomen παράμεσος i. e. *propemedia* arabice redditum est فَاصِلَةُ ٱلْوُسْطَى *separans mediam*; quod ideo factum esse videtur, quia in systemati disiuncto post *mediam* i. e. sonum octavum, sive post octavam primam absolutam, ponitur بُعْدُ ٱلْاِنْفِصَالِ *intervallum separationis*; vide supra pag. 60. et pag. 59. nro. 1.

Deinde Fârâbensis fol. 36. vers. quindecim sonos *systematis perfecti coniuncti non mutati* describit. Primo hoc monet: ٱلْجَمَاعَةُ ٱلتَّامَّةُ ٱلْمُتَّصِلَةُ غَيْرُ ٱلْمُتَغَيِّرَةِ ٱلَّتِي يُرَتَّبُ فِيهَا ٱلْبُعْدُ ٱلطَّنِينِيُّ فِي آخِرِ ضِعْفِ ٱلَّذِي بِٱلْكُلِّ i. e. „systema perfectum coniunctum non mutatum, in quo intervallum toni [intervallum separationis] ad finem octavae duplicatae ponitur;“ vide pag. 59. nro. 2. Soni octavae primae in systemate coniuncto easdem dignitates, eademque nomina, retinent, quae in systemate disiuncto iis tribuuntur. Octavae secundae vero soni in systemate coniuncto nominantur sic:

15.	$\bar{a}$.	ف	مُنْفَصِلَةُ ٱلْحَادَّاتِ	نيطى ايبربولاون	νήτη ὑπερβολαίων
14.	$\bar{g}$.	ع	وَاسِطَةُ ٱلْحَادَّاتِ	بارانيطى ايبربولاون	παρανήτη ὑπερβολαίων
	$\bar{f}$.	س	ثَقِيلَةُ ٱلْحَادَّاتِ	طريطى ايبربولاون	τρίτη ὑπερβολαίων

12.	$\bar{e}$.	ن	حَادّةُ ٱلْمُنْفَصِلَاتِ	نيطى ديازوغمانن	νήτη διεζευγμένων
11.	$\bar{d}$.	م	حَادّةُ ٱلْمُتّصِلَاتِ	نيطى سوينمانن	νήτη συνημμένων
10.	$\bar{c}$.	ل	وَاسِطَةُ ٱلْمُتّصِلَاتِ	بارانيطى سوينمانن	παρανήτη συνημμένων
9.	b.	ك	ثَقِيلَةُ ٱلْمُتّصِلَاتِ	طريطى سوينمانن	τρίτη συνημμένων

Quod ad *intervallum separationis* in hoc systemate positum adtinet, Fàrâbensis de eo dicit: بُعْدُ ع ف هَذَا ٱلْبُعْدُ ٱلطَّنِينِيُّ i. e. „intervallum inter Ain et Fâ [inter sonos 14. et 15.] est illud intervallum toni." Propterea in hoc systemate sono 15. tributum est nomen مُنْفَصِلَةُ الحَادّات *separata acutarum.*

Porro Fàrâbensis fol. 36. vers. quindecim sonos *systematis perfecti coniuncti mutati* describit. Primo hoc monet: ٱلْمُتّصِلَةُ ٱلْمُتَغَيِّرَةُ ٱلَّتِى يُرَتَّبُ فِيهَا ٱلْبُعْدُ ٱلطَّنِينِيُّ فِى وَسْطِ مَا بَيْنَ ٱلَّذَيْنِ بِٱلْأَرْبَعَةِ i. e. „coniunctum mutatum, in quo intervallum toni [intervallum separationis] inter tetrachordum geminum collocatur intermedium;" vide pag. 59. nro. 3. Soni octava primae et in hoc systemate easdem dignitates, eademque nomina, quae iis in systemati disiuncto non mutato tributa sunt, retinent. Octavae secundae soni vero in systemate coniuncto mutato positi ab Fàrâbensi sic nominantur:

15.	ف	حَادّةُ الحَادّات
14.	ع	وَاسِطَةُ الحَادّات
13.	س	ثَقِيلَةُ الحَادّات
12.	ن	فَاصِلَةُ الحَادّات
11.	م	حَادّةُ ٱلْمُتّصِلَاتِ
10.	ل	وَاسِطَةُ ٱلْمُتّصِلَاتِ
9.	ك	ثَقِيلَةُ ٱلْمُتّصِلَاتِ

Quod ad *intervallum separationis* in hoc systemate positum adtinet, Fàrâbensis de eo sic exponit: وَيَكُونُ بُعْدُ م ن ٱلْبُعْدُ ٱلطَّنِينِيُّ i. e. „intervallum inter Mim et Nûn [inter sonos 11. et 12.] est illud intervallum toni." Propterea in hoc systemate sono 12. nomen فَاصِلَةُ الحَادّات *separans acutas* vel فَاصِلَةُ الحَادّاتِ ٱلْمُنْفَصِلَاتِ *separans acutas separatas* tribuitur.

Intervalla duo *coniuncta*, quorum sonus unus est communis, vid. pag. 58. ab Fàrabensi fol. 38. recto اَلْمُتَوَالِيَانِ *cohaerentia* vocantur, *disiuncta* vero اَلْمُتَبَايِنَانِ *diremta*.

Systema perfectum quum apud Graecos per tria modulationis genera, diatonum, chromaticum, enarmonium, variaretur, igitur que tetrachordorum soni medii, qui mobiles erant, in singulis systematis generibus, diatono, chromatico, enarmonio, eam potestatem, quae generi modulationis iam usurpato consentanea erat, acciperent, nonnulli sonorum illorum mobilium, Lichanos hypaton, Lichanos meson, Paranete synemmenon, Paranete diezeugmenon, et Paranete hyperbolaeon, qui soni tetrachordorum tertii erant, atque oxypycni vocabantur, nomen quoque ita variabant, ut specialis ipsorum potestas, quae ex genere modulationis iam usurpato pendebat, aperte significaretur; Gaudentius pag. 11. Aristides pag. 12. Itaque Lichanos hypaton erat aut Lichanos hypaton diatonos, aut Lichanos hypaton chromatice, aut Lichanos hypaton enarmonios; eademque ratione ceteri quattuor variabant nomen. De systematis perfecti variatione, quae per modulationis genera fit, Fârâbensis plus semel disserit. Nonnulla, quae ad hanc rem pertinent, supra adtulimus pag. 61. Atque fol. 37. rect. praeter alia posuit haec: وَأَمَّا مَتَى أُبْدِلَ جِنْسٌ فَتَغَيَّرَ فَإِنَّهَا يَتَغَيَّرُ أَمْكِنَةُ ٱلنَّغَمِ ٱلَّتِي هِيَ دَاخِلَ ٱلْبُعْدِ ٱلَّذِى بِٱلْأَرْبَعَةِ وَأَمَّا طَرَفَاهُ فَإِنَّهُمَا لَا يَتَغَيَّرَانِ i. e. „quando autem convertitur genus [modulationis] ita, ut immutetur, eorum tantum sonorum, qui in tetrachordo insunt interiores, mutantur loci; extremorum mutatur neuter.“ Nomina vero illa graeca sonorum specialia, ad genus modulationis pertinentia, ut Lichanos chromatice, Lichanos enarmonios, ceteraque, in libro Fârâbensis non videntur usurpari.

5. *De diatonicis tetrachordi, pentachordi, octavaeque, speciebus, quae diversa hemitoniorum collocatione efficiuntur.*

Euclides in sonorum systemate, quod genere modulationis diatono utitur, varia tetrachordi, pentachordi, octavaeque, schemata σχήματα sive species, quarum differentia in diversa hemitoniorum collocatione versatur, distingui posse docet, pag. 14. In tetrachordo enim insunt toni duo et hemitonium unum; in pentachordo toni tres et hemitonium unum; in octava toni quinque et hemitonia duo. Iam si, intervalla illa demensuri, a diversis systematis sonis proficiscimur, hemitonia in diversos intervallorum locos incidunt. Quare Euclides loc. cit. πρὸς δὲ τὴν τῶν ἡμιτονίων σχέσιν τὰ σχήματα θεωρεῖται i. e. „ad hemitoniorum habitum species illae examinantur.“ Tetrachordi sunt species

tres; prima hemitonium ponit loco gravissimo, ut: *h c d e*; altera medio, ut: *a h c d*; tertia acutissimo, ut: *g a h c*. ***Pentachordi*** sunt species quattuor; prima hemitonium habet sonum primum ab termino gravi; altera sonum primum ab termino acuto; tertia sonum secundum ab termino acuto; quarta sonum tertium ab termino acuto. ***Octavae*** sunt species septem, quae efficiuntur, si a singulis diatonicae scalae sonis ad uniuscuiusque soni octavam ascendimus; tum enim bina semitonia, quae in octava insunt, locos sive gradus occupabunt diversos. Prima species, quae mixolydia nominabatur, ab Hypate hypaton ad Paramesen adscendit, habetque alterum hemitonium ab termino gravi primum, alterum ab termino acuto quartum, ut:

h c d e f g a h

Altera species, quae Lydia nominabatur, ab Parypate hypaton ad Triten diezeugmenon adscendit, habetque alterum hemitonium ab termino gravi tertium, alterum ab termino acuto primum, ut:

c d e f g a h c

Quae species cum ea congruit, quae apud nos iam *scala dura* adpellatur. Atque simili ratione octavae species ceterae deinceps ab ceteris octavae sonis proficiscuntur, usque ad sonum octavum procedentes. De quibus exposuerunt Forkel histor. music. tom. 1. pag. 339. 345; Kretzschmer Ideen zu einer Theorie der Musik, pag. 30; Bellermann fragmentum graece scriptionis de musica, pag. 9 — 12.

Fârâbensis de his tetrachordi, pentachordi, octavaeque, speciebus, quae diversa intervallorum minorum, quae in illis insunt, collocatione parantur, fol. 37. exponit. Quae species ab eo ٱلْأَنْوَاعُ nominantur; collocatio ab eo ٱلْوَضْعُ adpellatur. Primo ponit haec: وَكُلُّ بُعْدٍ مُتَّفِقٍ تَكَرَّرَ فِي جَمَاعَةٍ فَإِنَّمَا يَلْحَقُهُ أَنْ يَخْتَلِفَ وَضْعُ أَبْعَادِهِ ٱلصِّغَارِ ٱلَّتِي يَحْتَوِي عَلَيْهَا مِثَالُ ذَلِكَ ٱلْبُعْدُ ٱلَّذِي بِٱلْخَمْسَةِ مَتَى أُخِذَتْ أَبْعَادُهُ ٱلصِّغَارُ مُرَتَّبَةً نَحْوًا مِنَ ٱلتَّرْتِيبِ فِي جَمْعٍ مِنَ ٱلْجُمُوعِ فَإِنَّهُ قَدْ يُمْكِنُ أَنْ يُوخَذَ فِي ذَلِكَ ٱلْجَمْعِ بِعَيْنِهِ أَبْعَادُهُ ٱلصِّغَارُ نَحْوًا آخَرَ مِنَ ٱلتَّرْتِيبِ أَعْنِي أَنْ تَكُونَ ٱلْمُقَدَّمَةُ مِنْهَا فِي ٱلْوَضْعِ ٱلْأَوَّلِ مُوَخَّرًا فِي ٱلْوَضْعِ ٱلثَّانِي وَكُلُّ بُعْدٍ كَانَتْ رُتِّبَتْ أَبْعَادُهُ ٱلصِّغَارُ فِيهِ أَنْحَاءً مِنَ ٱلتَّرْتِيبِ مِنْ غَيْرِ تَبْدِيلِ ٱلْجِنْسِ فَإِنَّ أَنْحَاءَ تَرْتِيبَاتِهِ فِي ٱلْجَمْعِ ٱلْوَاحِدِ تُسَمَّى ٱلْأَنْوَاعَ وَكُلُّ بُعْدٍ يَحْتَوِي عَلَى أَبْعَادٍ صِغَارٍ فَتِلْكَ ٱلْأَبْعَادُ

وَضْعٌ مَا أَوَّلُ وَوَضْعٌ مَا ثَانٍ إِلَى أَنْ يَسْتَوْفِيَ أَنْحَاءَ وَضْعِهَا ٱلَّتِي فِي ٱلْجَمَاعَةِ
i. e. „quodcunque intervallum consonans in systemate repetitur, ei accidit, ut intervalla minora, quae continet, modis diversis collocari possint. Quodsi, exempli gratia, pentachordi intervalla minora certo quodam ordine disposita sunt, fieri potest, ut in eodem systemate intervalla illa minora modo quodam alio disponantur, ita, dico, ut, quae in collocatione prima praemittebantur, in collocatione altera postponantur. Si hoc modo intervalli cuiusdam intervalla minora diversis modis disponuntur, genere [modulationis] non mutato, tum illi disponendi modi, qui in eodem systemate usurpari possunt, *species* nominantur. Igitur quodcunque intervallum intervalla minora continet, eius intervalla minora collocari possunt modo quodam primo, deinde modo quodam secundo, atque porro aliis, quoad omnes adhibiti erunt collocandi modi, qui in eo systemate usurpari possunt."

Deinde Fârâbensis ad singulas singulorum intervallorum species describendas accedit, primaque ponit haec:

أَمَّا ٱلَّذِي بِٱلْخَمْسَةِ فَإِنَّ وَضْعَ أَبْعَادِهِ ٱلْأَوَّلَ هُوَ أَنْ يَكُونَ ٱلْبُعْدُ ٱلطَّنِينِيُّ ٱلَّذِي هُوَ فَضْلَةٌ عَلَى ٱلَّذِي بِٱلْأَرْبَعَةِ مُرَتَّبًا فِي ٱلطَّرَفِ إِمَّا إِلَى جَانِبِ ٱلْحِدَّةِ وَإِمَّا إِلَى جَانِبِ ٱلثِّقَلِ
i. e. „quod ad pentachordum adtinet, collocatio eius intervallorum prima est ea, quae tonum illum, qui tetrachordum excedit, ponit extremum, aut ab latere acuto, aut ab latere gravi."

وَأَمَّا ٱلَّذِي بِٱلْأَرْبَعَةِ فَإِنَّ تَرْتِيبَ أَبْعَادِهِ ٱلْأَوَّلَ هُوَ أَنْ يَكُونَ ٱلْبُعْدُ ٱلَّذِي قَدَّمْنَاهُ فِي ٱلتَّرْتِيبِ عَلَى سَائِرِ أَبْعَادِ ٱلْجِنْسِ ٱلْمُسْتَعْمَلِ فِيهِ عِنْدَ قِسْمَتِنَا ٱلْأَجْنَاسَ فِي ٱلطَّرَفِ إِمَّا إِلَى جَانِبِ ٱلْأَحَدِّ وَإِمَّا إِلَى جَانِبِ ٱلْأَثْقَلِ وَذَلِكَ هُوَ ٱلْبُعْدُ ٱلَّذِي بِهِ يُخَالِفُ ٱلْجِنْسُ ٱلْأَرْخَى ٱلْأَوْسَطَ وَٱلْأَشَدَّ i. e. „quod ad tetrachordum adtinet, collocatio eius intervallorum prima est ea, quae intervallum illud, quod, quum genera [modulationis] distingueremus, ceteris generis iam usurpati intervallis praemisimus, ponit extremum, aut ab latere acuto, aut ab latere gravi; quod quidem intervallum id est, quo genus laxum differt ab genere mediocri, et genere acri." Vide supra pag. 56.

وَأَمَّا ٱلَّذِي بِٱلْكُلِّ فَإِنَّ تَرْتِيبَ أَبْعَادِهِ ٱلْأَوَّلَ هُوَ ٱلَّذِي يُرَتَّبُ فِيهِ بُعْدُ ٱلْاِنْفِصَالِ فِي ٱلطَّرَفِ إِمَّا ٱلْأَحَدِّ وَإِمَّا ٱلْأَثْقَلِ i. e. „quod ad octavam adtinet, collocatio eius inter-

vallorum prima est ea, quae intervallum separationis ponit extremum, aut acutissimum, aut gravissimum."

Collocatione intervallorum prima sic explicata, Fârâbensis eadem ratione de collocatione altera et tertia exponit. Deinde quindecim systematis perfecti disiuncti sonis ad lineam unam adscriptis, omnes quum octavae, tum pentachordi et tetrachordi, species ita describit, ut sonos uniuscuiusque speciei extremos indicet. De octavae speciebus septem ita dicit:

ا ج د ه ز ح ط ى ك ل م ن س ع ف ب

فَٱلنَّوْعُ ٱلْأَوَّلُ مِنْ أَنْوَاعِ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ هُوَ ىف وَٱلنَّوْعُ ٱلثَّانِي طع وَٱلنَّوْعُ ٱلثَّالِثُ حس وَٱلنَّوْعُ ٱلرَّابِعُ زن وَٱلنَّوْعُ ٱلْخَامِسُ هم وَٱلنَّوْعُ ٱلسَّادِسُ دل وَٱلنَّوْعُ ٱلسَّابِعُ جك

Quae sic reddi possunt:

$\bar{a}$ $\bar{g}$ $\bar{f}$ $\bar{e}$ $\bar{d}$ $\bar{c}$ h a g f e d c H A

„Prima species octavae est a — $\bar{a}$. Secunda g — $\bar{g}$. Tertia f — $\bar{f}$. Quarta e — $\bar{e}$. Quinta d — $\bar{d}$. Sexta c — $\bar{c}$. Septima H — h."

6. *De quindecim systematis perfecti modis sive tropis.*

Graeci systema perfectum, quindecim sonos sive octavas duas continens, per quindecim modos sive tropos, qui ab Aristoxeno et Euclide τόνος, ab aliis τρόπος, vocantur, semitonio se invicem excipientes, traducebant. Igitur tropus gravissimus ab quodam sono proficiscitur, ab quo sonus gravissimus tropi proxime sequentis distat semitonio; eademque ratione progredientes tropos ceteros Graeci parant. Quivis autem tropus per octavas duas progreditur. Unde fit, ut soni cunctorum troporum coniuncti ambitum trium octavarum et unius toni efficerent. Quinam vero sonorum nobis cognitorum fuerit tropi gravissimi, qui Hypodorius erat, sonus gravissimus, disputatur. Plerique, ut Forkelius, sonum tropi Hypodorii gravissimum existimant fuisse eum, quem A littera significamus. Quod si ponitur, fines troporum gravissimi et acutissimi fuerunt hi:

1. hypodorius	A — $\bar{a}$.	6. dorius	d — $\bar{\bar{d}}$.	11. hyperdorius	g — $\bar{\bar{g}}$.
2. hypoiastius	B — $\bar{b}$.	7. iastius	es — $\bar{\bar{es}}$.	12. hyperiastius	gis — $\bar{\bar{gis}}$.
3. hypophrygius	H — $\bar{h}$.	8. phrygius	e — $\bar{\bar{e}}$.	13. hyperphrygius	a — $\bar{\bar{a}}$.
4. hypoaeolius	c — $\bar{\bar{c}}$.	9. aeolius	f — $\bar{\bar{f}}$.	14. hyperaeolius	b — $\bar{\bar{b}}$.
5. hypolydius	cis — $\bar{\bar{cis}}$.	10. lydius	fis — $\bar{\bar{fis}}$.	15. hyperlydius	h — $\bar{\bar{h}}$.

Bellermannus vero in fragmento graecae scriptionis de musica pag. 4. certis rationibus adductus sonum hypodorii gravissimum in regionem graviorem deponit; unde hi troporum fines exsistunt:

1. hypodorius	C — $\bar{c}$.	6. dorius	F — $\bar{f}$.	11. hyperdorius	B — $\bar{b}$.
2. hypoiastius	Cis — $\bar{cis}$.	7. iastius	Fis — $\bar{fis}$.	12. hyperiastius	H — $\bar{h}$.
3. hypophrygius	D — $\bar{d}$.	8. phrygius	G — $\bar{g}$.	13. hyperphrygius	c — $\bar{\bar{c}}$.
4. hypoaeolius	Dis — $\bar{dis}$.	9. aeolius	Gis — $\bar{gis}$.	14. hyperaeolius	cis — $\bar{\bar{cis}}$.
5. hypolydius	E — $\bar{e}$.	10. lydius	a — $\bar{a}$.	15. hyperlydius	d — $\bar{\bar{d}}$.

Quindecim sonorum nomina, Proslambanomenos, Hypate hypaton, ceteraque, in tropis omnibus erant eadem. Quibus nominibus si verba *κατὰ δύναμιν* adiiciebantur, ordo tantum, sive gradus, soni in certo tropo significabatur; igitur Parypate meson Hypolydii erat sonus sextus tropi Hypolydii, sive Parypate meson *κατὰ δύναμιν* in tropo Hypolydio. Si vero sonorum nominibus verba *κατὰ θέσιν* addebantur, vera soni tensio significabatur, quae quidem illa erat, quam sonus hic in tropo Dorio obtinebat; igitur Parypate meson *κατὰ θέσιν* erat illa tensio, quam Parypate meson in tropo Dorio habebat. Ergo sonus ille, qui *κατὰ δύναμιν* vocabatur Parypate meson Hypolydii, idem erat, qui Hypate meson *κατὰ θέσιν* sive Hypate meson Dorii adpellabatur; Ptolem. ed. Wallis pag. 108. Bellermann loc. cit. pag. 10.

Nomina sonorum tropi Dorii igitur in tropis ceteris in sonos transferuntur, tensionem aliam obtinentes. Qui in Dorio est Proslambanomenos, is in Hypodorio fit Lichanos hypaton, in Hypophrygio vero Parypate hypaton, in Hypoaeolio Hypate hypaton, eademque ratione cetera sonorum nomina migrant. De tropis exponunt Euclides pag. 19. Aristoxenus pag. 37. Aristides pag. 23.

Fârâbensis de systematis perfecti tropis fol. 39. 40. 41. disserit. Qui tropi ab eo تَمْدِيدٌ plural. تَمْدِيدَاتٌ *tensiones* nominantur, quo vocabulo redditum est graecum *τόνος* *tensio*. Verba *κατὰ δύναμιν* mihi videntur ab eo reddita esse بِٱلْقُوَّةِ *potentia*.

Pauca eorum, quae de hac re dicit, adponemus. Primo fol. 38. de ٱلْجُمُوعُ ٱلْمُتَشَابِهَةُ

systematis inter se similibus disserit. Deinde fol. 39. rect. haec subiungit: وَيَلْزَمُ مِمَّا قِيلَ آنِفًا فِي كُلِّ جَمْعَيْنِ مُتَشَابِهَيْنِ كَانَ ٱلْجِنْسُ ٱلْمُسْتَعْمَلُ فِيهِمَا جِنْسًا وَاحِدًا وَكَانَ تَرْتِيبُ ٱلْأَبْعَادِ ٱلصِّغَارِ فِي كُلِّ وَاحِدٍ مِنْهُمَا تَرْتِيبًا وَاحِدًا وَتَنَاسَبَ أَطْرَافُهُمَا نِسْبَةً مَا فَأَنَّ ٱلنَّغَمَ ٱلَّتِي بَيْنَ طَرَفَيْ أَحَدِهِمَا تُنَاسِبُ ٱلنَّغَمَ ٱلَّتِي بَيْنَ طَرَفَيِ ٱلْآخَرِ تِلْكَ ٱلنِّسْبَةَ بِعَيْنِهَا وَمَرْتَبَةُ نَغَمِ كُلِّ وَاحِدٍ مِنْهُمَا فِي ٱلْحِدَّةِ أَوِ ٱلثِّقَلِ تُسَمَّى ٱلطَّبَقَةَ وَحَالُ كُلِّ نَغْمَةٍ فِي كُلِّ وَاحِدٍ مِنَ ٱلْجُمُوعِ ٱلْمُتَشَابِهَةِ فِي ٱلثِّقَلِ أَوِ ٱلْحِدَّةِ أَعْنِي حَالَهَا ٱلَّتِي لَهَا ثِقَلًا كَانَ أَوْ حِدَّةً تُسَمَّى ٱلتَّمْدِيدَ i. e. „sequitur ex eo, quod supra dictum est, hoc. Si in duobus systematis inter se similibus genus [modulationis] idem usurpatur, eademque intervallorum minorum collocatio, atque inter terminos systematum certa ratio intercedit mutua, tum inter sonos illos, qui inter terminos systematis primi siti sunt, et sonos eos, qui inter terminos systematis secundi siti sunt, eadem ratio intercedit ipsa. Gradus sonorum utriusque systematis, quum quod ad acumen, tum quod ad gravitatem adtinet, nuncupatur *classis.* Natura vero singulorum sonorum in singulis systematis inter se similibus, quod ad gravitatem vel ad acumen adtinet, eam naturam dico, quae ipsis est sive gravitate, sive acumine, nuncupatur *tensio.*"

De troporum numero fol. 40. rect. ita disserit: وَقَدْ يُمْكِنُ أَنْ يُجْعَلَ نِسْبَةُ أَحَدِّ ٱلتَّمْدِيدَاتِ إِلَى أَثْقَلِهَا أَعْظَمَ مِنْ هَذِهِ ٱلنِّسْبَةِ وَلَكِنْ لَيْسَ فِي تَبْعِيدِ قُصْوَاهَا مِنْ أَدْنَاهَا أَكْثَرَ مِنْ ضِعْفِ ٱلضِّعْفِ كَثِيرُ غَنَاءٍ فَلْنَقْتَصِرْ إِذًا مِنْ نِسْبَةِ ٱلْأَحَدِّ ٱلْأَقْصَى إِلَى ٱلْأَثْقَلِ ٱلْأَقْصَى عَلَى هَذِهِ ٱلنِّسْبَةِ وَأَنْ يَكُونَ نِسْبَةُ ٱلْأَثْقَلِ إِلَى ٱلْأَحَدِّ نِسْبَةَ ضِعْفِ ضِعْفِ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ وَأَمَّا ٱلتَّمْدِيدَاتُ ٱلَّتِي بَيْنَ هَذَيْنِ ٱلطَّرَفَيْنِ فَإِنَّهَا قَدْ يُمْكِنُ أَنْ يُكَثَّرَ عَدَدُهَا وَيُمْكِنُ أَنْ يُقَلَّلَ وَلَمَّا كَانَتْ مُخَالَفَةُ ٱلتَّمْدِيدَاتِ بَعْضِهَا بَعْضًا هِيَ مُخَالَفَةَ ٱلنَّغَمِ بَعْضِهَا بَعْضًا وَكَانَتِ ٱلنَّغَمُ ٱلْمَفْرُوضَةُ فِيمَا بَيْنَ طَرَفَيِ ٱلْجَمْعِ ٱلَّذِى هُوَ فِي هَذِهِ ٱلنِّسْبَةِ وَهُوَ ٱلْجَمْعُ ٱلتَّامُّ ثَلَثَ عَشْرَةَ نَغْمَةً فَإِنَّهُ يَلْزَمُ بِحَسْبِ هَذَا ٱلْوَضْعِ أَنْ يَكُونَ عَدَدُ ٱلتَّمْدِيدَاتِ ٱلَّتِي بَيْنَ هَذَيْنِ ٱلطَّرَفَيْنِ ثَلَثَةَ عَشَرَ تَمْدِيدًا فَتَصِيرُ عَدَدُ ٱلتَّمْدِيدَاتِ كُلِّهَا خَمْسَةَ عَشَرَ i. e. „Ratio, quae inter tensionem acutissimam et gravissimam intercedit, maior quidem poni potest, quam illa [i. e. quam octava bis du-

plicata]; sed si inter tensionem extremam et infimam plus quam octavam bis duplicatam interponimus, hoc non multum utilitatis adfert. Itaque, quod ad rationem inter acutissimum et gravissimum intercedentem adtinet, in illa ratione ita subsistamus, ut ratio, quae inter gravissimum et acutissimum intercedat, sit ratio octavae bis duplicatae. Quod autem ad tensiones adtinet, quae inter illos terminos sitae sunt, numerus earum poni potest, et maior, et minor. Quum vero diversitas, quae inter tensiones intercedit singulas, eadem sit, quae inter sonos intercedit singulos, soni vero inter terminos systematis, quod in illa ratione est, sive systematis perfecti, sint siti tredecim, ex hac positione sequitur, ut tensiones inter illos terminos exsistant tredecim, tensionumque omnium summa sit quindecim.“

Quindecim troporum nomina Fârâbensis fol. 41. sic scripta adposuit:

اَللَّيِّن	1. lenis.	فُرُوجِيُون	8. phrygius.
مُدَّة	tonus.	مُدَّة	tonus.
تَالِي اَللَّيِّن	2. sublenis.	تَالِي فُرُوجِيُون	9. subphrygius
مُدَّة	tonus.	مُدَّة	tonus.
دُورِيُون	3. dorius.	عَالِي فُرُوجِيُون	10. superphrygius
مُدَّة	tonus.	مُدَّة	tonus.
تَالِي دُورِيُون	4 subdorius.	اَلْمُقَوِّى	11. roborans.
بَقِيَّة	semitonium.	بَقِيَّة	semitonium.
عَالِي دُورِيُون	5. superdorius.	تَالِي اَلْمُقَوِّى	12. subroborans.
مُدَّة	tonus.	مُدَّة	tonus.
اَلْمُنْخَفِض	6. depressus.	لُودِيُون	13. lydius.
مُدَّة	tonus.	مُدَّة	tonus.
تَالِي اَلْمُنْخَفِض	7. subdepressus.	تَالِي لُودِيُون	14. sublydius.
بَقِيَّة	semitonium.	بَقِيَّة	semitonium.

عَالِي لُودِيُون 15. superlydius.

Quorum nominum unicuique in codice haec sonorum sedecim series adiecta est:

ا ج د ه و ز ح ط ى ك ل م ن س ع ف

Ex iis vero, quae Fârâbensis huic tabulae praemisit, haec sunt: وَلَمَّا كَانَ ٱلْأَفْضَلُ فِي ٱلنَّغَمِ وَفِي ٱلتَّمْدِيدَاتِ أَنْ يَكُونَ ٱلْمُسْتَعْمَلُ فِيهَا مَا لَيْسَ يَخْرُجُ إِلَى ٱلْإِفْرَاطِ لَا فِي ٱلْحِدَّةِ وَلَا فِي ٱلثِّقَلِ وَجَبَ أَنْ يُلْتَمَسَ فِي ٱلتَّمْدِيدَاتِ مَقَادِيرُ مُتَوَسِّطَةٌ وَيُجْعَلَ تِلْكَ هِيَ ٱلَّتِي تُسْتَعْمَلُ فِي أَكْثَرِ ٱلْأَمْرِ وَلِذَلِكَ جَعَلْنَا ٱلْمُتَوَسِّطَاتِ فِي ٱلْحِدَّةِ وَٱلثِّقَلِ ٱلنَّغَمَ ٱلَّتِي يُحِيطُ بِهَا ٱلَّذِي بِٱلْكُلِّ ٱلْأَوْسَطُ وَجُعِلَ أَثْقَلُ ٱلْمُتَوَسِّطَاتِ يَبْعُدُ عَنِ ٱلْأَوَّلِ ٱلْمَفْرُوضِ هَاهُنَا بِٱلَّذِي بِٱلْخَمْسَةِ وَأَحَدُّ ٱلْمُتَوَسِّطَاتِ يَبْعُدُ عَنِ ٱلتَّمْدِيدِ ٱلْآخِرِ هَاهُنَا بِٱلَّذِي بِٱلْأَرْبَعَةِ فَصَارَتِ ٱلْمُتَوَسِّطَاتُ ثَمَانِيَةً وَٱسْتَعْمَلْنَا فِي ٱلدَّلَالَةِ عَلَى هَذِهِ ٱلْمُتَوَسِّطَاتِ أَسْمَآءً يُونَانِيَّةً وَأَثْبَتْنَاهَا حِيَالَهَا مِنَ ٱلْجَانِبِ ٱلْآخَرِ وَسَمَّيْنَا أَحَدَّ ٱلثَّمَانِيَةِ عَالِيَ مَكْسِ لُودِيُوسَ وَتَقَعُ وُسْطَى هَذَا ٱلْأَحَدِ بِٱلْقُوَّةِ مِنْ أَثْقَلِ ٱلتَّمْدِيدَاتِ ٱلْخَمْسَةَ عَشَرَ مَكَانَ حَادَّةِ ٱلْمُنْفَصِلَاتِ وَأَثْقَلُ ٱلْمُتَوَسِّطَاتِ تَقَعُ وُسْطَاهُ بِٱلْقُوَّةِ مِنْ أَثْقَلِ ٱلتَّمْدِيدَاتِ مَكَانَ ثَقِيلَةِ ٱلْأَوْسَاطِ وَمَا بَيْنَ هَذَيْنِ مِنَ ٱلتَّمْدِيدَاتِ ٱلْمُتَوَسِّطَةِ تَقَعُ وُسْطَيَاتُهَا بِٱلْقُوَّةِ مِنْ أَثْقَلِ ٱلْخَمْسَةَ عَشَرَ فِي أَمْكِنَةِ ٱلنَّغَمِ ٱلَّتِي بَيْنَ ثَقِيلَةِ ٱلْأَوْسَاطِ وَحَادَّةِ ٱلْمُنْفَصِلَاتِ i. e. „quum, quod ad sonos et tensiones adtinet, id usurpari praestet, quod neque acumine, neque gravitate, modum excurrit, in tensionibus gradus medios, et quidem eos, qui prae ceteris usurpantur, quaeri oportet. Propterea acumine et gravitate medios esse posuimus sonos eos, quos octava media continet. Mediarum [tensionum] autem gravissimam ab ea, quae hoc loco prima sumitur, pentachordo distare ponitur; mediarum acutissimam vero ab tensione ea, quae hoc loco sumitur postrema, distare tetrachordo. Unde mediae exsistunt octo. Quas medias significavimus nominibus graecis, quae e regione earum ad latus alterum posuimus. Acutissimam illarum octo nuncupavimus superiorem tropi lydii. Qui sonus in hac acutissima est Mese potentia, is in ea tensione, quae tensionum quindecim est gravissima, cadit in locum Netes diezeugmenon. Quod vero ad tensionum mediarum gravissimam adtinet, qui sonus in ea est Mese potentia, is in tensione gravissima cadit in locum Hypates meson. Quod vero ad tensiones medias eas adtinet, quae inter duas illas sitae sunt, qui soni in iis sunt Mesae potentia, ii in tensione ea, quae tensionum quindecim gra-

vissima est, cadunt in locos eorum sonorum, qui inter Hypaten meson et Neten diezeugmenon intersunt." Pro أَلْأَوَّلُ in codice أَلْأَوَّلِينَ scriptum est.

Quod ad vocabula مُدَّةٌ *tonus* et بَقِيَّةٌ *semitonium* adtinet, quae Fârâbensis inter singulorum troporum nomina interposuit, significare videntur intervalla inter sonos duarum octavarum, vel inter exordia troporum, intercedentia. Ita vocabula τόνος et λεῖμμα Ptolemaeus in tabula sua pag. 135. posuit. Nomina troporum novem graeca, dorii, hypodorii, hyperdorii, phrygii, hypophrygii, hyperphrygii, lydii, hypolydii, hyperlydii, Fârâbensis retinuit. Sed pro sex reliquis, iastio, hypoiastio, hyperiastio, aeolio, hypoaeolio, hyperaeolio, substituit haec:

أَللَّيِّنُ lenis.	أَلْمُنْخَفِضُ depressus.	أَلْمُقَوِّى roborans.
تَالِى أَللَّيِّنِ sublenis.	تَالِى أَلْمُنْخَفِضِ subdepressus.	تَالِى أَلْمُقَوِّى subroborans.

Quod unde factum sit, nescio. Num Fârâbensis in hac re Graecum quendam sequutus est, qui alia troporum nomina, quam quae Aristoxenus et Euclides usurpaverant, posuit? Num vocabulo أَلْمُنْخَفِضُ *depressus* graecum αἰόλιος redditum est, quia αἰολάω significat *percello*, *terreo*, vocabulo أَلْمُقَوِّى *roborans* vero graecum ἰάστιος, quia ἰᾶσθαι est *sanare?*

7. *De mutationibus, et ductu, nexuque.*

M u t a t i o μεταβολὴ ab Graecis vocatur transitus, qui ab uno melodiae genere ad alterum fit, si ab intervallo uno ad alterum, ab uno modulationis genere ad alterum, ab systemate ad systema aliud, ab tropo ad tropum alium, transitur. Quem transitum Bacchius pag. 13. modis septem fieri dicit, per systema, per modulationis genus, per tropum, κατὰ ἦθος per affectum, per rhythmum, per rhythmi ductum, per rhythmopoeiae positionem. De mutationibus melioribus Aristides pag. 25. sic exponit: μεταβολαὶ δὲ ἐν τοῖς τόνοις γίνονται ποικίλαι, καθ' ἕκαστον τῶν διαστημάτων, τῶν τε συνθέτων καὶ ἀσυνθέτων· ἀλλ' αἱ μὲν ἐκ συμφώνων λαμβανόμεναι διαστημάτων χαριέστεραι· αἱ δὲ λοιπαὶ τούτων οὐ πάνυ i. e. „mutationes autem in tonis fiunt variae secundum quodque intervallorum, tam compositorum, quam incompositorum; verum quae ex consonis sumuntur intervallis sunt gratiores; harum reliquae non admodum." Ab Martiano Capella pag. 189. mutationes vocantur *transitus.*

Atque ita apud Fârâbensem quoque mutationes adpellantur أَلتَّنَقُّلَاتُ *migrationes*

sive *transitus*. Quos fol. 44. rect. fieri dicit مِنْ نَغْمَةٍ إِلَى نَغْمَةٍ ab sono ad sonum, مِنْ بُعْدٍ إِلَى بُعْدٍ ab intervallo ad intervallum, مِنْ جِنْسٍ إِلَى جِنْسٍ ab alio modulationis genere ad aliud, مِنْ جَمَاعَةٍ إِلَى جَمَاعَةٍ ab systemate ad systema, مِنْ تَمْدِيدٍ إِلَى تَمْدِيدٍ ab tropo ad tropum.

Ita quum Fàrâbensis eum quoque transitum, qui ab sono ad sonum fit, in numerum mutationum referat, ipso hoc loco etiam illius rei, quae ab Graecis χρῆσις *usus sonorum* vocatur, mentionem facit. Quae est modus procedendi per singulos sonos, qui in melodia ponuntur, Euclid. pag. 22. Aristid. pag. 29. Cuius genus alterum ἀγωγὴ *ductus* adpellatur, quod per sonos deinceps positos procedit, ut iustus scalae ordo fert: ***e f g a h.*** Alterum πλοκὴ *nexus* nominatur, quod per sonos alternatos procedit: ***e g f a g h.*** Fàrâbensis fol. 44. rect. haec ponit: وَٱلْإِنْتِقَالُ مِنْ نَغْمَةٍ إِلَى نَغْمَةٍ قَدْ يَكُونُ ٱنْتِقَالًا عَلَى ٱسْتِقَامَةٍ وَقَدْ يَكُونُ ٱنْتِقَالًا بِعَطْفٍ وَٱلْإِنْتِقَالُ عَلَى ٱسْتِقَامَةٍ هُوَ ٱلْإِنْتِقَالُ مِثْلًا مِنْ ثَقِيلَةِ ٱلْمَفْرُوضَاتِ إِلَى ثَقِيلَةِ ٱلرَّئِيسَاتِ ثُمَّ إِلَى وَاسِطَةِ ٱلرَّئِيسَاتِ ثُمَّ عَلَى مِثَالِ ٱلنَّغَمِ مِنْ غَيْرِ أَنْ يُعَادَ إِلَى شَيْءٍ مِمَّا سَلَفَ وَٱلْعَطْفُ إِمَّا إِلَى ٱلنَّغْمَةِ ٱلَّتِى ٱبْتُدِئَ مِنْهَا أَوْ إِلَى نَغْمَةٍ أُخْرَى مِمَّا سَلَفَ بَيْنَ ٱلْمَبْدَإِ وَبَيْنَ ٱلَّتِى مِنْهَا عُطِفَتْ وَٱلْعَطْفُ إِلَى كُلِّ وَاحِدٍ مِنْ هٰذَيْنِ إِمَّا بَعْدَ نَغْمَةٍ وَاحِدَةٍ وَإِمَّا بَعْدَ نَغَمٍ أَكْثَرَ مِنْ وَاحِدَةٍ i. e. „quod ad eum transitum adtinet, qui ab sono ad sonum fit, modo per *rectitudinem*, modo per *inclinationem* instituitur. Qui per *rectitudinem* instituitur, procedit exempli gratia ab proslambanomeno ad Hypaten hypaton, inde vero ad Parypaten hypaton, atque sic porro sonorum ordinem sequens, ita ut ad nullum eorum sonorum, qui antea positi sunt, redeatur. *Inclinatio* vero aut ad eum sonum redit, ab quo orsum est, aut ad sonum alium, qui ex iis est, qui inter exordium sonosque ei subiunctos siti sunt. Ad alterum utrum autem inclinatio redit aut post sonum unum interiectum, aut post plures."

Graeci *ductus* species tres distinguunt, quarum prima est εὐθεῖα *recta*, altera ἀνακάμπτουσα *revertens*, tertia περιφερὴς *circumcurrens*, Aristid. pag. 29. Martian. pag. 187. Atque sic etiam Fàrâbensis fol. 44. rect. plura ductus genera esse exponit.

De mutationibus gratioribus Fàrâbensis eadem fere, quae modo pag. 72. ex Aristide adtulimus, proponit, sed plenius. Prima eius verba haec sunt: وَٱلْمَبَادِئُ ٱلَّتِى

مِنْهَا يُنْتَقَلُ إِمَّا نَغَمٌ مَحْدُودَةٌ وَإِمَّا غَيْرُ مَحْدُودَةٍ وَٱلْإِنْتِقَالُ ٱلْأَفْضَلُ هُوَ ٱلْإِنْتِقَالُ عَلَى نَغَمٍ مُتَلَائِمَةٍ يَتَخَلَّلُهَا مِنَ ٱلْمُتَبَايِنَةِ مَا لَا يُشْعَرُ بِتَنَافُرِهَا فَلِذٰلِكَ مَتَى ٱنْتُقِلَ عَنْ نَغْمَةٍ فُرِضَتْ مَبْدَأً فَإِنَّمَا يَنْبَغِي أَنْ يُنْتَقَلَ مِنْهَا إِلَى مَا يُلَائِمُهَا وَمِنَ ٱلثَّانِيَةِ إِلَى مَا يُلَائِمُهَا i. e. „exordia, ab quibus transitus proficiscuntur, soni sunt aut definiti, aut non definiti. Transitus optimus vero is est, qui per sonos consonos fit, inter quos dissoni intercedunt tales, quorum discrepantia non sentitur. Itaque, si ab quodam sono, quem initium esse ponimus, transitur, tum ad id tantum, quod illi consonum est, transire oportet, atque ab secundo hoc sono iterum ad id, quod ipsi consonum est.“ Addit paulo infra: وَكُلُّ وَاحِدَةٍ مِنَ ٱلنَّغَمِ ٱلْمُرَتَّبَةِ فِي ٱلْجَمْعِ ٱلتَّامِّ يُمْكِنُ أَنْ يُفْرَضَ مَبْدَأً مَا لِلْإِنْتِقَالِ فَإِذَا عُلِمَتْ مُلَايِمَاتُهَا وَمُلَايِمَاتُ مُلَايِمَاتِهَا عَرَفَ ٱلْمُنْتَقِلُ مَتَى أَرَادَ أَنْ يَنْتَقِلَ مِنْهَا إِلَى أَيِّ نَغْمَةٍ يَجِبُ أَنْ يَنْتَقِلَ i. e. „atque unusquisque eorum sonorum, qui in systemate perfecto insunt, potest poni exordium qualecunque transitus. Si autem exploratum est, quinam soni sint illi sono consoni, quinamque his consonis consoni sint, tum homo ille, qui transit, quando ab illo sono transire vult, ad quemnam sonum transeundum sit, intelligit.“

Commodissima vero transituum exordia Fârâbensis eos sonos praebere dicit, qui neque in summo acumine, neque in summa gravitate versantur, sed in systemate perfecto tales locos obtinent, ut ab iis in utramque partem, quum acutiorem, tum graviorem, transiri possit. Qua de re praeter alia fol. 44. vers. haec adponit: وَلِذٰلِكَ صَارَ ٱلْأَوْلَى أَنْ يُجْعَلَ مَبَادِئُ ٱلْإِنْتِقَالَاتِ نَغَمًا يُمْكِنُ أَنْ يُنْتَقَلَ مِنْهَا إِلَى نَغَمٍ أُخْرَى فِي ٱلْجَانِبَيْنِ جَمِيعًا وَلِهٰذَا صَارَ ٱلْأَجْوَدُ أَنْ تُفْرَضَ مَبَادِئَ ٱلْإِنْتِقَالَاتِ ٱلنَّغَمُ ٱلْمُتَوَسِّطَةُ ٱلَّتِي تَبْعُدُ عَنْ كُلِّ وَاحِدٍ مِنَ ٱلطَّرَفَيْنِ بِعَدَالَةِ قَدْرٍ وَلْيَكُنْ أَدْنَاهَا مِنَ ٱلطَّرَفِ ٱلْأَحَدِّ أُدْخِلَ فِي ٱلْجَمْعِ مِنَ ٱلطَّرَفِ بِمِثْلِ ٱلَّذِي بِٱلْأَرْبَعَةِ وَلْيَكُنْ أَدْنَاهَا مِنَ ٱلطَّرَفِ ٱلْأَثْقَلِ أُدْخِلَ فِي ٱلْجَمْعِ مِنَ ٱلطَّرَفِ بِمِثْلِ ٱلَّذِي بِالْخَمْسَةِ وَهٰذِهِ ٱلنَّغَمُ هِيَ ٱلْمُرَتَّبَةُ فِي ٱلَّذِي بِٱلْكُلِّ ٱلْمُتَوَسِّطِ فِي ٱلْجَمْعِ ٱلتَّامِّ ٱلْمُنْفَصِلِ وَهُوَ ٱلَّذِي يَبْعُدُ طَرَفَاهُ عَنْ طَرَفِ ٱلْجَمْعِ ٱلْأَحَدِّ بِٱلَّذِي بِٱلْأَرْبَعَةِ وَعَنْ طَرَفِهِ ٱلْأَثْقَلِ بِٱلَّذِي بِالْخَمْسَةِ وَحَدُّهُ أَمَّا مِنْ جَانِبِ ٱلْأَثْقَلِ فَٱلنَّغْمَةُ ٱلَّتِي تُسَمَّى بِٱلْيُونَانِيَّةِ ايباطى ماسن وَسَمَّيْنَاهَا نَحْنُ ثَقِيلَةَ

ٱلْأَوْسَاطِ وَأَمَّـا مِنْ جَانِبِ ٱلْأَحَدِّ فَـٱلنَّغْمَةُ ٱلَّتِي تُسَمَّى بِٱلْيُونَانِيَّةِ نيطى ديازوغمانن
وَسَمَّيْنَاهَا نَحْنُ حَادَّةَ ٱلْمُنْفَصِلَاتِ وَهَاتَانِ ٱلنَّغْمَتَانِ تُحِيطَانِ بِٱلنَّوْعِ ٱلرَّابِعِ مِنْ أَنْوَاعِ
ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ ٱلْمُرَتَّبِ فِي ٱلْجَمْعِ ٱلتَّامِّ ٱلْمُنْفَصِلِ وَٱلنَّغَمُ ٱلَّتِي تُرَتَّبُ فِي ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ
ثَمَانِيَةٌ فَهٰذِهِ ٱلنَّغَمُ ٱلثَّمَانِيَةُ هِيَ مَبَادِئُ ٱلْإِنْتِقَالَاتِ وَهِيَ بِأَعْيَانِهَا مَبَادِئُ ٱلْأَلْحَانِ

i. e. „atque propterea transituum exordia sonos ponere convenit, ab quibus ad sonos alios transiri potest in utramque partem. Commodissima igitur transituum exordia soni medii ponuntur, qui ab utraque extremitate dirimuntur iusto spatio. Quorum qui extremitati acutissimae proximus est, in systemate talem locum obtineat, ut inter ipsum et illam extremitatem intersit intervallum quaternarium; qui vero extremitati gravissimae proximus est, in systemate talem locum obtineat, ut inter ipsum et illam extremitatem intersit intervallum quinarium. Hi vero soni sunt ii, qui in octava systematis perfecti disiuncti insunt media; nam huius octavae extremitatum altera ab extremitate systematis acutissima dirimitur intervallo quaternario, altera vero ab extremitate systematis gravissima dirimitur intervallo quinario. Quam octavam ab parte graviori sonus is finit, qui graece Hypate meson vocatur, a nobis vero *gravis mediarum* adpellatus est; ab parte vero acutiori sonus is, qui graece Nete diezeugmenon vocatur, a nobis vero *acuta disiunctarum* adpellatus est. Qui soni duo speciem octavae, quae in systemate perfecto disiuncto constituitur, circumscribunt quartam. Soni autem, qui in hac octava ponuntur, sunt octo, iique ipsi exordia transituum sunt, iidemque melodiarum exordia."

Transituum variorum exempla fol. 45. vers. sic adfert:

ا ج د ه ز ح ط ى ك ل م ن س ع ف

وَقَدْ يَسْهُلُ أَيْضًا عَلَيْنَا ٱلْوُقُوفُ عَلَى أَصْنَافِ ٱلْإِنْتِقَالَاتِ مِنْ هٰذَا ٱلتَّرْتِيبِ بِعَيْنِهِ فَإِنَّ
ٱلنُّقْلَةَ مِنْ ى إِلَى ا أَوْ جَانِبِ ف مِنْهَا عَلَى ٱسْتِقَامَةٍ مِثْلَ ٱلنُّقْلَةِ مِنْ ى إِلَى ط وَمِنْ
ط إِلَى ح وَمِنْ ح إِلَى د وَكَذٰلِكَ مِنْ ى إِلَى جَانِبِ نَغْمَةِ ف وَهٰذِهِ إِمَّا بِتَوَالٍ وَإِمَّـا
بِغَيْـرِ تَوَالٍ وَمِنْهَـا أَنْ تَكُونَ بِـٱلْـعَطْفِ إِلَى ى وَذٰلِكَ إِمَّا بِٱلْعَطْفِ عَلَى ٱلنَّغَمِ ٱلَّتِي
ٱنْتُقِـلَ عَلَيْهَـا أَوَّلًا مِثْلَ ٱلنُّقْلَـةِ مِنْ ى إِلَى ط ح ز ه ثُمَّ ٱلْعَطْفِ إِلَى ز ح ط ى
وَإِمَّـا أَنْ يَكُونَ عَطْفٌ بِدَوْرٍ مِثْلَ ٱلنُّقْلَـةِ مِنْ ى إِلَى ط ح ك ل ى وَمِنْهَا ٱلنُّقْلَـةُ
بِٱلْعِـرَاجِ مِثْلَ ٱلنُّقْلَةِ مِنْ ى إِلَى ط ك ل م ن ز ه وَمَـا جَانَسَهَا وَكُلُّ ذٰلِكَ إِمَّـا
بِتَوَالٍ وَإِمَّا بِغَيْرِ تَوَالٍ

Quae sic reddi possunt:

„ $\bar{a}$ $\bar{g}$ $\bar{f}$ $\bar{c}$ $\bar{d}$ $\bar{c}$ h a g f e d c H A

Atque porro facile transituum genera ex hac dispositione ipsa cognoscere possumus. Nam quod ad transitum adtinet, qui ab *a* ad *A* vel ad latus soni $\bar{a}$ fit, primo per *rectitudinem* institui potest; quo ex genere est transitus ab *a* ad *g*, ab *g* ad *f*, ab *f* ad *c*, transitusque is, qui eadem ratione ab *a* ad latus soni $\bar{a}$ fit; qui transitus aut continui fiunt, aut non continui. Porro hic transitus per ***inclinationem*** ad *a* institui potest; qui aut ita fit, ut per eosdem sonos inclinetur, per quos antea transitum est, ut si transimus ab *a* ad *g f e d*, deinde vero inclinamus ad *e f g a*; aut ita, ut inclinatio fiat per circulum, ut si transimus ab *a* ad *g f h* $\bar{c}$ *a*. Porro hic transitus per *gradationem* institui potest; quo ex genere sunt transitus ab *a* ad *g h* $\bar{c}$ $\bar{d}$ $\bar{e}$ *e d*, et qui ei similes sunt. Omnes vero hi transitus aut continui fiunt, aut non continui."

8. *De distributione sonorum in chordas citharae arabicae.*

Soni ii, qui in systematis musicis insunt, quibusnam modis ex instrumentis variis elici possint, Fârâbensis fol. 52—90. exponit. Certa primo instrumentorum genera fol. 52. vers. ita distinguit:

فَنَقُولُ أَنَّ ٱلْآلَاتِ ٱلْمَشْهُورَةَ مِنْهَا مَا يَحْدُثُ فِيهَا ٱلنَّغَمُ بِأَنْ تَهِىَ أَوْتَارُهَا فَتَهْتَزَّ

i. e. „igitur dicimus ex instrumentis celebrioribus ea esse, in quibus tum exsistunt soni, si chordae eorum ita laxantur, ut commoveantur."

وَمِنْهَا مَا يَحْدُثُ فِيهَا ٱلنَّغَمُ بِتَسْرِيبِ ٱلْهَوَآءِ فِى تَجْوِيفَاتِهَا شَيْئًا شَيْئًا مِثْلَ ٱلْمَزَامِيرِ وَمَا جَانَسَهَا i. e. „ac porro ex iis ea sunt, in quibus tum exsistunt soni, si immittitur aer in eorum cava gradatim; quo ex genere sunt tibiae, et quae iis sunt similia."

وَمِنْهَا مَا يَحْدُثُ فِيهَا ٱلنَّغَمُ بِأَنْ تُسَيَّرَ أَوْتَارُهَا فَتَهْتَزَّ i. e. „ac porro ex iis ea sunt, in quibus tum soni exsistunt, si chordae eorum ita truduntur, ut commoveantur."


وَمِنْهَا مَا يَحْدُثُ فِيهَا ٱلنَّغَمُ بِأَنْ تُجَرَّ عَلَى أَوْتَارِهَا أَوْتَارٌ أُخَرُ وَمَا يَقُومُ مَقَامَ ٱلْأَوْتَارِ i. e. „ac porro ex iis ea sunt, in quibus tum soni exsistunt, si trahuntur super chordas chordae aliae, vel ea, quae chordarum vicem explent."

Deinde Fàràbensis ea instrumenta, quorum chordae singulae sonos non edunt nisi singulos, ab iis distinguit, in quibus chorda una sonos edit plures, si quidem modis variis

premitur vel dividitur. Qua de re haec proponit: وَٱلَّتِي تَنهي أَوْتَارُهَا مِنْهَا مَا يُفْرَدُ لِكُلِّ نَغْمَةٍ مِنْهَا عَلَى حِيَالِهَا وَتَرٌ مُفْرَدٌ لَهَا مِثْلَ ٱلْمَعَازِفِ وَٱلْجَنْكِ وَمَا جَانَسَهَا وَمِنْهَا مَا يُكْتَفَى بِهِ بِوَتَرٍ وَاحِدٍ أَوْ أَوْتَارٍ عِدَّةٍ يُقْسَمُ كُلُّ وَاحِدٍ مِنْهَا أَقْسَامًا وَيُسْمَعُ مِنْ كُلِّ قِسْمٍ مِنْهَا نَغْمَةٌ غَيْرُ ٱلَّتِي تُسْمَعُ مِنَ ٱلْقِسْمِ ٱلْآخَرِ وَكَذَلِكَ ٱلَّتِي تُجَرُّ عَلَى أَوْتَارِهَا أَوْتَارٌ أُخَرُ مِنْهَا مَا قَدْ يُفْرَدُ لِكُلِّ نَغْمَةٍ مِنْهَا وَتَرٌ وَمِنْهَا مَا قَدْ يُكْتَفَى فِيهِ بِقِسْمَةِ وَتَرٍ وَاحِدٍ أَوْ أَوْتَارٍ عِدَّةٍ i. e. „quod ad ea adtinet, quorum chordae laxantur, ex iis ea sunt, in quibus sono cuivis chorda singula tribuitur suo loco; quo ex genere sunt nablium [*harpa*] et sambuca, et quae iis similia sunt. Porro ex his instrumentis ea sunt, in quibus una tantum chorda, vel plures, ponuntur, quarum quaevis in partes plures dividitur ita, ut ex quavis parte sonus percipiatur, qui diversus est ab eo sono, qui ex parte alia percipitur. Itemque, quod ad ea instrumenta adtinet, super quorum chordas ducuntur chordae aliae, ex iis ea sunt, in quibus sono cuivis tribuitur chorda singula; porroque ex iis ea sunt, in quibus unius tantum chordae, vel plurium, partitione utuntur."

Quibus praemissis, Fârâbensis ad citharam ٱلْعُودُ plenius describendam pergit, et quidem quadrichordam, quae antiquior est; cuius chordae sunt ٱلْبَمُّ gravissima, ٱلْمَثْلَثُ tertia, ٱلْمَثْنَى secunda, ٱلزِّيرُ inferior. Citharae collo, sive parti superiori, immittuntur striae ٱلدَّسَاتِينُ sive ligamenta, quae vernacule die Bünde, gallice *les touches*, vocantur; ad quae digiti manus laevae adprimunt chordas, ut ex chorda una soni eliei possint varii. In parte citharae inferiori collocatur ٱلْمُشْطُ *pecten* sive iugum, quod vernacule der Steg, gallice *le chevalet*, adpellatur; quem ad pectinem extremitates chordarum inferiores adligantur. Sonorum vero, qui ex cithara eliciuntur, numerus pendet ex numero ligamentorum, quae collo immittuntur, quoniam his ligamentis quaevis chorda in partes varias dividitur, et suum quaeque pars edit sonum. Ligamenta alii immittunt pauciora, plura alii. Fârâbensis fol. 52. vers. de ligamentis prima proponit haec: وَنَبْتَدِئُ مِنْ هَذِهِ بِتَلْخِيصِ أَمْرِ ٱلْعُودِ إِذْ كَانَ أَشْهَرَ ٱلْآلَاتِ وَهَذِهِ ٱلْآلَةُ مِنَ ٱلْآلَاتِ ٱلَّتِي تُحْدَثُ فِيهَا ٱلنَّغَمُ بِقِسْمَةِ ٱلْأَوْتَارِ ٱلْمَوْضُوعَةِ فِيهَا وَيُشَدُّ عَلَى ٱلْمَكَانِ ٱلْمُسْتَدِقِّ مِنْهَا دَسَاتِينُ تَحْتَ ٱلْأَوْتَارِ عَلَى عَدَدِ أَقْسَامِهَا ٱلَّتِي يُسْمَعُ فِيهَا ٱلنَّغَمُ فَتَقُومُ لَهَا تِلْكَ مَقَامَ

حَوَامِلِ ٱلْأَوْتَارِ وَتُجْعَلُ مُوَازِيَةً بِقَاعِدَةِ ٱلْآلَةِ ٱلَّتِي تُسَمَّى ٱلْمِشْطَ وَهِيَ ٱلَّتِي فِيهَا أَطْرَافُ ٱلْأَوْتَارِ مُتَبَايِنَةُ ٱلْأَمَاكِنِ وَفِيهَا تُشَدُّ ٱلْأَوْتَارُ ثُمَّ تُمَدُّ مِنْهَا وَتُجْمَعُ أَطْرَافُهَا فِي مَكَانٍ وَاحِدٍ حَتَّى يَصِيرَ شَكْلُ وَضْعِ ٱلْأَوْتَارِ شَبِيهَةً شَكْلِ أَضْلَاعِ مُثَلَّثَاتٍ



تُبْتَدَؤُ مِنْ قَاعِدَةٍ وَاحِدَةٍ وَيَنْتَهِي ٱرْتِفَاعُهَا إِلَى نُقْطَةٍ وَاحِدَةٍ وَدَسَاتِينُهَا ٱلْمَشْهُورَةُ أَرْبَعَةُ دَسَاتِينَ مَشْدُودَةٍ عَلَى ٱلْأَمَاكِنِ ٱلَّتِي تَنَالُهَا ٱلْأَصَابِعُ فِي أَسْهَلِ مَوْضِعٍ يُمْكِنُ ٱلْقَبْضُ عَلَيْهَا مِنْ وَاسِطَةِ ٱلْمَكَانِ ٱلْمُسْتَدِقِّ مِنَ ٱلْآلَةِ فَأَوَّلُ هٰذِهِ دَسْتَانُ ٱلسَّبَّابَةِ وَثَانِيهَا دَسْتَانُ ٱلْوُسْطَى وَٱلثَّالِثُ دَسْتَانُ ٱلْبِنْصِرِ وَٱلرَّابِعُ دَسْتَانُ ٱلْخِنْصِرِ فَيَكُونُ أَقْسَامُ ٱلْأَوْتَارِ ٱلْمَشْهُورَةُ عَلَى عَدَدِ ٱلدَّسَاتِينِ ۴ فَأَوَّلُ نَغْمَةٍ فِي كُلِّ وَتَرٍ نَغْمَةُ

كُلِّ ٱلْوَتَرِ وَتِلْكَ تُسَمَّى نَغْمَةُ مُطْلَقِ ٱلْوَتَرِ وَٱلثَّانِيَةُ تُسَمَّى نَغْمَةُ ٱلسَّبَّابَةِ وَٱلدَّسْتَانُ ٱلْحَادِثُ لَهَا مَشْدُودٌ عَلَى تُسْعِ مَا بَيْنَ مُجْتَمَعِ ٱلْأَوْتَارِ وَبَيْنَ ٱلْمِشْطِ ثُمَّ نَغْمَةُ ٱلْوُسْطَى وَلْنُؤَخِّرِ ٱلْقَوْلَ فِي مَوْضِعِ دَسْتَانِهَا وَلْنُخَلِّ حِينًا هَذَا وَعَنْ دَسْتَانِهَا إِلَى أَنْ يَنْتَهِيَ ٱلْقَوْلُ إِلَيْهَا ثُمَّ نَغْمَةُ ٱلْبِنْصِرِ وَدَسْتَانُهَا مَشْدُودٌ عَلَى تُسْعِ مَا بَيْنَ ٱلسَّبَّابَةِ إِلَى ٱلْمِشْطِ ثُمَّ نَغْمَةُ ٱلْخِنْصِرِ وَدَسْتَانُهَا مَشْدُودٌ عَلَى رُبْعِ مَا بَيْنَ مُجْتَمَعِ ٱلْأَوْتَارِ إِلَى نِهَايَاتِهَا فِي ٱلْمِشْطِ فَإِذَا مَجْمُوعُ نَغْمَتَيْ مُطْلَقِ كُلِّ وَتَرٍ وَخِنْصِرِهِ هُوَ ٱلْبُعْدُ ٱلَّذِي بِٱلْأَرْبَعَةِ وَمَجْمُوعُ نَغْمَتَيْ مُطْلَقِهِ وَسَبَّابَتِهِ هُوَ بُعْدٌ طَنِينِيٌّ فَيَبْقَى مَجْمُوعُ نَغْمَتَيْ سَبَّابَتِهِ وَبِنْصِرِهِ أَيْضًا بُعْدٌ طَنِينِيٌّ فَيَبْقَى مَجْمُوعُ نَغْمَتَيِ ٱلْخِنْصِرِ وَٱلْبِنْصِرِ ٱلْبُعْدَ ٱلَّذِي يُسَمَّى ٱلْبَقِيَّةَ وَٱلْفَضْلَةَ فَقَدْ ظَهَرَ أَنَّ ٱلدَّسَاتِينَ ٱلْمَشْهُورَةَ مَشْدُودَةٌ فِي ٱلْعُودِ عَلَى أَطْرَافِ ٱلْجِنْسِ ٱلْقَوِيِّ ذِي ٱلْمُدَّتَيْنِ وَلَمَّا كَانَتْ أَوْتَارُ ٱلْعُودِ يُوضَعُ وَضْعُهَا ٱلْمَشْهُورُ بِأَنْ يُحَرَّفَ ٱلْمَثْلَثُ حَتَّى يَصِيرَ نَغْمَةُ مُطْلَقِ ٱلْمَثْلَثِ مُسَاوِيَةً لِنَغْمَةِ خِنْصِرِ ٱلْبَمِّ وَيُحَرَّفَ ٱلْمَثْنَى حَتَّى يَصِيرَ نَغْمَةُ مُطْلَقِهِ مُسَاوِيَةً لِنَغْمَةِ خِنْصِرِ ٱلْمَثْلَثِ وَكَذَلِكَ يُجْعَلُ نَغْمَةُ مُطْلَقِ ٱلزِّيرِ مُسَاوِيَةً لِنَغْمَةِ خِنْصِرِ ٱلْمَثْنَى ظَهَرَ أَنَّ نِسْبَةَ نَغْمَةِ مُطْلَقِ كُلِّ وَتَرٍ إِلَى نَغْمَةِ مُطْلَقِ ٱلْوَتَرِ ٱلَّذِي تَحْتَهُ نِسْبَةُ ٱلَّذِي بِٱلْأَرْبَعَةِ فَتَبَيَّنَ أَنَّ ٱلْجَمْعَ ٱلْمُسْتَعْمَلَ فِي ٱلْعُودِ هُوَ مِثْلَا ضِعْفِ ٱلَّذِي بِٱلْأَرْبَعَةِ فَإِذَا ٱلْجَمْعُ ٱلْمُسْتَعْمَلُ فِي ٱلْعُودِ مُقَصِّرٌ عَنِ ٱلْجَمْعِ ٱلتَّامِّ بِبُعْدَيْنِ طَنِينِيَّيْنِ i. e. „Primo vero, quod ad haec [instrumenta] adtinet, res citharae exponemus, quoniam est instrumentum celeberrimum. Ex iis autem instrumentis est, in quibus per divisionem chordarum, in iis positarum, soni efficiuntur. Igitur parti eius graciliori *ligamenta* adfiguntur, sub chordis positae, tot, quot sunt chordarum partes, ex quibus soni percipiuntur; quae ligamenta chordas quasi sustinent, atque huius instrumenti basi, quae pecten nuncupatur, ex adverso posita sunt. Qua in basi extremitates chordarum, latius disiunctae, adfiguntur; inde vero ita protenduntur, ut earum extremitates [superiores] in locum unum coeant. Unde fit, ut figura, quam haec chordarum collocatio efficit, similis fiat figurae laterum triangulorum, quae, ab basi una profectae, in parte superiori ad punctum unum feruntur. Ligamenta celebriora sunt quattuor, quae iis locis affiguntur, quos in medio partis gracilioris huius instrumenti facillime tangunt digiti. Quorum primum est ligamentum digiti indicis, alterum

ligamentum digiti medii, tertium ligamentum digiti annularis, quartum ligamentum digiti minimi. Igitur partes chordarum celebriores ex numero ligamentorum exsistunt quattuor. Primus autem cuiusvis chordae sonus est is, quem tota chorda edit, qui adpellatur sonus chordae missae [i. e. non pressae]. Secundus nuncupatur sonus digiti indicis; quem quod efficit ligamentum, illi puncto adfigitur, quod partem nonam spatii, inter conventum chordarum et pectinem interpositi, terminat. Sequitur sonus digiti medii; sed loci, in quo eius ligamentum ponitur, definitionem, ipsiusque ligamenti descriptionem, in locum infra positum reiiciamus, quod nobis interea permittatur, quoad oratio eo perveniet. Sequitur sonus digiti annularis; quem quod efficit ligamentum, illi puncto adfigitur, quod partem nonam spatii, inter digitum indicem et pectinem interpositi, terminat. Sequitur denique sonus digiti minimi; quem quod efficit ligamentum, illi puncto adfigitur, quod partem quartam spatii, inter conventum chordarum earumque extremitates, quae pectini affixae sunt, interpositi. Tum concentus soni chordae missae cuiusvis et soni digiti eius minimi efficit intervallum quaternarium. Concentus vero chordae missae eiusque digiti indicis efficit intervallum toni unius; atque porro concentus digiti indicis digitique annularis item intervallum toni unius efficit; denique autem concentus digiti minimi et digiti annularis id intervallum efficit, quod limma sive excedens vocatur [i. e. semitonium, vide pag. 48.]. Unde patet, ligamenta celebriora ita citharae adfigi, ut respondeant terminis generis fortis ditoni [vide pag. 56.]. Quum vero chordae citharae plerumque sic temperentur, ut chorda tertia adeo intendatur, ut sonus chordae tertiae missae par fiat sono digiti minimi chordae gravissimae, chorda secunda vero adeo intendatur, ut sonus ipsius missae par fiat sono digiti minimi chordae tertiae, eodemque modo sonus chordae inferioris missae par reddatur sono digiti minimi chordae secundae, apertum fit, inter sonum chordae missae cuiusvis sonumque chordae missae, quae proxima subsequitur, intercedere rationem tetrachordi. Unde patet, systema id, quod in cithara usurpatur, bis bina tetrachorda continere, igiturque huic systemati, in cithara usurpato, tonos duos adiici oportere, si systema perfectum complere volunt."

Quod ad figuram citharae adtinet, quam in folio praecedenti delineavimus, ab Fârâbensi adpositam, in codice Lugdunensi lineae illae quattuor, quae chordas repraesentant, ab summa parte, in qua conveniunt omnes, ad imam rectae sunt; quo fit, ut re vera triangula circumscribere dici possint. Sed in hoc libro, typis exscripto, summa linearum pars inflexa est, ut ab typographo facilius exprimi possent. Verba arabica, quae in latere figurae posita sunt, ipse adieci.

Deinde Fârâbensis litteras ad figuram citharae adpositas ita explicat: وَلْيَكُنْ عَلَى

مَجْمَعِ ٱلْأَوْتَارِ حَرْفُ ا وَعَلَى نِهَايَاتِهَا مِنَ ٱلْمِشْطِ أَمَّا نِهَايَةُ ٱلْبَمِّ فَلْتَكُنْ ب وَلْتَكُنْ
نِهَايَةُ ٱلْمِثْلَثِ ج وَنِهَايَةُ ٱلْمَثْنَى د وَنِهَايَةُ ٱلزِّيرِ ه وَلْتَكُنِ ٱلنُّقَطُ ٱلَّتِى تَتَمَاسُّ بِهَا
ٱلْأَوْتَارُ وَٱلدَّسَاتِينُ أَمَّا نُقَطُ دَسْتَانِ ٱلسَّبَّابَةِ فَهِىَ ز ح ط ى وَنُقَطُ دَسْتَانِ
ٱلْبِنْصِرِ ك ل م ن وَنُقَطُ دَسْتَانِ الْخِنْصِرِ س ع ف ص فَبُعْدُ ا س هُوَ ٱلْبُعْدُ ٱلَّذِى
بِٱلْأَرْبَعَةِ وَبُعْدُ ا ح بُعْدٌ طَنِينِىٌّ فَإِذًا بُعْدُ ا س ح هُوَ ٱلَّذِى بِالْخَمْسَةِ وَبُعْدُ ح ل بُعْدٌ
طَنِينِىٌّ وَ ل ع بَقِيَّةٌ وَ ا ط طَنِينِىٌّ فَبُعْدُ ح ع ط هُوَ ٱلَّذِى بِٱلْأَرْبَعَةِ فَإِذًا ا س ح ط
هُوَ ٱلْبُعْدُ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ فَقَدْ بَانَ أَنَّ نَغْمَةَ مُطْلَقِ ٱلْبَمِّ هِىَ ضِعْفُ سَبَّابَةِ ٱلْمَثْنَى وَهٰذِهِ
ٱلنَّغْمَةُ بِعَيْنِهَا تَخْرُجُ مِنْ مُنْتَصَفِ ٱلْبَمِّ وَقَدْ جَرَتِ ٱلْعَادَةُ بَيْنَ مُزَاوِلِى هٰذِهِ ٱلصِّنَاعَةِ
مِنَ ٱلْعَرَبِ فِى زَمَانِنَا هٰذَا أَنْ يُسَمُّوا أَثْقَلَ نَغْمَتَىِ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ ٱلشَّحَّاجَ وَأَحَدَّهُمَا
ٱلصَّيَّاحَ وَرُبَّمَا يُسَمُّونَ بِهٰذَيْنِ ٱلْإِسْمَيْنِ أَطْرَافَ ٱلَّذِى بِالْخَمْسَةِ وَأَطْرَافَ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ

i. e. „atque ponatur ad congressum chordarum ا littera; quod vero ad extremitates chordarum adtinet, quae pectini adfiguntur, sit ب extremitas chordae gravissimae, ج extremitas chordae tertiae, د extremitas chordae secundae, ه extremitas chordae inferioris. Porro, quod ad puncta illa adtinet, in quibus chordae et ligamenta secant se, sint ز ح ط ى puncta ligamenti digiti indicis, ك ل م ن puncta ligamenti digiti annularis, س ع ف ص puncta ligamenti digiti minimi. Tum intervallum ا س est intervallum quaternarium, intervallum ا ح vero est intervallum toni unius, igiturque intervallum ا س ح est intervallum quinarium. Intervallum ح ل vero est intervallum toni unius, ل ع est limma, ا ط est intervallum toni unius, igiturque intervallum ح ع ط est intervallum quaternarium. Unde fit, ut ا س ع ط efficiat intervallum integrum [i. e. octavam]. Atque patet iam, sonum chordae gravissimae missae esse duplum digiti indicis chordae secundae; qui sonus et ipse ab chorda gravissima dimidiata editur. Mos autem est eorum hominum, qui hoc tempore apud Arabes huic arti student, ut gravissimum octavae sonum *rudentem*, acutissimum vero *stridentem* nuncupent; atque interdum his nominibus terminos, quum octavae, tum intervalli quinarii, significant.“ Vide quae supra pag. 42. de hac re dicta sunt.

Quibus praemissis, Fârâbensis fol. 53. rect. nonnullos illorum sonorum, qui in figura citharae pag. 78. litteris arabicis signati sunt, adcuratius ita definit, nominibus sonorum adpositis, quum arabicis, tum graecis:

ط	الوسطى	mese.	ثقيلة الاوساط	ح	
ا من البم	ثقيلة المفروضات	proslambanomenos.	واسطة الاوساط	ل	parypate meson.
ز	ثقيلة الرئيسات	hypate hypaton.	حادة الاوساط	ع	lichanos meson.
ى	واسطة الرئيسات	parypate hypaton.	فاصلة الوسطى	م	paramesos.
س	حادة الرئيسات	hypate meson.	ثقيلة المنفصلات	ف	trite hyperbolaeon.

Igitur litterae arabicac hoc loco sonos alios, quam in enumeratione ea, quae pag. 61. adlata est, significant; Elifa tantum in utroque loco Proslambanomenum signat. Nomina vero graeca hoc loco fortasse non omnia recte adposita sunt; nam sonus حادة الرئيسات pag. 62. lichanos hypaton, hoc loco vero hypate meson adpellatur; sono ثقيلة الاوساط vero, qui pag. 62. hypate meson vocatur, hoc loco nomen graecum tributum est nullum. Sonus ثقيلة المنفصلات pag. 61. trite diezeugmenon adpellatur, quod verbis arabicis consentaneum est, hoc loco vero trite hyperbolaeon esse dicitur.

Extrema eorum, quae Fàràbensis de figura citharae, quae pag. 78. expressa est, disseruit, haec sunt: واما بعد ط م فانا نأخذه بعد الانفصال فيبقى بعد م ف ص مجموع البقية والبعد الذى بالاربعة فنغمة م فاصلة الوسطى وباليونانية باراماسس و ف ثقيلة المنفصلات وباليونانية طريطى ايبربولاون وتبقى نغمتان الى تمام البعد الذى بالكل وهما ليستا تخرجان فى شىء من الدساتين المشهورة فى العود i. e. „quod ad intervallum ط م adtinet, id intervallum disiunctionis [pag. 49. 62.] esse sumimus, tumque intervallum م ف ص restat, quod ex limmate et tetrachordo compositum est. Sonus م est *separans mediam*, qui graece Paramesos vocatur; sonus ف vero est *gravis disiunctarum*, qui graece Trite hyperbolaeon vocatur. Desiderantur igitur soni duo, quibus haec octava complectur; quos ligamentorum citharae celebriorum nullum edit.“ In codice non فانا نأخذه sed فاناخذ scripta sunt; pro quibus fortasse nil nisi فانه reponendum est.

Ut vero soni plures, quam de quibus adhuc dictum est, ex cithara elici possent, praeter ligamenta illa adfixerunt alia, quorum celebriora sunt دستان مجنب السبابة ligamentum lateralis digiti indicis, دستان مجنب الوسطى ligamentum lateralis digiti

medii, دَسْتَانُ وُسْطَى ٱلْفُرْسِ ligamentum digiti medii Persarum, دَسْتَانُ وُسْطَى زَلْزَلَ ligamentum digiti medii Salsali, quod fortasse ab Salsalo, citharoedo claro, cuius mentionem Firusabadensis pag. 1463. facit, nomen traxit. Fârâbensis de his ligamentis fol. 53. vers. ita disserit: وَأَمَّا دَسْتَانُ ٱلْوُسْطَى فَإِنَّ بَعْضَ ٱلنَّاسِ يَرَى أَنْ يَشُدَّهُ بِحِيَالِ نُقْطَةٍ مِنَ ٱلْوَتَرِ بَيْنَهَا وَبَيْنَ دَسْتَانِ ٱلْخِنْصِرِ ثُمْنُ مَا بَيْنَ ٱلْخِنْصِرِ إِلَى ٱلْمُشْطِ فَيَصِيرَ نِسْبَةُ ٱلْوُسْطَى هَذِهِ إِلَى نَغْمَةِ ٱلْخِنْصِرِ نِسْبَةَ كُلٍّ وَثُمْنٍ كُلٍّ وَذَلِكَ إِنَّمَا يَحْدُثُ مَتَى رُتِّبَتْ أَبْعَادُ ٱلْقَوِيِّ ذِى ٱلْمُدَّتَيْنِ مِنْ جَانِبِ ٱلطَّرَفِ ٱلْآخَرِ وَٱسْتَعْمَلَ أَوَّلُ بُعْدٍ حَادِثٍ وَتُرِكَتِ ٱلْأَبْعَادُ ٱلْبَاقِيَةُ وَمَتَى ٱسْتُوفِيَتْ نَغَمُ ٱلْجِنْسِ ٱلْمُنَكَّسِ ٱلْوَضْعِ إِذَا خُلِطَ بِجِنْسٍ مِنْ نَوْعِهِ فَإِنَّ طَرَفَ ٱلْبُعْدِ ٱلثَّانِي يَقَعُ بَيْنَ ٱلسَّبَّابَةِ وَبَيْنَ نَغْمَةِ ٱلْمُطْلَقِ وَذَلِكَ رُبَّمَا ٱسْتَعْمَلُوهُ وَفِي أَكْثَرِ ٱلْأَمْرِ يَتْرُكُونَهُ وَبَعْضُ ٱلنَّاسِ يَشُدُّ دَسْتَانَ ٱلْوُسْطَى عَلَى مُنْتَصَفِ مَا بَيْنَ ٱلسَّبَّابَةِ وَٱلْبِنْصِرِ وَيُسَمَّى ذَلِكَ وُسْطَى ٱلْفُرْسِ وَبَعْضُهُمْ يَشُدُّهُ عَلَى مُنْتَصَفِ مَا بَيْنَ وُسْطَى ٱلْفُرْسِ وَٱلْبِنْصِرِ وَيُسَمَّى دَسْتَانَ زَلْزَلَ وَأَمَّا ٱلْوُسْطَى ٱلْحَادِثَةُ بِتَنْكِيسِ ٱلْقَوِيِّ ذِى ٱلْمُدَّتَيْنِ فَإِنَّ أَهْلَ زَمَانِنَا يَسْتَعْمِلُونَهُ لَا عَلَى أَنَّهُ دَسْتَانُ ٱلْوُسْطَى وَيُسَمُّونَهُ مُجَنَّبَ ٱلْوُسْطَى لَكِنْ إِنَّمَا يَسْتَعْمِلُونَ ٱلْوُسْطَى أَحَدَ ٱلدَّسَاتِينِ إِمَّا وُسْطَى ٱلْفُرْسِ وَإِمَّا وُسْطَى زَلْزَلَ وَلْنُعِدَّ هَاهُنَا ٱلْأَوْتَارَ وَلْنَزِدْ فِيهَا دَسْتَانَ ٱلْوُسْطَى وَلْتَكُنْ ن ت نُقَطَ هَذَا ٱلدَّسْتَانِ

دَسْتَانُ ٱلسَّبَّابَةِ — ligamentum indicis.



دَسْتَانُ ٱلْوُسْطَى — ligamentum medii.

دَسْتَانُ ٱلْبِنْصِرِ — ligamentum annularis.

دَسْتَانُ ٱلْخِنْصِرِ — ligamentum minimi.


Id est: „Quod ad ligamentum medii adtinet, nonnulli id censent adfigendum esse ad illud chordae punctum, inter quod et ligamentum minimi interest pars octava spatii

inter minimum et pectinem interpositi. Tum ratio, quae inter sonum huius medii et sonum minimi intercedit, est ratio totius et partis octavae totius. Quod tum quidem exsistit, quando intervalla *fortis ditoni* [pag. 56.] ab parte termini alterius [acutissimi] collocantur, primumque, quod exsistit, intervallum usurpatur, relictis ceteris; et quando omnes sumuntur soni generis, quod ordine inverso collocatum est, si miscetur cum aliquo genere, quod eiusdem speciei est. Nam terminus intervalli secundi cadit inter digitum indicem et sonum chordae missae. Quem interdum usurpant, plerumque vero negligunt. Alii ligamentum medii adfigunt ad medium spatii inter indicem et annularem interpositi punctum; quod vocatur *medius Persarum.* Alii vero id adfigunt ad medium spatii inter medium Persarum et annularem interpositi punctum; quod vocatur *medius Salsali.* Quod autem ad illum medium adtinet, qui ex inversione generis fortis ditoni exsistit, homines nostri temporis eo quidem utuntur, sed non censent medium esse, ideoque adpellant eum *laterale medii.* Medium non habent nisi ligamentum alterum uterum, aut medium Persarum, aut medium Salsali. Iam itaque hoc loco repraesentemus chordas, iisque adiiciamus ligamentum medii, cuius puncta ق ت sint."

Pro مِنْ جَـانِبِ ٱلطَّرَفِ ٱلْآخَرِ et وَلْتَكُنْ ق ت ab me ex coniectura positis in codice وليكن على et من عند الطرف الاخر scripta sunt. Sed pro الطَّرَفِ ٱلْآخَرِ termini alterius, fortasse ponendum est: ٱلطَّرَفِ ٱلْأَحَدِّ termini acutissimi.

Deinde Fârâbensis addit haec: وَقَدْ يَسْتَعْمِلُونَ دَسَاتِينَ أُخَرَ بَيْنَ ٱلسَّبَّابَةِ وَبَـيْنَ ٱلْمُطْلَقِ إِلَى مَجْمَـعِ ٱلْأَوْتَـارِ وَيُسَمُّونَهَا مُجَنَّبَاتِ ٱلسَّبَّابَةِ أَحَدُهَا هُوَ ٱلَّذِى عَلَى طَرَفِ ضِعْفِ ٱلْبُعْدِ ٱلطَّنِينِيِّ مَتَى رُتِّبَتْ مِنَ الْجَـانِبِ ٱلْآخَرِ [ٱلْأَحَدِّ] وَهُوَ الْخِنْصِرُ وَٱلْآخَرُ يُشَدُّ عَلَى مُنْتَصَفِ مَا بَيْنَ ٱلْأَنْفِ وَبَيْنَ دَسْتَانِ ٱلسَّبَّابَةِ وَٱلْآخَرُ يُشَدُّ عَلَى مُنْتَصَفِ مَا بَيْنَ ٱلْأَنْفِ وَبَيْنَ أَحَدِ دَسْتَـانَىِ ٱلْوُسْطَى إِمَّـا وُسْطَى زَلْزَلَ وَإِمَّا وُسْطَى ٱلْفُرْسِ وَإِذَا ٱجْتَمَعَتْ هَذِهِ ٱلدَّسَاتِينُ كُلُّهَا وَأَخَذتَّ نَغَمَهَـا وَجَمَعْتَهَا إِلَى نَغْمَـةِ ٱلْمُطْلَقِ حَدَثَ مِنْهَـا عَشْرُ نَغَمٍ فِي كُلِّ وَتَرٍ وَلْنَجْعَلْ لَهَا أَعْدَادًا أَوَّلُ تَحْصُرُهَـا فِيهَـا أُولَآءِ وَهِيَ فِي الْجَدْوَلِ وَلْنُعِدَّ ٱلْأَوْتَارَ ٱلْأَرْبَعَةَ وَنَضَعْ لَهَا دَسْتَانَىِ ٱلْوُسْطَى وَدَسْتَانَ مُجَنَّبِ ٱلْوُسْطَى وَدَسْتَانَ مُجَنَّبِ ٱلسَّبَّابَةِ ٱلَّذِى يَحْدُثُ مِنْ تَتْمِيمِ مُنَكَّسِ ٱلْقَوِيِّ ذِى ٱلْمُدَّتَيْنِ وَلْتَكُنْ نُقَطُ دَسْتَانِ وُسْطَى زَلْزَلَ ث خ ذ ض وَنُقَطُ دَسْتَانِ مُجَنَّبِ ٱلسَّبَّابَةِ ب ج د ه وَمُجَنَّبِ

ٱلْوُسْطَى ظ غ و لا وَقَدْ يُمْكِنُ أَنْ يُسْتَعْمَلَ مَخْلُوطَاتٌ وَأَجْنَاسٌ أُخَرُ سِوَى هٰذِهِ فَيُحْدِثُ دَسَاتِينَ أُخَرَ وَلَيْسَ يَعْسِرُ ذٰلِكَ عَلَى مَنْ أَرَادَهُ غَيْرَ أَنَّهُ لَيْسَ فِي تَكْثِيرِ



ٱلدَّسَاتِينِ كَثِيرُ غَنَآءٍ وَكَثِيرٌ مِنَ ٱلنَّاسِ يَسْتَعْمِلُونَ نَغَمًا غَيْرَ هٰذِهِ بِحَسَبِ حَاجَاتِهِمْ إِلَيْهَا فِي تَتْمِيمِ ٱلطَّرَائِقِ ٱلَّتِي يَسْتَعْمِلُونَهَا أَوْ فِي تَرْتِيبِهَا مِنْ غَيْرِ أَنْ يَكُونَ لِتِلْكَ ٱلنَّغَمِ أَمْكِنَةٌ مَحْدُودَةٌ فَبَعْضُ تِلْكَ ٱلنَّغَمِ تُسْتَخْرَجُ فِيمَا بَيْنَ ٱلدَّسَاتِينِ وَبَعْضُهَا تُسْتَخْرَجُ أَسْفَلَ دَسْتَانِ ٱلْخِنْصِرِ وَبَعْضُهَا فَوْقَ دَسْتَانِ ٱلسَّبَّابَةِ وَيَقْصِدُ بِٱسْتِخْرَاجِهَا أَنْ تَغْزُرَ ٱلنَّغَمُ i. e. „atque interdum adhibent ligamenta alia, inter indicem et chordam missam ad conventum chordarum versus posita, eaque adpellant lateralia indicis. Quorum primum id est, quod ad terminum toni duplicati ponitur,

quando collocantur ab latere altero [acutissimo], quod est annularis. Secundum adfigitur ad punctum id, quod inter nasum [i. e. supremam instrumenti partem] et ligamentum indicis est medium. Tertium adfigitur ad punctum id, quod inter nasum et alterum uterum ligamentorum medii, sive medium Salsali, sive medium Persarum, interest medium. Quae ligamenta si adhibentur omnia, eorumque sonos sumis, eosque ad sonum chordae missae addis, ex chorda quavis exsistunt soni decem. Quibus sonis primo numeros, ad quos redigantur, tribuamus hos; qui quidem in tabula adpositi sunt. Deinde chordas quattuor repraesentemus, iisque adponamus utrumque ligamentum medii, et ligamentum lateralis medii, et ligamentum lateralis indicis, quod ex completione generis fortis ditoni inversi exsistit. Tum sint ص ذ خ ث puncta ligamenti medii Salsali, ه د ج ب puncta ligamenta lateralis indicis, لا و غ ظ puncta lateralis medii. Adhiberi vero possunt etiam genera mixta, aliaque, ab illis ita diversa, ut inde exsistant ligamenta alia. Quae cognoscere ei, qui ea quaerit, non erit difficile; sed multum utilitatis non adfert ligamentorum multiplicatio. Porro multi homines sonos ab iis, quos adhuc descripsimus, diversos adhibent, prout hi soni iis opus sunt, si modos, quibus utuntur, complere vel recte componere volunt. Sed hi soni locos non habent definitos. Alii autem eorum ex locis inter ligamenta positis eliciuntur, alii infra ligamentum digiti minimi, alii supra ligamentum indicis. Qui soni eum in finem eliciuntur, ut numerus sonorum multiplicetur.“

Tabulam illam, in qua numeros ligamentis singulis tributos se consignasse Fârâbensis perhibet, huic loco non adposuimus; eandem fere Abd el kâdir in libro Makâssid el alchân pag. 17. proposuit. Deinde Fârâbensis fol. 54. rect. quomodo sonorum illorum minus usitatorum loci inveniri possint, demonstrat. Porro fol. 54. vers. ad fol. 59. rect. quot et quaenam intervalla soni chordarum citharae quadrichordae efficiant, quinamque singulis sonis sint soni consoni, diligenter enarrat.


Cithara quinquechorda.

Quibus expositis, Fârâbensis fol. 59. vers. ad describendam citharam quinquechordam pergit; quam eum in finem confecerunt, ut, citharae chordis utentes, octavas duas complere possent; vide pag. 45. Qua de re Fârâbensis primo haec profert:
قَدْ تَبَيَّنَ أَنَّ ٱلْجَمْعَ ٱلَّذِى ٱعْتِيدَ ٱسْتِعْمَالُهُ فِى ٱلْعُودِ هُوَ ضِعْفُ ضِعْفِ ٱلَّذِى بِٱلْأَرْبَع
وَبَيِّنٌ مِنْ أَمْرِ هٰذَا ٱلْجَمْعِ أَنَّهُ نَاقِصٌ إِذَا كَانَ قَاصِرًا عَنْ تَمَامِ ٱلْبُعْدِ ٱلْكَامِل

وَهُوَ ضِعْفُ ٱلَّذِى بِٱلْكُلّ بِبُعْدَيْنِ طَنِينِيَّيْنِ وَقَدْ يُمْكِنُ تَمَامُ هَذَا ٱلْجَمْعِ فِى هَذِهِ ٱلْآلَةِ بِوُجُوهٍ أَحَدُهَا أَنْ يُشَدَّ دَسْتَانَانِ أَسْفَلَ مِنْ دَسْتَانِ ٱلْخِنْصِرِ بِبُعْدَيْنِ طَنِينِيَّيْنِ وَيُسْتَعْمَلَ نَغْمَتَا هَذَيْنِ ٱلدَّسْتَانَيْنِ فِى ٱلزِّيرِ وَحْدَهُ غَيْرَ أَنَّ فِى بَعْضِ ذَلِكَ عُسْرًا إِذْ كَانَ يُحْتَاجُ فِيهِ إِلَى أَنْ تُخْرَجَ ٱلْأَصَابِعُ عَنِ ٱلْأَمْكِنَةِ ٱلْمُعْتَادَةِ وَٱلْمُعَدَّةِ لِلسَّمْعِ مِنْهَا ٱلنَّغَمُ خُرُوجًا كَثِيرًا وَٱلْوَجْهُ ٱلثَّانِى أَنْ يُرَتَّبَ أَوْتَارُهَا غَيْرَ ٱلتَّرْتِيبِ ٱلْمُعْتَادِ وَتَعَرَّضَ بِهَذَا ٱلْوَجْهِ أَنْ يَنْتَقِلَ ٱلنَّغَمُ ٱلَّتِى كَانَتْ تُسْمَعُ فِى ٱلتَّرْتِيبِ ٱلْمَشْهُورِ مِنْ أَمَاكِنَ إِلَى أَمَاكِنَ أُخَرَ وَرُبَّمَا لَحِقَ مَعَ ذَلِكَ أَنْ يُفْقَدَ كَثِيرٌ مِنَ ٱلنَّغَمِ ٱلَّتِى كَانَتْ تُسْمَعُ مِنَ ٱلدَّسَاتِينِ فِيمَا قَبْلَ ذَلِكَ مَتَى كَانَتْ تِلْكَ ٱلْمَفْقُودَةُ أَجْزَآءَ ٱلْأَلْحَانِ شَأْنُهَا أَنْ تُسْمَعَ مِنَ ٱلْعُودِ لَمْ يُمْكِنْ حِينَئِذٍ أَنْ تُسْمَعَ مِنْهُ تِلْكَ ٱلْأَلْحَانُ i. e. „iam demonstratum est, systema id, quo in cithara plerumque utuntur, bis bina tetrachorda continere [pag. 80.]; porroque, quod ad hoc systema adtinet, id mancum esse patet, quum tonos duos adiici oporteat, si intervallum perfectum, quod octavam duplicatam continet, complere velint. Compleri autem potest systema illud modis pluribus. Quorum primus hic est, ut infra ligamentum digiti minimi ligamenta duo adfigantur, interiectis tonorum duorum intervallis, eaque ligamenta non in usum adhibeantur, nisi in sola chorda ***inferiori.*** Qua in re tamen aliquid incommoditatis inest, quum, si hoc fit, digitos ex locis solitis, iisque, qui ad emittendos sonos apti sunt, multum amovere oporteat. Modus alter hic est, ut chordae collocentur aliter ac solitum est. Qui modus si adhibetur, hoc accidit, ut soni, qui in collocatione solita ex locis certis audiuntur, iam ad locos alios transferantur. Qua in re saepe hoc evenit, ut eorum sonorum, qui antea ex ligamentis audiebantur, desiderentur multi. Qui soni desiderati si partes melodiarum efficiunt, ex cithara eliciendas, eiusmodi melodiae ex hoc instrumento audiri iam nequeunt."

Deinde Fàràbensis fol. 59. vers. haec addit: وَٱلْوَجْهُ ٱلثَّالِثُ أَنْ يُزَادَ وَتَرٌ خَامِسٌ فَيُشَدَّ تَحْتَ ٱلزِّيرِ وَتَرٌ وَٱلدَّسَاتِينُ عَلَى حَالِهَا وَيُجْعَلَ نَغْمَةُ مُطْلَقِ ٱلْخَامِسِ مُسَاوِيَةً لِنَغْمَةِ خِنْصِرِ ٱلزِّيرِ وَلْنُسَمِّ هَذَا ٱلْوَتَرَ ٱلْحَادَّ فَيَصِيرُ بِنْصِرُ ٱلْحَادِّ تَمَامَ ضِعْفِ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ فَتَكُونُ نَغْمَةُ سَبَّابَتِهِ وَاسِطَةَ ٱلْحَادَّاتِ وَهِىَ بِٱلْيُونَانِيَّةِ بَارَانِيطِى إِيبَرْبُولَاوُنْ وَنَغْمَةُ بِنْصِرِهِ حَادَّةَ ٱلْحَادَّاتِ وَهِىَ بِٱلْيُونَانِيَّةِ نِيطِى إِيبَرْبُولَاوُنْ وَتَبْقَى

نَغْمَةُ خِنْصِرِهِ زَايِدَةً عَلَى الْجَمْعِ ٱلتَّامِّ وَلْنَضَعِ ٱلْأَوْتَارَ الْخَمْسَةَ وَنَرْسُمْ فِيهَا أَمَاكِنَ ٱلدَّسَاتِينِ ٱلْمَشْهُورَةِ ٱلَّتِي لَا يُلْغِيهَا أَحَدٌ فَيَحْصُلُ فِي ٱلْعُودِ الْجَمْعُ ٱلتَّامُّ ٱلْمُنْفَصِلُ وَقَدْ



رُتِّبَ فِيهِ بُعْدُ ٱلْإِنْفِصَالِ ٱلْأَثْقَلُ فِي أَوَّلِ ٱلَّذِي بِـٱلْكُلِّ ٱلْأَثْقَلِ وَهُوَ ٱلَّذِي تُحِيطُ بِهِ نَغْمَتَا مُطْلَقِ ٱلْبَمِّ وَسَبَّابَتِهِ وَٱلْإِنْفِصَالُ ٱلْأَحَدُّ فِي أَوَّلِ ٱلَّذِي بِٱلْكُلِّ ٱلْأَحَدِّ وَهُوَ ٱلَّذِي تُحِيطُ بِهِ نَغْمَتَا سَبَّابَةِ ٱلْمَثْنَى وَبِنْصِرِهِ وَٱلْبُعْدَانِ ٱللَّذَانِ بِٱلْأَرْبَعَةِ ٱلتَّالِيَانِ لِلْإِنْفِصَالِ ٱلْأَثْقَلِ فَإِنَّ كُلَّ وَاحِدٍ مِنْهُمَا هُوَ ٱلنَّوْعُ ٱلثَّانِي مِنْ أَنْوَاعِ ٱلَّذِي بِـٱلْأَرْبَعَةِ وَهَذَا ٱلثَّانِي هُوَ ٱلَّذِي يُرَتَّبُ فِيهِ ٱلْبَقِيَّةُ فِي وَسَطِ ٱلْأَبْعَادِ ٱلثَّلَاثَةِ وَٱلتَّالِيَانِ لِلْإِنْفِصَالِ ٱلْأَحَدِّ فَـإِنَّ كُلَّ وَاحِدٍ مِنْهُمَا هُوَ ٱلنَّوْعُ ٱلثَّـالِثُ مِنْ أَنْوَاعِ ٱلَّذِي بِٱلْأَرْبَعَةِ وَهُوَ ٱلَّذِي يُرَتَّبُ ٱلْبَقِيَّةُ فِيهِ مُقَدَّمًا عَلَى ٱلْبُعْدَيْنِ ٱلْآخَرَيْنِ فَإِذَا بَيْنَ ٱلَّذِي بِٱلْكُلِّ ٱلْأَثْقَلِ وَبَيْنَ ٱلَّذِي بِـٱلْكُلِّ ٱلْأَحَدِّ ٱخْتِلَافٌ مَـا مِنْ تَرْتِيبِ أَبْعَادِ الْجِنْسِ ٱلْمُسْتَعْمَلِ فِيهِ

i. e. Modus tertius hic est, ut adiiciatur chorda una, igiturque infra chordam inferiorem collocetur chorda, ligamenta vero retineantur solita, sonusque chordae quintae

missae reddatur par sono digiti minimi chordae inferioris. Chordam autem illam adiectam adpellemus *acutam*. Tum digitus annularis chordae acutae complet octavam duplicatam. Sonus vero digiti indicis illius chordae est *media acutarum*, quae graece Paranete hyperbolaeon nuncupatur; sonus digiti annularis est *acuta acutarum*, quae graece Nete hyperbolaeon vocatur; sonus digiti minimi excedit systema perfectum. Itaque iam chordas illas quinque repraesentemus, locosque in iis signemus ligamentorum usitatiorum, quae nemo non recipit. Tum paratur in cithara systema perfectum disiunctum, in quo intervallum disiunctionis [διάστημα διαζευκτικόν] gravissimum ab fronte octavae gravioris collocatur; quod finiunt soni chordae gravissimae missae, eiusque indicis [pag. 60.]. Intervallum disiunctionis acutissimum vero, quod ab fronte octavae acutioris collocatur, finiunt soni indicis chordae secundae, eiusque annularis. Quod vero ad tetrachorda illa duo adtinet, quae intervallo disiunctionis gravissimo contigua sunt, utrumque eorum speciem tetrachordorum exhibet secundam, in qua limma est trium illorum intervallorum, quae ponuntur, medium [pag. 65]. Quod ad tetrachorda illa duo adtinet, quae intervallo disiunctionis acutissimo contigua sunt, utrumque eorum speciem tetrachordorum exhibet tertiam, in qua limma intervallis duobus reliquis praemittitur. Igitur inter octavam graviorem et octavam acutiorem discrimen quoddam intercedit, quod in collocatione intervallorum generis [tetrachordorum], quod adhibetur, positum est."

Quibus demonstratis, Fârâbensis fol. 60. rect. addit, citharam quinquechordam, si etiam cetera ligamenta, lateralia indicis, laterale medii, et utrumque medii, adfigantur, sonos edere unum et quinquaginta. Qui soni quot intervalla, et qualia, efficiant, quinamque eorum inter se sint consonantes, fol. 60. rect. ad fol. 62. rect. exponit.

Pandura.

Deinde Fârâbensis ad describendam panduram, sive id instrumentum, quod ab Arabibus *Tunbûr* ٱلطُّنْبُورُ vocatur, pergit fol. 62. rect. primaque ponit haec: وَنَتْبَعُ مَا قُلْنَاهُ فِي ٱلْعُودِ أَنْ نَقُولَ فِي ٱلْأَشْيَآءِ ٱلَّتِي تُجَانِسُهُ وَأَقْرَبُ مَا يُجَانِسُهُ مِنَ ٱلْآلَاتِ هِيَ ٱلْآلَةُ ٱلَّتِي تُعْرَفُ بِٱلطُّنْبُورِ إِذَا كَانَتْ هَذِهِ أَيْضًا يُسْتَخْرَجُ مِنْهَا ٱلنَّغَمُ بِقِسْمَةِ ٱلْأَوْتَارِ ٱلَّتِي تُسْتَعْمَلُ فِيهَا وَهَذِهِ ٱلْآلَةُ أَيْضًا قَرِيبَةٌ فِي ٱلشُّهْرَةِ عِنْدَ ٱلْجُمْهُورِ مِنَ ٱلْعُودِ وَٱعْتِقَادُهُمْ لَهَا وَٱلْفَهَمُ لَهَا يُقَارِبُ ٱعْتِقَادَهُمْ لِلْعُودِ وَٱلْفَهَمَ لَهُ وَتَبْيَانُ هَذِهِ ٱلْآلَةِ أَكْثَرَ ٱلْأَمْرِ يُسْتَعْمَلُ فِيهَا مِنَ ٱلْأَوْتَارِ وَتَرَانِ فَقَطُّ وَرُبَّمَا ٱسْتُعْمِلَ فِيهَا

ثَلَاثَـةُ أَوْتَارٍ غَيْرَ أَنَّـهُ لَمَّا كَانَ ٱلْأَشْهَرُ فِيهَا ٱسْتِعْمَـالًا وَتَرَيْنِ ٱقْتَصَرْنَـا أَوَّلًا عَلَى ذِكْرِهَـا بِوَتَرَيْنِ وَٱلَّذِى يُعْرَفُ مِنْهَا ٱلْأَشْهَرُ فِي ٱلْبَلْدَةِ ٱلَّتِى كَتَبْنَـا فِيهَا كِتَابَنَـا هَذَا صِنْفَانِ مِنَ ٱلْآلَةِ صِنْفٌ مِنْهَا يُعْرَفُ بِٱلطُّنْبُورِ ٱلْخُرَاسَانِيِّ وَيُسْتَعْمَلُ بِـبِلَادِ خُرَاسَانَ وَمَـا قَارَبَهَا وَفِيمَا حَوَالَيْهَا وَفِي ٱلْبِلَادِ ٱلَّتِي يَتَوَغَّلُ إِلَى شَرْقِ خُرَاسَانَ وَإِلَى شَمَالِهَـا وَصِنْفٌ آخَرُ يُعَرِّفُهُ أَهْلُ ٱلْعِرَاقِ بِٱلطُّنْبُورِ ٱلْبَغْدَادِيِّ وَيُسْتَعْمَلُ بِـبِلَادِ ٱلْعِرَاقِ وَمَـا تَوَغَّلَ مِنْهَا إِلَى مَغْرِبِ ٱلْعِرَاقِ وَإِلَى جُنُوبِـهِ وَكُلٌّ وَاحِدٍ مِنْ هَذَيْنِ ٱلصِّنْفَيْنِ يُخَالِفُ ٱلْآخَرَ فِي خِلْقَتِـهِ وَفِي عِظَمِـهِ وَيُسْتَعْمَلُ فِي أَسْفَلِ كُلِّ وَاحِدٍ مِنْهُمَا قَائِمَةٌ يُسَمِّيهَا أَهْلُ ٱلْعِرَاقِ ٱلذَّبِيبَةَ فَيُشَدُّ فِيهَا ٱلْوَتَرَانِ مَعًا ثُمَّ يُمَدَّانِ جَمِيعًا إِلَى وَجْهِ ٱلْآلَةِ وَيَسْلُكَانِ هُنَـالِكَ عَلَى حَامِلَةٍ وَاحِدَةٍ مَنْصُودَةٍ عَلَى ٱلْوَجْهِ قَرِيبًا مِنْ نِهَايَتِهِ ٱلَّتِى يُمَكَّنُ ٱلذَّبِيبَةُ وَفِي ٱلْحَـامِلَـةِ تَحْزِيزَانِ يُفَرِّقَانِ بَيْنَ ٱلْوَتَرَيْنِ وَيَسْلُكُ ٱلْوَتَرَانِ بَعْدَ ذَلِكَ إِلَى ٱلطَّرَفِ ٱلْمُسْتَدِقِّ مِنَ ٱلْآلَةِ وَيَنْتَهِيَانِ إِلَى مِلْوَيَـيْنِ إِمَّا مُتَوَازِيَيِ ٱلْأَمْكِنَةِ وَإِمَّـا مُتَصَوِّبَـيْنِ عَلَى خَطٍّ وَاحِدٍ فِي طُولِ ٱلْآلَةِ غَيْرَ أَنَّهُمَا إِذَا كَانَا غَيْرَ مُتَوَازِيَـيْنِ ٱسْتُعْمِلَ فِي ٱلْوَتَرِ قَبْلَ أَنْ يَنْتَهِيَ إِلَى ٱلْمِلْوَيَـيْنِ تَبَاعُدٌ مَا بَـيْنَهُمَا عَلَى مِثَالِ تَبَايُنِهِمَا فِي تَحْزِيزَيِ ٱلْحَامِلَةِ فَيَصِيرُ ٱلْوَتَرَانِ ٱللَّذَانِ يُسْمَـعُ مِنْهُمَـا ٱلنَّغَمُ فِي كُلِّ وَاحِدٍ مِنَ ٱلصِّنْفَيْنِ مُتَوَازِيَيِ ٱلْوَضْعِ وَلَمَّا كَانَ ٱلْبَغْدَادِيُّ أَشْهَرَ هَذَيْنِ فِي ٱلْبَلْدَةِ ٱلَّتِي كَتَبْنَا فِيهَا كِتَابَنَا هَذَا رَأَيْنَا أَنْ نَبْتَدِئَ أَوَّلًا بِٱلْبَغْدَادِيِّ ثُمَّ نُتْبِعَهُ بِذِكْرِ ٱلْخُرَاسَانِيِّ وَنَسْلُكَ فِي كُلِّ وَاحِدٍ مِنْهُمَا ٱلْمَسْلَكَ ٱلَّذِى سَلَكْنَاهُ فِي ٱلْعُودِ فَنَقُولُ أَنَّ ٱلْبَغْدَادِيَّ تُقْسَمُ وَتَرَاهُ ٱلْمُتَوَازِيَانِ مِنْ جَانِبِ ٱلْمِلْوَى فِي أَكْثَرِ ٱلْأَمْرِ بِخَمْسَةِ أَقْسَامٍ مُسَاوِيَةٍ تُحَدُّ نُقَطُ أَقْسَامِهَا دَسَاتِينَ تُشَدُّ عَلَى مَقْبَضِ ٱلْآلَـةِ بِحِيَـالِ كُلِّ وَاحِدَةٍ مِنْ نُقَطِ ٱلْأَقْسَامِ وَآخِرُ دَسْتَـانَ فِيهَا مَشْدُودٌ عَلَى قَرِيبٍ مِنْ ثُمْنِ مَا بَيْنَ ٱلْحَامِلَةِ إِلَى آخِرِ مَا يَتَحَرَّكُ مِنْهَا مِنْ جَانِبِ ٱلْمِلْوَى

i. e, „Quae de cithara exposuimus, iis ea iam subiungimus, quae ad res illi similes pertinent. Prae ceteris instrumentis vero ad citharam id instrumentum prope accedit, quod *pandura* nuncupatur, quum et ipsum ex iis instrumentis sit, ex quibus per partitionem chordarum, quae in iis ponuntur, soni eliciuntur. Porro hoc instrumentum

eandem fere apud omnes sibi confecit famam, quam cithara nacta est, tantumque, quantum citharae, ei tribuunt auctoritatis et curae. Quod ad descriptionem huius instrumenti adtinet, plerumque duae tantum chordae in eo ponuntur, interdum vero tres. Sed quum usitatius sit hoc, ut adhibeantur duae, primo de pandura bichorda tantum dicemus. Quae huius generis exstant, earum in civitate ea, in qua librum hunc conscribimus, notissimae sunt species duae. Quarum altera *pandura chorâssânica* vocatur, qua utuntur qui in provinciis Chorâssânae, terrisque vicinis et circumiacentibus, tractibusque ab Chorâssâna in orientem et septentrionem vergentibus, habitant. Species altera ab Irâkensibus *pandura bagdâdica* nuncupatur, qua utuntur, qui in provinciis El irâkac, tractibusque ab ea in occidentem et meridiem vergentibus, habitant. Inter quas species diversitas intercedit quum formae, tum magnitudinis. Utriusque vero parti inferiori capulus adfigitur, quem Irâkenses ***Debîbam*** i. e. *repentem* vocant. Ad quem chordae illae duae adligantur simul. Quae, inde profectae, in faciem instrumenti adscendunt simul, atque in ea super fulcrum quoddam procedunt, quod faciei instrumenti superimponitur prope ab parte inferiori, quam firmat capulus; in fulcro striae duae insunt, quae chordas disiungunt. Ab eo loco chordae, ad partem instrumenti graciliorem procedentes, denique ad verticillos duos [Wirbel, *chevilles*] perveniunt, qui aut in locis parallelis collocantur, aut perpendiculati ad lineam unam, quae per longitudinem instrumenti descendit. Si vero ponuntur non paralleli, tum quaedam chordarum ante, quam ad verticillos deveniunt, efficitur disiunctio, quae ei similis est, quae per strias fulcri fit. Itaque chordae illae duae, ex quibus soni percipiuntur, in utraque instrumenti specie collocantur parallelae. Quum vero *pandura bagdâdica* in civitate ea, in qua librum hunc conscribimus, sit usitatior, ad rem adcommodatum esse censemus, ut primo de bagdâdica exponamus, deinde quae ad chorâssânicam pertinent, adiecturi, utque in describenda utraque eandem viam persequamur, qua incessimus, quum citharam describebamus. Dicemus igitur, chordas illas pandurae bagdâdicae duas parallelas, si ab parte verticilli proficiscimur, plerumque in partes quinque dividi aequales, quarum puncta definiunt ligamenta, quae ad partem instrumenti, quae contrectatur, [das Griffbrett, *la chapelle*] adligantur, singularum partium punctis ex adverso posita. Ligamentum extremum adligatur prope ab eo puncto, quod finit partem octavam illius spatii, quod interiectum est inter fulcrum et extremitatem illius chordae partis, quae movetur, apud verticillum sitam.“

Pro مِنْهَا ٱلْأَشْهَرُ pag. 90. lin. 2. a me ex coniectura positis in codice سندا الاسَم scripta sunt; quae quomodo corrigi oporteat, non certe scio. Vocabulo مِلْوًى

verticillum sive paxillum, extremitate chordae circumplicandum, significari quum ex sententiae sensu, tum ex vi verbi لَوَى *plicuit*, conicci; adstipulatur Villoteau, qui, ubi de ea cithara, qua iam Arabes Aegyptii utuntur, disserit, Description de l'Egypte, ed. Panckoucke, tom. 13. pag. 228. not. 1. praeter alia ponit haec: „Les chevilles, dont la tête est pyramidale, se nomment ملاوى *meláouy*."

Porro Fârâbensis fol. 64. 65. quomodo ligamenta illa quinque pandurae adfigantur, et quos sonos praebeant, adcurate explicat. Deinde fol. 67. rcct. ab nonnullis hominibus ligamenta alia addi perhibet, quae ٱلدَّسَاتِينُ ٱلْجَاهِلِيَّةُ *ligamenta pagana* vocantur; quorum ligamentorum sonis quae melodiae utebantur, quae quidem antiquiores erant, *melodiae paganae* ٱلْأَلْحَانُ ٱلْجَاهِلِيَّةُ nuncupabantur. Ab aliis vero ligamenta octo poni narrat fol. 67. vers. vel septem fol. 68. vers. vel plures. Quibus ligamentis adhibitis, quinam soni, et quaenam tetrachordorum genera ex pandura bagdâdica elici possint, diligenter exponit.


Quibus ita demonstratis, ad describendam *panduram chorássânicam* fol. 71. rcct. transit. De qua prima tradit haec: وَلْنَقُلِ ٱلْآنَ فِي ٱلطُّنْبُورِ ٱلْخُرَاسَانِيِّ وَنَسْلُكْ فِيهِ ٱلْمَسْلَكَ ٱلَّذِى سَلَكْنَاهُ فِيمَا سَلَفَ فَنَقُولُ أَنَّ هَذِهِ ٱلْآلَةَ تَخْتَلِفُ بِخِلْقِهَا ٱخْتِلَافًا مَا عِنْدَ أَهْلِ ٱلْبُلْدَانِ ٱلْمُخْتَلِفَةِ وَيَخْتَلِفُ أَيْضًا فِي ٱلطُّولِ وَٱلْقِصَرِ وَٱلْعِظَمِ وَٱلصِّغَرِ وَيُسْتَعْمَلُ فِيهَا كُلِّهَا وَتَرَانِ مُتَسَاوِيَا ٱلْغِلَظِ وَهَذَانِ ٱلْوَتَرَانِ يُشَدَّانِ فِي قَائِمَتِهِ ٱلدَّبِيبَةِ ثُمَّ يُمَدَّانِ مُتَوَازِيَيْنِ وَيَجُوزَانِ عَلَى ٱلْحَامِلَةِ ٱلَّتِي عَلَى وَجْهِ ٱلْآلَةِ فِي تَحْزِيزَيْنِ مِنْهَا يُبْعِدَانِ مَا بَيْنَ ٱلْوَتَرَيْنِ ثُمَّ يُمَدُّ ٱلْوَتَرَانِ مِنَ ٱلْحَامِلَةِ عَلَى ٱلتَّوَازِى إِلَى أَنْ يَنْتَهِيَا إِلَى أَنْفِ هَذِهِ ٱلْآلَةِ وَيَجُوزَانِ هُنَاكَ فِي مَجَازَيْنِ مُتَبَايِنَيْنِ بُعْدُ مَا بَيْنَهُمَا مُسَاوٍ لِبُعْدِ مَا بَيْنَ تَحْزِيزَىِ ٱلْحَامِلَةِ وَيَنْتَهِيَانِ بَعْدَ ذَلِكَ إِلَى مِلْوَيَيْنِ مُوَضَّعَيْنِ عَلَى مَكَانَيْنِ مُتَوَازِيَيْنِ مِنْ جَانِبَيِ ٱلْآلَةِ وَدَسَاتِينُهَا كَثِيرَةٌ مَشْدُودَةٌ فِيهَا بَيْنَ ٱلْأَنْفِ إِلَى قَرِيبٍ مِنْ مُنْتَصَفِ طُولِ ٱلْآلَةِ مِمَّا يَلِي آخِرَ ٱلْجُزْءِ ٱلْمُسْتَدِقِّ مِنْهَا فَمِنْ دَسَاتِينِهَا مَا يَلْزَمُ أَمْكِنَةً وَاحِدَةً بِأَعْيَانِهَا عِنْدَ كُلِّ إِنْسَانٍ وَفِي كُلِّ بَلَدٍ وَمِنْهَا مَا قَدْ تَتَبَدَّلُ أَمْكِنَتُهَا حَتَّى تَكُونَ أَمْكِنَةُ بَعْضِ ٱلدَّسَاتِينِ مِنْ هَذِهِ ٱلْآلَةِ عِنْدَ قَوْمٍ غَيْرَ أَمْكِنَتِهَا عِنْدَ آخَرِينَ غَيْرَ أَنَّ مِنْ هَذِهِ ٱلْمُتَبَدِّلَةِ مَا ٱسْتِعْمَالُهُمْ لَهَا أَكْثَرُ وَمِنْهَا مَا ٱسْتِعْمَالُهُمْ لَهَا أَقَلُّ

وَٱلدَّسَاتِينُ ٱلرَّاتِبَةُ فِي هَذِهِ ٱلْآلَةِ عَلَى ٱلْأَكْثَرِ خَمْسَةٌ وَقَدْ يُسْتَعْمَلُ أَحْيَانًا أَكْثَرُ مِنْ خَمْسَةٍ فَأَوَّلُ ٱلرَّاتِبَةِ مَشْدُودٌ عَلَى تُسْعِ مَا بَيْنَ ٱلْأَنْفِ وَبَيْنَ ٱلحَامِلَةِ وَٱلثَّانِي عَلَى رُبْعِ مَا بَيْنَهُمَا وَٱلثَّالِثُ عَلَى ثُلْثِ مَا بَيْنَهُمَا وَٱلرَّابِعُ عَلَى نِصْفِ مَا بَيْنَهُمَا وَٱلخَامِسُ عَلَى تُسْعِ مَا بَيْنَ ٱلحَامِلَةِ وَٱلْمُنْتَصَفِ i. e. „Iam vero de pandura chorâssânica dicamus eadem via procedentes, quam in iis, quae antecesserunt, prosequuti sumus. Igitur dicimus diversarum terrarum incolas diversis huius instrumenti formis uti, quae etiam quod ad longitudinem et brevitatem, ad magnitudinem et parvitatem adtinct, inter se differunt. Sed omnibus imponuntur chordae duae eiusdem crassitudinis, quae ad instrumenti capulum sive ***Debîbam*** adligantur, inde vero procedentes parallelae super fulcrum quoddam, quod superficiei instrumenti immissum est, procurrunt per strias duas, quibus chordae disiunguntur. Deinde ab illo fulcro chordae parallelae extenduntur, quoad, ubi ad instrumenti nasum deveniunt, per transitus duos percurrunt, qui tantum, quantum striae illae duae fulcri, inter se distant. Quo ex loco chordae ad verticillos duos feruntur, qui locis parallelis, ab utraque instrumenti parte sitis, infixi sunt. Ligamenta huius instrumenti multa sunt, eaque ab naso ad dimidiam fere partem longitudinis instrumenti ponuntur in ea regione, quae extremitati partis gracilioris contigua est. Ligamentorum nonnulla apud homines omnes, et in terra quavis, eosdem semper locos retinent, alia vero locos suos mutant. Sunt igitur in hoc instrumento ligamenta quaedam, quae apud nonnullos homines locos occupant alios, quam quos apud homines ceteros tenent. Quorum ligamentorum mutabilium alia in usum adhibentur frequentius, alia rarius. ***Ligamenta fixa*** vero plerumque ponuntur quinque, atque interdum plura. Primum ad partem nonam spatii inter nasum et fulcrum interpositi adligatur; secundum ad partem quartam illius spatii; tertium ad partem tertiam; quartum ad partem dimidiam; quintum ad partem nonam spatii inter fulcrum et instrumenti dimidium interpositi."

Figuram huic loco Fârâbensis adposuit, chordas huius pandurae duas, ligamentaque earum fixa quinque, repraesentantem; quae quosnam sonos edant, quaenamque intervalla finiant, adcurate explicat. Porro fol. 72. rect. de ligamentis fixis quinque addit haec: وَٱلدَّسَاتِينُ ٱلرَّاتِبَةُ فِي هَذِهِ ٱلْآلَةِ سِوَى دَسْتَانِ ل م هِيَ غَيْرُ مُتَبَدِّلَةٍ لَا بِذَوَاتِهَا لَاكِنْ بِحَسْبِ الجَمْعِ ٱلْمُسْتَعْمَلِ فِي هَذِهِ ٱلْآلَةِ وَهُوَ ٱلَّذِي يُرَتَّبُ فِيهِ بُعْدُ ٱلْانْفِصَالِ فِي أَوْسَطِ ٱلَّذَيْنِ بِٱلْكُلِّ فَأَمَّا مَتَى ٱسْتُعْمِلَ فِيهِ الجَمْعُ ٱلَّذِي يُرَتَّبُ فِيهِ بُعْدُ ٱلْانْفِصَالِ

الأثقل في الطرف الأثقل فإن بعض هذه الدساتين التي قيل فيها أنها راتبة تزول لا محالة عن أمكنتها على ما قد قيل في كتاب الاستقسات i. e. „Ligamenta huius instrumenti fixa, praeter ligamentum litteris ل م signatum, non per se sunt immutabilia, sed propter systema ab iis, qui hoc instrnmento utnntur, usurpatum, quod quidem illud est, in quo intervallum disiunctionis occupat medium octavarum [pag. 60. 63.]. Si vero illud systema usurpatur, in quo intervallum disiunctionis gravissimum extremitatem gravissimam occupat, nonnulla illorum ligamentornm, quae fixa esse diximus, necessario ex locis suis cedunt, quemadmodum in libro elementorum dictum est.“

Deinde Fârâbensis fol. 72. rect. de *ligamentis mutabilibus* disserit, haec ponens: وأمّا الدساتين التي تتبدّل فهي التي تقع فيما بين هذه الخمسة ولمّا كانت التي تتبدّل منها ما قد جرت العادة باستعمالها أكثر عند أهل أكثر البلدان ومنها ما يستعملها خواصّ الناس فلنقل أوّلاً في هذه التي جرت العادة باستعمالها أكثر فهذه الدساتين إنّما تحدث فيما بين الدساتين الراتبة باختلاف ترتيب أبعاد الجنس المستعمل في هذه الآلة وعددها قد يقلّ وقد يكثر غير أنّ عددها الذي اعتاده أكثر الجمهور في أكثر الأمر ثلاثة عشر وقد تبيّن أنّه قد يحتاج أحيانا الى أن يزاد في عدد الدساتين المتبدّلة ليس لتستعمل نغم هذه الزيادات لكن ليوصل بها الى ترتيب الدساتين التي تستعمل على الأكثر على ما سنقوله فيما بعد وربّما شدّت عليها دساتين تبلغ نيّفا وعشرين ويستعمل نغم الدساتين الزائدة على مثال ما يستعمل المجنّبات في العود ويجب أن نبتدئ بالتي تستعمل في هذه الآلة أكثر فأقول أنّ متبدّلاتها على ما قلنا ثلاثة عشر اثنان منها فيما بين ا و ه وثلثة فيما بين ه وبين ح واثنان بين ح و ى وأربعة بين ى وبين ل واثنان بين ل وبين ن فيصير عدد جميع الدساتين المستعملة في هذه الآلة على الأكثر ثمانية عشر دستانا ولنرسم جميعها في وترها ولتكن الراتبة منها هي التي على طرفي كلّ واحد منها حرفان حرفان والمتبدّلة هي التي على كلّ واحد منها حرف حرف من الحروف المعجمة



i. e. „Quod ad *ligamenta mutabilia* adtinet, ea quidem sunt, quae inter quinque illa cadunt. Quum autem mutabilium nonnulla ab hominibus plerarumque terrarum in usum adhiberi soleant frequentius, aliis vero singuli tantum homines utantur, primo de iis dicamus, quibus frequentius uti solent. Quae quidem ligamenta inter ligamenta fixa tum exsistunt, quando mutatur ordo intervallorum illius generis [tetrachordorum], quod in hoc instrumento usurpatur. Numerus eorum modo minor sumitur, modo maior; sed quae plurima hominum pars plerumque ponere solet, sunt tredecim. Apertum vero est, numerum ligamentorum mutabilium interdum augeri oportere; quod tamen non eum in finem fit, ut ligamentorum additorum soni in usum adhibeantur, sed ut per ea certum ligamentorum prae ceteris usitatorum ordinem instituant, quemadmodum exponetur infra. Nonnunquam huic instrumento imponuntur ligamenta plus viginti, sonique ligamentorum additorum eundem, quem in cithara laterales, habent usum. Primo vero de iis, quae in hoc instrumento sunt usitatiora, exponendum est. Dico igitur, ligamenta mutabilia, quemadmodum supra demonstratum est, esse decem et tres; quorum duo inter ا et ه ponuntur, inter ه et ح tres, inter ح et ى duo, inter ى et ل quattuor, inter ل et ن duo; unde fit, ut totus ligamentorum in hoc instrumento usitatorum numerus plerumque sit decem et octo. Iam igitur ea ad utramque huius instrumenti chordam adscribamus omnia, sintque fixa ea, quorum singulorum extremitatibus litterae binae adposita sunt, mutabilia vero ea, quibus singulis litterae singulae adscriptae sunt, quas ex litteris iis, quae punctis signantur, sumsimus."

De sonis et intervallis, quae ex pandura chorâssânica, illius ligamentis instructa, eliciuntur, Fârâbensis fol. 72. vers. ad fol. 76. rect. copiose disserit.

De panduris iis, quibus Arabes aegyptii hoc tempore utuntur, exposuit Villoteau, Description de l'Egypte, ed. Panckoucke, tom. 13. pag. 246. seqq.


Tibiae.

Ab pandura ad tibias مِزْمَار plur. مَزَامِير describendas Fârâbensis transit fol. 76. rect. Quarum genera dicit asse multa. Quomodo soni, quos haec instrumenta edunt

efficiantur, ita explicat: فَأَقُولُ أَنَّ هَذِهِ ٱلْآلَاتِ إِنَّمَا يُوجَدُ فِيهَا ٱلنَّغَمُ بِمُصَاكَّةِ ٱلْهَوَآءِ ٱلسَّالِكِ فِي ٱلْمَنَافِذِ ٱلْمَعْمُولَةِ فِيهَا بِمُقَعَّرَاتِ تِلْكَ ٱلْمَنَافِذِ وَهَذِهِ ٱلْمَنَافِذُ إِمَّا ٱلتَّجْوِيفَاتُ ٱلَّتِي فِيهَا وَإِمَّا مُتَخَلَّصَاتُ ٱلْهَوَآءِ مِنْ تَجْوِيفَاتِهَا إِلَى خَارِجٍ i. e. „dico igitur horum instrumentorum sonos non effici, nisi eo, ut aer, qui incedit in meatibus illis, qui in his instrumentis confecti sunt, ad meatuum fundos protrudatur. Meatus autem illi sunt vel cava, in his instrumentis confecta, vel orificia aeri parata, quae ex cavis ferunt foras.“ Orificiorum sunt genera duo; alia enim sunt foramina imae instrumenti partis, alia foramina dorsi, laterisque dorso suppositi; de quibus Fârâbensis fol. 76. vers. ita disserit: وَمُتَخَلَّصَاتُ ٱلْهَوَآءِ مِنْهَا إِلَى خَارِجٍ إِمَّا عَلَى ٱسْتِقَامَةِ ٱلتَّجْوِيفَاتِ وَإِمَّا عَلَى ٱنْعِطَافٍ وَٱلَّتِي عَلَى ٱسْتِقَامَةِ ٱلتَّجْوِيفَاتِ هِيَ ٱلَّتِي عَلَى نِهَايَتِهَا ٱلْمُقَابِلَةِ ٱلَّتِي مِنْهَا يَدْخُلُ ٱلْهَوَآءُ وَٱلَّتِي عَلَى ٱنْعِطَافٍ هِيَ أَنْ تَكُونَ خُرُوقٌ تَتَعَمَّدُ إِلَى مُحَدَّبَاتِ ٱلتَّجْوِيفِ فَيَنْعَطِفُ ٱلْهَوَآءُ قَبْلَ بُلُوغِهِ نِهَايَةَ ٱلتَّجْوِيفِ إِلَى بَعْضِ ٱلْخُرُوقِ فَتَخَلَّصَ مِنْهَا إِلَى خَارِجٍ مِثْلَ مَا عَلَى ظَهْرِ ٱلْمَزَامِيرِ i. e. „orificia illa, aeri parata, quae ex hoc instrumento ferunt foras, aut in recta cavorum linea sunt sita, aut per flexionem parantur. In recta cavorum linea sita sunt ea, quae exstant in ea instrumenti extremitate, quae alteri, in quam aer inflatur, ex adverso opposita est. Quae per inflexionem parantur sunt foramina ad partes cavi convexas ferentia; quibus paratis fit, ut aer ante, quam ad cavi extremitatem pervenit, in quodpiam illorum foraminum deferatur, et per ea abeat foras. Quo ex genere ea foramina sunt, quae in dorso tibiae exstant.“ Propterea igitur, quum aer, qui in orificium tibiae superius inflatur, per inflexionem عَلَى ٱنْعِطَافٍ in foramina dorsi, laterisque dorso oppositi, deferatur, foramina illa ab Fârâbensi مَعْطَفٌ plur. مَعَاطِفُ *flexus* adpellantur. Gravitas et acumen sonorum, ab tibiis editorum, qua ratione longitudine et amplitudine cavi atque orificiorum varia, porro laevitate مَلَاسَةٌ et asperitate خُشُونَةٌ cavi orificiorumque, et denique spatiis inter foramina dorsi interpositis, rebusque aliis, temperentur, fol. 76. vers. et 77. rect. diligenter exponit. Tibiae vero illae, de quibus disserit, non ex genere fistularum, quas *flutas* vocamus, sunt, aerem ex orificio, quod in dorso paratur, accipientium, sed ex iis instrumentis, quae *clarinettas* et *hautbois* adpellamus, quae quidem aerem inflatum ex orificio in suprema extremitate parato accipiunt. Nomina sonorum, quos citharae chordae edunt, ut مُطْلَقُ ٱلْبَمِّ chorda gravissima missa, سَبَّابَةُ ٱلْبَمِّ digitus index

chordae gravissimae, وُسْطَى زَلْزَلَ فِي ٱلْبَمِّ medius Galsali in chorda gravissima, مُطْلَقُ ٱلْمَثْلَثِ chorda tertia missa, ceteraque, tibiarum quoque sonis, qui illis citharae sonis respondent, tribuuntur. Villoteau tibiam eam, quam ***hautbois*** nuncupamus, ab Arabibus Aegyptiis iam زَمْرٌ vocari perhibet, Déscription de l'Egypte, ed. Panckoucke, tom. 13. pag. 391. sqq.

Deinde Fàràbensis fol. 77. vers. tibiarum sonos, quum ex tibia una, foramina multa habente, tum ex tibiis pluribus copulatis, quarum media inflatur, elici posse perhibet. De ***tibiis copulatis*** autem tradit haec: وَأَيْضًا فَقَدْ يُمْكِنُ أَنْ يُعْمَلَ مَزَامِيرُ تُرَتَّبُ بَعْضُهَا إِلَى جَانِبِ بَعْضٍ وَيُجْعَلُ مِنْ بَعْضِهَا إِلَى بَعْضٍ مَنَافِذُ فِي أَمْكِنَةٍ مِنْهَا مَعْلُومَةٍ وَيُنْفَخُ فِي ٱلْأَوْسَطِ



مِنْهَا فَيَنْفُذُ ٱلْهَوَآءُ مِنْهُ إِلَى ٱلْمَزَامِيرِ ٱلَّتِي تَكْتَنِفُ ٱلْأَوْسَطَ مِنَ ٱلْجَانِبَيْنِ جَمِيعًا ثُمَّ يَخْرُجُ مِنْهَا فِي ٱلْمَعَاطِفِ ٱلَّتِي فِيهَا إِلَى خَارِجٍ وَقَدْ يُمْكِنُ أَنْ تُرَكَّبَ فِي ٱلْمَعَاطِفِ أَنَابِيبُ أُخَرُ وَعَلَى تِلْكَ أَيْضًا أَنَابِيبُ أُخَرُ فَتَخْرُجُ مِنْهَا نَغَمٌ كَثِيرَةٌ i. e. „Deinde possunt confici tibiae, quarum aliae ad aliarum latus ita ponuntur, ut ex aliis ad alias meatus parentur certis locis constituti; tum, si tibia inflatur media, ex ea aer in tibias illas, quae ab utroque mediae latere positae sunt, defertur, atque denique ex his per earum flexus [i. e. per foramina dorsi] abit foras. Porro flexibus [i. e. foraminibus dorsi] inseri possunt tubuli alii, hisque item tubuli alii ita, ut ex iis soni prodeant multi."


Italus quidam doctus, cui nomen De la marmorae, qui per Sardiniam iter instituit, Sardos instrumento musico, quod ***Launedda*** vocatur, ex tibiis pluribus composito uti in itineris descriptione narrat. Copulantur tibiae duae, vel tres, vel quattuor, et longitudine, et crassitudine impares, quae singulae orificia ad inflandum habent,

foraminaque in dorso, qualia in flutis apud nos usitatis exstant, inflanturque omnes simul. Quas tibias Sardas copulatas De la marmora eas esse existimat, quae ab Romanis tibiae pares et impares, et dextrae et sinistrae adpellabantur. Qua de re Finkius exposuit in ephemerid. music. 1840. nro. 36. Septembr. 2. pag. 752.

Quod ad tibias copulatas, variasque sonorum, qui ex tibiis eliciuntur, potentias adtinet, addit deinde Fàràbensis fol. 78. rect. praeter alia haec: وَقَدْ يُمْكِنُ أَنْ يُعْمَلَ هَذَا ٱلصِّنْفُ مِنَ ٱلْمَزَامِيرِ عَلَى أَنْحَاءٍ كَثِيرَةٍ غَيْرَ أَنَّ ٱلْهَوَآءَ ٱلَّذِى يَنْفُذُ فِى ٱلْمَزَامِيرِ ٱلَّتِى تُرَتَّبُ ٱلْمَعَاطِفُ فِى كُلِّ وَاحِدٍ مِنْهَا عَلَى خُطُوطٍ مُسْتَقِيمَةٍ يَتَفَرَّقُ فِى ٱلْمَعَاطِفِ غَيْرَ أَنَّ أَكْثَرَ مَا يَنْعَطِفُ إِلَى أَقْرَبِهَا مِنَ ٱلْقُوَّةِ ٱلنَّافِخَةِ وَيَصِيرُ سَائِرُهُ إِلَى ٱلْمَعَاطِفِ ٱلْبَاقِيَةِ فَيَتَفَرَّقُ فِيهَا وَكَذَلِكَ ٱلْمَزَامِيرُ ٱلَّتِى يَنْفُذُ ٱلْهَوَآءُ مِنْ أَحَدِهَا إِلَى ٱلْبَاقِيَةِ وَأَجْزَآءُ ٱلْهَوَآءِ ٱلَّتِى تَتَفَرَّقُ فِى ٱلْمَعَاطِفِ لَيْسَ يَسْهُلُ أَنْ يُوقَفَ عَلَى مَقَادِيرِ بَعْضِهَا مِنْ بَعْضٍ حَتَّى يُعْلَمَ مِقْدَارُ مَا ٱنْعَطَفَ مِنْهَا إِلَى أَقْرَبِ ٱلثُّقَبِ وَمَا صَارَ إِلَى ٱلْبَاقِيَةِ كَمْ هُوَ وَلَا مَقَادِيرُ وَاحِدٍ وَاحِدٍ مِمَّا يَتَدَرَّعُ عَلَى ٱلثُّقَبِ وَلِهَذَا ٱلسَّبَبِ صَارَتْ مَقَادِيرُ مَا يُسْمَعُ مِنْ نَغَمِ هَذِهِ ٱلْمَعَاطِفِ لَيْسَتْ دَائِمًا عَلَى نِسَبِ أَبْعَادِهَا مِنْ مَبْدَإِ ٱلنَّفْخِ i. e. „Cuius quidem generis tibiae [i. e. copulatae] confici possunt modis variis. Aer vero, qui in tibias illas, quarum singularum foramina rectis lineis collocata sunt, defertur, in foramina illa dispergitur ita quidem, ut maior eius pars ad foramen id, quod propius ab vi inflante est, devertat, reliqua pars ad foramina cetera pergat, perque ea dispergatur. Quod et ipsum in iis tibiis fit, in quibus aer ex alia defertur in aliam. Quod ad partes illas aeris adtinet, quae in foramina disperguntur, non facile est quantitates earum varias ita explorare, ut quantum aeris ad orificium proximum, quantumque ad orificia cetera devertat, sciatur; neque quantum singularum partium praetervehatur orificia, facile cognoscitur. Unde fit, ut quantitates [sive potentiae] sonorum, qui ex foraminibus singulis prodeunt, non semper respondeant spatiis, quae inter foramina et locum inflandi interposita sunt."

Tibiam eam, quam Fàràbensis in terra sua prae ceteris usitatam esse dicit, fol. 78. rect. ita describit: وَلْنَصِرِ ٱلْآنَ إِلَى ذِكْرِ ٱلْمَشْهُورَةِ مِنْ هَذِهِ ٱلْآلَاتِ فِى ٱلْبَلَدِ ٱلَّذِى كَتَبْنَا فِيهِ كِتَابَنَا هَذَا فَنَقُولُ أَنَّ ٱلْمَشْهُورَ هَاهُنَا ٱسْتِعْمَالُ مِزْمَارٍ وَاحِدٍ

يُجْعَلُ ٱلْمَعَاطِفُ عَلَيْهِ مُتَحَاذِيَــةً عَلَى خَطٍّ وَاحِدٍ مُسْتَقِيمٍ وَيُفْرَضُ فِي نِهَايَتِهَا مُتَخَلَّصٌ لِلْهَوَآءِ عَلَى ٱسْتِقَامَةٍ ثُمَّ يُجْعَلُ عَلَى ظَهْرِهَا سَبْعَةُ مَعَاطِفَ ثُقَبًا مُتَسَاوِيَةَ ٱلْأَقْطَارِ وَيُجْعَلُ بَــيْنَ أَعْلَى مَعْطِفٍ فِيهِ وَبَــيْنَ ٱلَّذِى يَلِيهِ مَعْطَفٌ آخَرُ مِنَ الجَانِبِ ٱلْمُقَابِلِ ٱلَّذِى فِيهِ ٱلْمَعَاطِفُ ٱلسَّبْعَةُ وَكَذَلِكَ يُجْعَلُ بَــيْنَ ٱلْمَعْطِفِ ٱلْأَخِيرِ وَبَــيْنَ ٱلْمُتَخَلَّصِ ٱلَّذِى هُوَ عَلَى ٱسْتِقَامَةٍ مِنَ الجَانِبِ ٱلْآخَرِ مَعْطَفٌ آخَرُ فَيَصِيرُ جَمِيعُ ٱلثُّقَبِ ٱلَّذِى فِيهِ عَشَرَ ثُقَبٍ أَوَّلُهَا مِنْ




أَسْفَلِ ٱلْآلَةِ هُوَ ٱلْمُتَخَلَّصُ ٱلَّذِى عَلَى ٱسْتِقَامَةٍ وَلْيَــكُنْ عَلَيْهَا حَرْفُ ا وَيَلِيهِ ٱلْمَعْطَفُ ٱلثَّانِي بَيْنَهُ وَبَــيْنَ ٱلْمَعَاطِفِ ٱلَّتِي عَلَى ظَهْرِ ٱلْآلَةِ وَهُوَ مَعْطَفُ ب ثُمَّ فَوْقَ ذَلِكَ مِنْ ظَهْرِ ٱلْآلَةِ مَعْطَفُ ج ثُمَّ مَعْطَفُ د ثُمَّ مَعْطَفُ ه ثُمَّ مَعْطَفُ ز ثُمَّ مَعْطَفُ ح ثُمَّ مَعْطَفُ ط ثُمَّ يَلِيهِ عَلَى ظَهْرِ ٱلْآلَةِ مَعْطَفُ ى ثُمَّ بَــيْنَ ط وَبَــيْنَ ى مِنَ الجَانِبِ ٱلْآخَرِ مَعْطَفٌ آخَرُ وَلْيَــكُنْ عَلَيْهِ حَرْفُ ك i. e. „Procedamus iam ad describenda horum instrumentorum ea, quae in terra, in qua librum hunc conscribimus, sunt usitatiora. Dicimus igitur plerumque in his locis homines uti tibia una, cuius foramina disponuntur aequalia linea una recta. In ima parte orificium paratur aeri recta via abeunti; in dorso foramina septem terebrantur spatiis intericctis aequalibus. Deinde inter foramen summum atque id, quod illi proximum est, foramen aliud cavatur in latere eo, quod lateri foramina septem habenti ex adverso oppositum est; atque sic etiam inter foramen extremum et orificium, quod aerem recta via educit, in hoc altero latere foramen aliud cavatur ita, ut foraminum omnium summa sit decem. Quorum primum in infima instrumenti parte paratur, estque ipsum orificium illud, quod recta via educit; ad quod ا litteram adscribamus. Cui proximum est foramen secundum, inter illud et foramina, quae in dorso instrumenti cavantur, positum; quod quidem ب foramen sit. Deinde supra hoc in instrumenti dorso ج foramen sequitur; deinde د foramen, deinde ه foramen, deinde ز foramen, deinde ح foramen, deinde ط foramen; cui subiungitur

in instrumenti dorso ى foramen; atque denique inter ط et ى in latere altero foramen aliud cavatur, cui ك littera adscribatur."

Quomodo soni, qui ex tibia illa simplici eliciuntur, sonis citharae respondeant, Fàràbensis fol. 78. rect. et vers. ita exponit: وَلِأَنَّ أَصْحَابَ هَذِهِ ٱلْآلَةِ ٱلْتَمَسُوا تَصْحِيحَ أَمْكِنَةِ ٱلنَّغَمِ فِيهَا بِغَيْرِ ٱلْوَجْهِ ٱلَّذِى ذَكَرْنَاهُ فِيمَا قَبْلُ عَسُرَ لِذَلِكَ أَنْ يُوقَفَ عَلَى ٱلنَّغَمِ ٱلَّتِى تُسْمَعُ فِيهَا مِنْ نَفْسِ ٱلْآلَةِ لَكِنْ مَتَى مَا بَيَّنَّا بَيْنَ ٱلنَّغَمِ ٱلَّتِى تُسْمَعُ مِنْ ثُقَبٍ فِيهَا وَبَيْنَ ٱلنَّغَمِ ٱلْمَسْمُوعَةِ مِنْ دَسَاتِينِ ٱلْعُودِ وَجَدْنَا ٱلْمَسْمُوعَةَ مِنْ ثَقْبِ ا ٱلَّتِى هِىَ مُطْلَقُ وَتَرٍ مَا مَفْرُوضٍ وَٱلْمَسْمُوعَةَ مِنْ ثَقْبِ ى هِىَ بِعَيْنِهَا ٱلْمَسْمُوعَةُ مِنْ سَبَّابَةِ ٱلْوَتَرِ ٱلثَّالِثِ مِنْهُ إِلَى جَانِبِ ٱلْأَحَدِّ فَلْنَنْزِلْ أَنَّ تَمْدِيدَ نَغْمَةِ ا هِىَ تَمْدِيدُ نَغْمَةِ مَطْلَقِ ٱلْبَمِّ فَنَجِدُ حِينَئِذٍ نَغْمَةَ ج نَغْمَةَ سَبَّابَةِ ٱلْبَمِّ وَنَغْمَةَ د نَغْمَةَ وُسْطَى زَلْزَلَ فِى ٱلْبَمِّ وَنَغْمَةَ ه نَغْمَةَ مُطْلَقِ ٱلْمَثْلَثِ وَنَغْمَةَ ز فِى سَبَّابَةِ ٱلْمَثْلَثِ وَنَغْمَةَ ح وُسْطَى زَلْزَلَ فِى ٱلْمَثْلَثِ وَنَغْمَةَ ط مُطْلَقَ ٱلْمَثْنَى وَهُوَ خِنْصِرُ ٱلْمَثْلَثِ وَنَغْمَةَ ى فِى سَبَّابَةِ ٱلْمَثْنَى وَنَغْمَةَ ك فِى مُجَنَّبِ سَبَّابَةِ ٱلْمَثْنَى وَأَمَّا نَغْمَةُ ب فَهِىَ فَوْقَ سَبَّابَةِ ٱلْبَمِّ بِتَقْرِيبٍ مِنْ بُعْدِ بَقِيَّتَيْنِ أَوْ نِصْفِ طَنِينِيٍّ فَهَذِهِ هِىَ ٱلنَّغَمُ ٱلَّتِى تَخْرُجُ فِى كَثِيرٍ مِنَ ٱلْمَزَامِيرِ ٱلْمَشْهُورَةِ فِى هَذِهِ ٱلْبَلْدَةِ وَقَدْ عَدَدتُّ هَذِهِ بِأَعْيَانِهَا حَيْثُ عَدَدتُّ نَغَمَ ٱلْعُودِ فَنِسَبُهَا إِذًا هِىَ تِلْكَ ٱلنِّسَبُ بِأَعْيَانِهَا وَٱلْأَبْعَادُ ٱلْمُؤْتَلِفَةُ مِنْهَا هِىَ ٱلَّتِى عَدَدتُّ هُنَالِكَ i. e. „Quum qui hoc instrumento utuntur definitionem loci cuiusvis soni alio modo, quam exposuimus supra, quaerant, difficile est cognoscere sonos, qui ex inflatu instrumenti audiuntur. Si vero accurate distinguimus sonos, qui ex huius instrumenti foraminibus procedunt, eosque sonos, qui ex ligamentis citharae audiuntur, tum sonum, qui ex foramine ا auditur, invenimus esse sonum chordae missae cuiuslibet, sonum vero ex foramine ى procedentem esse ipsum eum sonum, qui ex indice chordae, quae ab illa est tertia ad latus acutius versus, percipitur. Ponamus igitur tensionem [vide supra pag. 68.] soni ا esse tensionem soni chordae gravissimae missae. Tum sonum ج invenimus esse sonum indicis chordae gravissimae; sonum د esse sonum medii Salsali in chorda gravissima; sonum ه esse sonum chordae tertiae missae; sonum ز esse posi-

tum in indice chordae tertiae; sonum ح esse medium Salsali in chorda tertia; sonum ط esse chordam secundam missam, qui sonus etiam digitus minimus chordae tertiae est; sonum ى esse positum in indice chordae secundae; sonum ك vero esse positum in laterali indicis chordae secundae. Quod ad sonum ب adtinet, positus est supra indicem chordae gravissimae intervallo interiecto circiter duorum limmatum sive toni dimidii. Hi itaque sunt soni, qui ex multis earum tibiarum, quae in hac terra prae ceteris usitatae sunt, eliciuntur. Quos quidem ipsos enumeravi ubi sonos citharae descripsi; unde fit, ut rationes, quae inter eos intercedunt, atque intervalla, quae ex iis componuntur, plane eadem sint, quae illo loco exposui."

Deinde Fârâbensis de tibiis quibusdam aliis, quae et ipsae in terra sua usitatae erant, quarum soni vero tensiones alias habebant, fol. 78. vers. et fol. 79. rect. dicit. Quibus expositis, ad describendam tibiam acutissimam, quae *Surnâji* vocatur, fol. 79. rect. transit. Cuius tibiae nomen in ipso codice quidem السرياني sive Surjâni scriptum est; sed pro eo restituendum esse السرنايي sive Surnâji, satis certum existimari potest. Nam nomine Surnâi, quod modis variis زورنى زرنا زورنا سورنا سرناى صورناى سورناى طورنا زرنى scribitur, tibiam quandam acutiorem sive *Hautbois* adpellant Persae. Quod vocabulum persicum *festi fistulam* vel convivalem fistulam significare existimat Sacyus, Description de l'Egypte, ed. Panckoucke, tom. 13. état moderne, pag. 395. quum ex سور *festum* et ناى *fistula* compositum sit. Quo de instrumento Fârâbensis tradit haec: وَأَمَّا ٱلْآلَةُ ٱلَّتِى تُعْرَفُ بِٱلسُّرْنَايِى فَإِنَّهَا أَيْضًا صِنْفٌ مِنَ ٱلْمَزَامِيرِ غَيْرَ أَنَّهَا أَحَدُّ تَمْدِيدًا مِنْ سَايِرِ أَصْنَافِهَا وَقَدْ جَرَتْ عَادَةُ مُسْتَعْمِلِيهَا أَنْ يَجْعَلُوا عَلَى مُحَدَّبِهَا ثَمَانِيَةَ مَعَاطِيفَ وَلْيَكُنْ عَلَى أَقْرَبِهَا إِلَى الجَانِبِ ٱلَّذِى يَلِى ٱلشَّعِيرَةَ مِنْهَا حَرْفُ ا ثُمَّ عَلَى سَايِرِهَا ٱلَّتِى تَتَوَالَى عَلَى خَطٍّ مُسْتَقِيمٍ حُرُوفُ ب ج د ه ز ح ط وَلْيَكُنْ عَلَى ثَقْبِهَا ٱلَّذِى فِى ٱسْتِقَامَةِ ٱلْآلَةِ حَرْفُ ى وَقَدْ يُجْعَلُ فِيمَا بَيْنَ ا وَبَيْنَ ب ثَقْبٌ آخَرُ فِى مُقَابَلَةِ الجَانِبِ ٱلَّذِى فِيهِ ٱلْمَعَاطِفُ ٱلثَّمَانِيَةُ وَلْيَكُنْ عَلَيْهِ




فإن الانتقال قد يمكن أن يكون على نغم الجماعة بأسرها وقد يكون على بعض نغم الجماعة غير أن النغم التي قواها واحدة تعد واحدة فلذلك إذا انتقل عليها صار شبيها بتكرر نغم واحدة بأعيانها ولذلك صارت الألحان التي تؤلف عن النغم التي تشتمل عليها الأطراف التي قواها واحدة أحرى أن تكون

نَغَمًا لَمْ تُكَرَّرْ وَٱلنَّغَمُ ٱلْمُخْتَلِفَةُ ٱلطَّبَقَاتِ ٱلَّتِي هِيَ أَحْرَى أَنْ تُعَدَّ نَغَمًا وَاحِدَةً بِأَعْيَانِهَا هِيَ ٱلَّتِي عَلَى أَطْرَافِ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ وَدُونَ ذَلِكَ مَا كَانَ عَلَى طَرَفَيِ ٱلَّذِى بِالْخَمْسَةِ ثُمَّ دُونَ ذَلِكَ مَا كَانَ عَلَى طَرَفَيِ ٱلَّذِى بِٱلْأَرْبَعَةِ وَكَذَلِكَ عَلَى أَطْرَافِ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ وَالْخَمْسَةِ وَضِعْفِ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ غَيْرَ أَنَّ ٱلْعَادَةَ لَمْ تَجْرِ فِي أَكْثَرِ ٱلْأَمْرِ أَنْ يُسْتَعْمَلَ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ وَالْخَمْسَةِ وَضِعْفُ ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ وَلَا ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ وَٱلْأَرْبَعَةِ لَكِنْ رُبَّمَا ٱسْتُعْمِلَ أَحْيَانًا i. e. „transitio per sonos systematis omnes fieri potest; sed per quosdam tantum systematis sonos saepe fit. Soni vero, quorum potentia eadem est, iidem esse existimantur; unde fit ut, si per hos sonos transeant, hoc eiusdem soni repetitionem referat. Propterea melodias, quae ex iis sonis, quos termini continent eadem potentia praeditos, componuntur, potius sonos, qui non repetiti sunt, esse convenit. Soni autem gradu diversi, qui iidem esse existimantur rectius, ii sunt, qui exstant in terminis intervalli integri, et, si descendimus infra, qui in terminis intervalli quinarii positi sunt, et, si descendimus infra, qui in terminis intervalli quaternarii exstant; itemque ii, qui in terminis intervalli integri, cui intervallum quinarium adiectum est, positi sunt, iique, qui in terminis intervalli integri duplicati [*octavae duplicatae*] exstant. Sed plerumque tamen non solent uti intervallo integro, cui quinarium adiectum est, neque integro duplicato, neque integro, cui quaternarium adiectum est. Quae omnia raro tantum usurpantur.“ Post verba ٱلَّتِي تَشْتَمِلُ عَلَيْهَا ٱلْأَطْرَافُ *quos termini continent* fortasse exciderunt nonnulla.

Sequuntur apud Fârâbensem haec: وَأَكْثَرُ مَا يُسْتَعْمَلُ ٱلنَّغَمُ ٱلَّتِي تَشْتَمِلُ عَلَيْهَا هَذِهِ ٱلثَّلَثَةُ إِمَّا ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ وَإِمَّا ٱلَّذِى بِالْخَمْسَةِ وَإِمَّا ٱلَّذِى بِٱلْأَرْبَعَةِ وَنَغَمُ كُلِّ وَاحِدٍ مِنْ هَذِهِ ٱلثَّلَثَةِ ٱلَّتِي لَيْسَتْ قُوَاهَا وَاحِدَةً هِيَ ٱلَّتِي نُسَمِّيهَا مَثَانِيَ ٱلْأَلْحَانِ وَكَذَلِكَ ٱلنَّغَمُ ٱلَّتِي تُحِيطُ بِهَا أَىُّ جَمَاعَةٍ كَانَتْ بَعْدَ أَنْ تَكُونَ قُوَاهَا مُخْتَلِفَةً بِحَسْبِ طَرَفَىْ ذَلِكَ ٱلْبُعْدِ ٱلَّذِى مِنْهُ تُؤَلَّفُ ٱلْأَلْحَانُ فَإِنَّ ٱلنَّغَمَ ٱلَّتِي قُوَاهَا وَاحِدَةٌ بِحَسْبِ جَمَاعَةٍ أَنْقَصَ تَكُونُ قُوَاهَا مُخْتَلِفَةً بِحَسْبِ جَمَاعَةٍ أَكْمَلَ مِنْهَا فَمَثَانِي ٱلْأَلْحَانِ فِي كُلِّ وَاحِدَةٍ مِنَ الْجَمَاعَاتِ ٱلنَّاقِصَةِ وَٱلْكَامِلَةِ هِيَ ٱلَّتِي قُوَاهَا مُخْتَلِفَةٌ بِحَسْبِ ٱقْتِيَاسِنَا لَهَا إِلَى طَرَفَيِ الْجَمَاعَةِ ٱلَّتِي تُوجَدُ هَذِهِ ٱلنَّغَمُ لَهَا وَسَائِرُ مَا يَخْرُجُ عَنْهَا فَذَلِكَ يُسْتَعْمَلُ فِي ٱلْأَلْحَانِ لِتَصِيرَ بِهَا ٱلْأَلْحَانُ أَكْمَلَ وَأَفْضَلَ فَمَثَانِي ٱلْأَلْحَانِ هِيَ

ٱلنَّغَمُ ٱلضَّرُورِيَّةُ ٱلَّتِي مِنْهَا تَتَأَلَّفُ ٱلْأَلْحَانُ وَهٰذِهِ أَمَّا فِي ٱلَّذِي بِٱلْكُلِّ فَسَبْعَةٌ وَفِي
ٱلَّذِي بِالْخَمْسَةِ فَأَرْبَعَةٌ وَفِي ٱلَّذِي بِٱلْأَرْبَعَةِ فَثَلَاثَةٌ وَفِي ٱلَّذِي بِٱلْكُلِّ وَٱلْأَرْبَعَةِ
فَعَشَرَةٌ وَفِي ٱلَّذِي بِٱلْكُلِّ وَالْخَمْسَةِ فَأَحَدَ عَشَرَ وَفِي ضِعْفِ ٱلَّذِي بِٱلْكُلِّ فَأَرْبَعَةَ عَشَرَ
غَيْرَ أَنَّ ٱلَّتِي هِيَ أَنْبَتَنَ مِنْ نِسْبَةِ ٱلَّذِي بِٱلْكُلِّ لَيْسَ يُمْكِنُ أَنْ يُوجَدَ أَنْوَاعُهَا عَلَى
ٱلْكَمَالِ فِي ضِعْفِ ٱلَّذِي بِٱلْكُلِّ لٰكِنْ إِنَّمَا يُسْتَوْفَى فِيهَا أَنْوَاعُ هٰذِهِ ٱلثَّلٰثَةِ فَقَطُّ
فَجَمِيعُ أَنْوَاعِ ٱلَّذِي بِٱلْكُلِّ سَبْعَةٌ وَأَنْوَاعُ ٱلَّذِي بِالْخَمْسَةِ أَرْبَعَةٌ وَأَنْوَاعُ ٱلَّذِي
بِٱلْأَرْبَعَةِ ثَلٰثَةٌ وَمَثَانِي ٱلْأَلْحَانِ فِي كُلِّ وَاحِدٍ مِنْ هٰذِهِ ٱلثَّلَاثَةِ تَخْتَلِفُ تَمْدِيدَاتُهَا
بِحَسْبِ ٱخْتِلَافِ ٱلْأَنْوَاعِ فَإِنَّ ٱلْأَلْحَانَ ٱلْمُؤَلَّفَةَ عَنْ مَثَانٍ مَأْخُوذَةٍ مِنْ نَوْعٍ نَظِيرَةُ
مَأْخُوذَةٍ مِنْ نَوْعٍ آخَرَ مِنْ أَنْوَاعِ أَيِّ وَاحِدٍ كَانَ مِنْ هٰذِهِ ٱلَّتِي تُوجَدُ لَهَا فِي ضِعْفِ
ٱلَّذِي بِٱلْكُلِّ أَكْثَرُ مِنْ نَوْعٍ وَاحِدٍ i. e. „frequentissimi omnium vero ii soni usurpantur, quos continent intervalla tria haec, integrum, quinarium et quaternarium. Quorum trium soni ii, qui non eandem potentiam habent, ipsi ii sunt, quos sonos melodiarum s e c u n d a r i o s adpellamus, itemque soni ii, quos systema, quodcunque est, continet, simul ut eorum potentiae differunt, ratione habita terminorum illius intervalli, ex quo melodiae componuntur. Nam soni, qui eandem potentiam habent, si ratio habetur systematis imperfectioris, potentias accipiunt diversas, si ratio habetur systematis, quod illo est perfectius. Itaque soni melodiarum secundarii in systemate quovis, sive imperfecto, sive perfecto, ii sunt, qui potentias diversas habent, si eos conferimus cum terminis illius systematis, in quo illi soni parantur. Qui praeter illos soni sunt, ii in melodiis ad hunc finem usurpantur, ut melodiae iis reddantur perfectiores et praestantiores. Sunt igitur soni melodiarum secundarii soni necessarii, ex quibus melodiae componuntur; quorum septem in intervallo integro exstant, in quinario quattuor, in quaternario tres, in intervallo integro, cui quaternarium adiectum est, decem, in intervallo integro, cui quinarium adiectum est, undecim, in intervallo integro duplicato quattuordecim. Quae intervalla vero rationem intervalli integri excedunt, eorum species [pag. 64.] in intervallo integro duplicato plenae inveniri nequeunt. Plenae in eo parari non possunt, nisi species intervallorum horum trium solae; species intervalli integri omnes, quae sunt septem, species intervalli quinarii, quae sunt quattuor, et species intervalli quaternarii, quae sunt tres. Sonorum melodiarum secundariorum, qui in his tribus intervallis insunt, tensiones differunt pro ratione differentiae specierum. Nam

melodiae, quae ex sonis secundariis, ex specie una sumtis, comparantur, sunt similes aliis, quae sumuntur ex specie alia, quae ex speciebus eiusmodi intervalli est, cui in intervallo integro duplicato species plures parari possunt.“ Pro بَعْدَ أَنْ تَكُونَ fortasse بَعْدَ أَنْ تَكَوَّنَ ponenda sunt; in codice بعد ان تكرر scripta sunt.

Quibus Fârâbensis fol. 99. rect. et vers. subiungit haec: وَأَطْرَافُ ٱلْأَنْوَاعِ هِيَ مَبَادِئُ ٱلْاِنْتِقَالَاتِ عَلَى نَغَمِ كُلِّ نَوْعٍ وَهَذِهِ تُسَمَّى مَبَادِئَ ٱلْأَلْحَانِ فَمَبَادِئُ ٱلْأَلْحَانِ أَمَّا فِي ٱلَّذِى بِٱلْأَرْبَعَةِ فَثَلَاثَةٌ وَفِي ٱلَّذِى بِالْخَمْسَةِ فَأَرْبَعَةٌ وَفِي ٱلَّذِى بِٱلْكُلِّ فَسَبْعَةٌ وَٱلْأَنْوَاعُ قَدْ تُؤْخَذُ مِنْ جَانِبِ الْحِدَّةِ إِلَى جَانِبِ ٱلثِّقَلِ وَمِنْ جَانِبِ ٱلثِّقَلِ إِلَى جَانِبِ الْحِدَّةِ وَكُلُّ نَوْعٍ مِنْ أَنْوَاعِ بَعْضِ هَذِهِ ٱلْأَبْعَادِ مَتَى كَانَ فِي وَسْطِ الْجَمْعِ وَأُخِذَ مِنْ فَوْقَ إِلَى أَسْفَلَ كَانَ لَهُ نَظِيرٌ مَأْخُوذٌ مِنْ أَسْفَلَ إِلَى فَوْقَ فَيُضَاعَفُ لِذَلِكَ عَدَدُ مَثَانِي ٱلْأَلْحَانِ غَيْرَ أَنَّهُ يَتَّفِقُ أَنْ يَشْتَرِكَ ٱلنَّظِيرَانِ فِي نَغَمٍ بِأَعْيَانِهَا i. e. „termini vero specierum [pag. 64.] ipsi sunt exordia transitionum per sonos cuiusvis speciei, eaque ipsa vocantur exordia melodiarum. Itaque exordia melodiarum in intervallo quaternario insunt tria, in intervallo quinario quattuor, in intervallo integro septem. Species autem poni possunt ab latere acuminis ad latus gravitatis versus, atque contra ab latere gravitatis ad latus acuminis versus. Quaevis igitur uniuscuiusque illorum intervallorum species, si in media systematis parte est, ab superiori regione ad inferiorem versus posita habet speciem sibi similem, ab inferiori regione ad superiorem versus positam. Quo fit, ut numerus sonorum melodiarum secundariorum duplicetur. Accidit vero interdum, ut specierum similium communes sint soni nonnulli.“

Addit porro haec: وَقَدْ تُخْلَطُ ٱلْأَجْنَاسُ وَٱلتَّمْدِيدَاتُ وَالْجَمَاعَاتُ فَيَزْدَادُ عَدَدُ ٱلْمَثَانِي كَمَا قِيلَ فِيمَا سَلَفَ وَفِي كِتَابِ ٱلْمَدْخَلِ غَيْرَ أَنَّ ٱلْأَفْضَلَ أَنْ تُسْتَعْمَلَ نَغَمُ كُلِّ وَاحِدٍ مِنَ الْمُخْتَلِطَيْنِ عَلَى حِيَالِهِ مَتَى كَانَتْ تِلْكَ ٱلنَّغَمُ مَثَانِيَ ٱلْأَلْحَانِ فَأَمَّا مَتَى ٱسْتُعْمِلَتْ تِلْكَ ٱلنَّغَمُ تَكْثِيرَاتٍ فِي ٱلْأَلْحَانِ وَتَزْيِينَاتٍ وَتَشْبِيعَاتٍ وَتَفْخِيمَاتٍ وَمُعَاوِنَاتٍ فِي ٱلْمَبَادِئِ وَٱلْمَقَاطِعِ فَإِنَّهَا قَدْ تُخْلَطُ بَعْضُهَا بِبَعْضٍ وَهَذِهِ ٱلْأَشْيَآءُ تَتَبَيَّنُ مَتَى تُؤُمِّلَتِ ٱلْأَلْحَانُ ٱلْقَرِيبَةُ ٱلْمَعْمُولَةُ مِنْ نَغَمِ الْجَمَاعَةِ ٱلْمُسْتَعْمَلَةِ فِي ٱلْعُودِ i. e. „atque interdum miscentur genera [modulationis] varia, tropique [pag. 68.] varii,

et systemata varia, quo et ipso numerus sonorum secundariorum augetur, quemadmodum in iis, quae praemissa sunt, atque in libro introductionis, dictum est. Praestat autem usurpare sonos unius tantum generis mixti proprios, si hi soni ponuntur secundarii melodiarum. Si vero hi soni in melodiis adhibentur augentes, atque in exordiis et conclusionibus exornantes et complentes, et roborantes, atque adiutorii, tum saepius aliis eorum intermiscentur alii. Quae quidem res intelliguntur, si melodiae, quae propiuquiores sunt, ex sonis systematis, quod in cithara usurpatur, compositae examinantur." Pro تَزْيِينَاتٌ *exornationes* et تَشْبِيعَاتٌ *complementa* in codice scripta sunt تَرْتِيبَاتٌ *collocationes* et تَشْنِيعَاتٌ *deformitates.*

Sequuntur apud Fàrâbensem fol. 99. vers. alia, quae ad naturam sonorum melodiarum secundariorum pertinent. Quibus absolutis, fol. 100. rect. tabulam subiungit, quae singulorum intervallorum et specierum *exordia* et *sonos secundarios* demonstrat. Deinde fol. 100. vers. et fol. 101. rect. tabulam aliam addit, qua varia *transitionum* genera, quae in cithara usurpari possunt, illustrantur.

10. De melodiarum numeris sive rhythmis.

Fàrâbensis post praemissam *mutationis* sive *transitionis* [pag. 72.] explicationem de melodiarum numero sive rhythmo ٱلْإِيقَاعُ generatim dicit fol. 46 — 50. quia mutationes sive transitiones ab sono ad sonum alium per certa tempora fieri debent. Quemadmodum Aristides pag. 31. dicit: *ῥυθμὸς τοίνυν ἐστὶ σύστημα ἐκ χρόνων κατά τινα τάξιν συγκειμένων* i. e. „rhythmus igitur est id quod constat ex temporibus aliquo ordine coniunctis" ita Fârâbensis fol. 46. rect. فَإِنَّ ٱلْإِيقَاعَ هُوَ ٱلنُّقْلَةُ عَلَى ٱلنَّغَمِ فِي أَزْمِنَةٍ مَحْدُودَةِ ٱلْمَقَادِيرِ i. e. „nam rhythmus est transitio per sonos in temporibus, quorum quantitates definitae sunt." Deinde vero Fàrâbensis in libro eo, qui leges modorum componendorum [pag. 115.] explicat, de rhythmis specialibus ٱلْإِيقَاعَاتُ ٱلْجُزْئِيَّةُ sive variis rhythmi generibus fol. 102 - 108. disserit; nam qui certam melodiam componere vult, ad certum rhythmi genus eam non accommodare non potest.

Tempus brevissimum, quod inter sonos duos interesse posse existimatur, ab musicis Gsaecis *πρῶτος χρόνος* ***tempus primum***, sive *ἐλάχιστος χρόνος* ***tempus minimum***, plerumque *σημεῖον* ***signum***, raro etiam *μέτρον* ***mensura*** vocatur, Bellermann fragm. graec. scription. de musica, pag. 17. itemque *ἄτομος* ***individuum*** et *ἀμερὴς* ***insecabile***, Aristid. pag. 32. Iisdem nominibus tempus illud brevissimum Fàrâbensis significat, quae arabice sic reddidit: ٱلزَّمَانُ ٱلْأَوَّلُ tempus primum, ٱلزَّمَانُ ٱلْأَقَلُّ

tempus minimum, ٱلْعِيَارُ signum, ٱلْمِكْيَالُ mensura, غَيْرُ مُنْقَسِمٍ individuum. De tempore hoc brevissimo Aristides pag. 32. ita disserit: πρῶτος μὲν οὖν ἐστι χρόνος ἄτομος καὶ ἐλάχιστος, ὃς καὶ σημεῖον καλεῖται. ἐλάχιστον δὲ καλῶ τὸν ὡς πρὸς ἡμᾶς, ὅς ἐστι πρῶτος καταληπτὸς αἰσθήσει. σημεῖον δὲ καλεῖται, διὰ τὸ ἀμερὴς εἶναι. καθὸ καὶ οἱ γεωμέτραι τὸ παρά σφισιν ἀμερὲς, σημεῖον προσηγόρευσαν. οὗτος δὲ ὁ ἀμερὴς μονάδος οἱονεὶ χώραν ἔχει i. e. „primum igitur tempus est individuum et minimum, quod et signum adpellatur. Adpello minimum illud, respectu ad nos habito, quod primum a sensu potest percipi. Signum vero adpellatur, quia est indivisibile, quemadmodum et geometrae id, quod apud ipsos indivisibile est, signum nuncupaverunt. Hoc autem indivisibile tanquam unitatis locum obtinet.“ Atque Fârâbensis fol. 46. vers. ita: وَكُلُّ شَيْءٍ قُدِّرَ فَإِنَّمَا يُقَدَّرُ بِمَا هُوَ مِنْ جِنْسِهِ فَإِنَّ ٱلطُّولَ إِنَّمَا يُقَدَّرُ بِطُولٍ وَٱلسَّطْحُ يُقَدَّرُ بِسَطْحٍ وَٱلزَّمَانُ بِزَمَانٍ وَٱلْمِكْيَالُ ٱلْأَوَّلُ ٱلَّذِى يُقَدَّرُ بِهِ ٱلشَّىْءُ هُوَ أَبَدًا شَىْءٌ غَيْرُ مُنْقَسِمٍ مِنْ جِنْسِ ٱلْمُقَدَّرِ وَغَيْرُ ٱلْمُنْقَسِمِ إِمَّا غَيْرُ مُنْقَسِمٍ فِى ذَاتِهِ وَإِمَّا مَا فُرِضَ غَيْرَ مُنْقَسِمٍ وَذٰلِكَ إِمَّا فِى وَاحِدٍ فِى ذَاتِهِ وَإِمَّا وَاحِدٍ يُفْرَضُ وَاحِدًا وَذٰلِكَ مِثْلَ ٱلذِّرَاعَاتِ فِى ٱلْأَطْوَالِ وَٱلْمَثَاقِيلِ وَٱلصَّنَجَاتِ فِى ٱلْأَوْزَانِ وَٱلسَّاعَاتِ فِى ٱلْأَزْمَانِ فَإِنَّ كُلَّ وَاحِدَةٍ مِنْ هٰذِهِ هُوَ مَفْرُوضٌ وَاحِدًا وَغَيْرَ مُنْقَسِمٍ وَأَقَلُّ شَىْءٍ مُجَانِسٍ لِلْمُقَدَّرِ هُوَ ٱلَّذِى يُؤْخَذُ عِيَارًا يُقَدَّرُ بِهِ ٱلَّذِى هُوَ ٱلْأَعْظَمُ الْمُجَانِسُ لَهُ فَإِنَّ مِنْهُ ٱلْإِيقَاعَاتُ إِذَا قُدِّرَتْ فَيَنْبَغِى أَنْ يَكُونَ ٱلْمُقَدِّرُ لَهَا زَمَانًا هُوَ أَقَلُّ ٱلْأَزْمِنَةِ الحَادِثَةِ فِيمَا بَيْنَ بِدَايَاتِ ٱلنَّغَمِ وَهٰذَا ٱلزَّمَانُ ٱلْأَقَلُّ هُوَ كُلُّ زَمَانٍ بَيْنَ نَغْمَتَيْنِ لَمْ يُمْكِنْ أَنْ يَقَعَ بَيْنَهُمَا نَغْمَةٌ أُخْرَى يَنْقَسِمُ ٱلزَّمَانُ بِهَا i. e. „quodcunque mensuratur, id ea tantum re mensuratur, quae eiusdem generis est; longitudo enim mensuratur longitudine, planities mensuratur planitie, tempus tempore. Mensura prima vero, qua mensuratur res, semper est res individua, quae eiusdem generis est, quam res mensurata. Individuum autem aut individuum natura est, aut id, quod individuum esse sumitur; quod quidem positum est aut in eo, quod natura unum est, aut in eo, quod unum esse sumitur, ut cubiti in longitudinibus, unciae et librae in ponderibus, et horae in temporibus, quarum singula sumitur esse una et individua. Res minima, quae eiusdem generis est quam res mensurata, constituitur signum, quo mensurantur maiora, quae eiusdem generis sunt. Unde fit, ut, si rhythmi mensurantur, id quod eos mensurat esse oporteat minimum temporum eorum, quae inter initia sonorum exsistunt. Hoc vero tempus mi-

nimum id est, quod inter sonos duos tale situm est, ut inter eos non possit exsistere sonus alius, quo dividatur tempus.“ Pro مُجَانِسٍ لِلْمُقَدَّرِ in codice مجانس للمقدار scripta sunt.

Tempora, quae inter sonos duos interesse possunt, longiora ab Graecis vocantur: *διπλασίων του πρώτου* duplum primi, *τριπλασίων* triplum, *τετραπλασίων* quadruplum, Aristid. pag. 35. vel: *δίσημα*, *τρίσημα*, *τετράσημα*, *πεντάσημα*, vel *δίχρονος*, *τρίχρονος*, *τετράχρονος*, Bellermann loc. cit. pag. 17. Aristides vero dicit: *μέχρι γὰρ τετράδος προῆλθεν ὁ ῥυθμικὸς χρόνος. καὶ γὰρ ἀναλογεῖ τῷ πλήθει τῶν τοῦ τόνου διέσεων. καὶ πρὸς τὴν διαστηματικὴν φωνὴν εὐφυῶς ἔχει.* i. e. „ad quaternarium enim numerum processit tempus rhythmicum; quippe respondet multitudini diesium toni, atque ad vocem intervallis distinctam optime se habet.“

Quibus de temporibus longioribus Fàràbensis fol. 46. vers. ita disserit: فَكُلُّ زَمَانٍ حَدَثَ بَيْنَ نَغْمَتَيْنِ وَأَمْكَنَ أَنْ يَقَعَ فِيهِ بَدَايَةُ نَغْمَةٍ وَاحِدَةٍ فَقَطُّ فَإِنَّهُ ضِعْفُ ٱلزَّمَانِ ٱلْأَوَّلِ وَإِنْ أَمْكَنَ فِيهِ بَدَايَةُ نَغْمَتَيْنِ فَهُوَ ثَلَثَةُ أَمْثَالِ ٱلزَّمَانِ ٱلْأَوَّلِ وَمِثْلُ وَنِصْفُ ٱلزَّمَانِ ٱلثَّانِي وَإِنْ أَمْكَنَ فِيهِ بَدَايَةُ ثَلَثِ نَغَمٍ كَانَ ٱلزَّمَانُ أَرْبَعَةَ أَمْثَالِ ٱلْأَوَّلِ وَمِثْلَيِ ٱلثَّانِي وَمِثْلَ وَثُلْثَ ٱلثَّالِثِ وَكَذٰلِكَ إِنْ أَمْكَنَ فِيهِ وُقُوعُ بَدَايَاتِ أَرْبَعِ نَغَمٍ كَانَ ٱلزَّمَانُ الحَادِثُ خَمْسَةَ أَمْثَالِ ٱلْأَوَّلِ وَمِثْلَ وَرُبْعَ ٱلرَّابِعِ وَهٰذَا أَطْوَلُ زَمَانٍ يُمْكِنَ أَنْ يَقَعَ بَيْنَ نَغْمَتَيْنِ وَذٰلِكَ قَلَّ مَا يُسْتَعْمَلُ وَأَكْثَرُ مَا يُبْلَغُ فِي تَبْعِيدِ إِحْدَى ٱلنَّغْمَتَيْنِ عَنِ ٱلْأُخْرَى فِي ٱلزَّمَانِ هُوَ أَنْ يُجْعَلَ ٱلزَّمَانُ ٱلَّذِى بَيْنَهُمَا مِثْلَ وَثُلْثَ ٱلثَّالِثِ وَهُوَ أَرْبَعَةُ أَمْثَالِ ٱلزَّمَانِ ٱلْأَوَّلِ i. e. „quodcunque tempus inter sonos duos tale exsistit, ut in ipsum cadere possit unius tantum soni initium, id est duplum temporis primi. Si vero in id initia sonorum duorum cadere possunt, tum est triplum temporis primi, sive unum tempus secundum cum dimidio. Si vero in ipsum trium sonorum initia cadere possunt, tum hoc tempus est quadruplum primi, sive duplum secundi, sive unum tempus tertium cum tertia eius parte. Atque ita, si in ipsum quattuor sonorum initia cadere possunt, tum tempus, quod tunc exsistit, est quintuplum primi, sive unum tempus quartum cum quarta eius parte. Hoc vero tempus, quod longissimum eorum est, quae inter sonos duos intercedere possunt, usurpatur raro. Plerumque in producendo tempore eo, quod inter sonos duos intercedit, eo tantum procedunt, ut hoc tempus sit unum tempus tertium cum tertia eius parte, sive quadruplum

temporis primi.“ In verbis extremis pro بَيْنَهُمَا مِثْلَ وَثُلْثَ ٱلثَّالِثِ وَهُوَ ab librario codicis بينهما مثلا وثلثا وهو posita sunt.

Itaque quattuor haec tempora musica, si soni circellis, punctis vero temporis interpositi spatia, significantur, sic repraesentari possunt:

tempus primum	o o
tempus secundum	o . o
tempus tertium	o . . o
tempus quartum	o . . . o

Quo significandi modo nos tantum usi sumus. Fârâbensis loco eo, quo de rythmis *generatim* dicit, rythmos varios verbis describit, non signis. Deinde vero, ubi de rythmis singulis *specialiter* disserit, ad eos significandos syllabas تَ *ta*, تَنْ *tan*, et تَتَنْ *tatan*, ponit, de quibus infra dicetur. Abd el kâdir Merâgensis, Persa, et Chisr ben abdalla, Turca, usurpant syllabas تَ *ta*, تَنْ *tan*, تَنَنْ *tanan*, تَنَنَنْ *tananan*, تَنَنَنَنْ *tanananan*; quarum exempla adponemus infra.

Unde tempora illa musica exsistant, Fârâbensis fol. 47. rect. sic explicat: وَٱلزَّمَانُ ٱلْأَقَلُّ إِنَّمَا يَحْدُثُ مَتَى كَانَتْ نُقْلَةُ ٱلْقَارِعِ إِلَى ٱلنَّغْمَةِ ٱلثَّانِيَةِ أَسْرَعَ نُقْلَةٍ تُمْكِنُهُ مِنْ غَيْرِ أَنْ يَتَقَدَّمَهَا وَقْفَةٌ مِنْهُ تَعْقُبُ بَدَايَةَ ٱلنَّغْمَةِ ٱلْأُولَى وَسَايِرُ ٱلْأَزْمِنَةِ ٱلَّتِي هِيَ أَكْبَرُ إِنَّمَا يَحْدُثُ بِحَرَكَةٍ مِنَ ٱلْقَارِعِ بَطِيئَةٍ بَيْنَ ٱلنَّغْمَتَيْنِ أَوْ بِوَقْفَةٍ مِنَ ٱلْقَارِعِ فِي مَكَانِ ٱلنَّغْمَةِ ٱلْأُولَى ثُمَّ نُقْلَةٍ بَعْدَهَا إِلَى ٱلنَّغْمَةِ ٱلثَّانِيَةِ وَأَكْثَرُ مَا يَتَضَاعَفُ ٱلْأَزْمِنَةُ فِي ٱلنَّغَمِ فَإِنَّمَا تَتَضَاعَفُ بِأَنْ يَكُونَ مِنَ ٱلْقَارِعِ وَقْفَةٌ تَعْقُبُ بَدَايَةَ ٱلنَّغْمَةِ ٱلْأُولَى ثُمَّ نُقْلَةٌ بَعْدَ ٱلْوَقْفَةِ إِلَى ٱلنَّغْمَةِ ٱلثَّانِيَةِ فَيَحْدُثُ مِنَ ٱلْوَقْفَةِ زَمَانٌ وَمِنَ ٱلنُّقْلَةِ زَمَانٌ آخَرُ وَفِي مُلْتَقَى ٱلزَّمَانَيْنِ يُمْكِنُ وُقُوعُ بَدَايَةٍ فَإِنْ كَانَتِ ٱلْوَقْفَةُ يَسِيرَةً وَٱلنُّقْلَةُ حَثِيثَةً جِدًّا حَدَثَ مِنْهُ ضِعْفُ ٱلزَّمَانِ ٱلْأَقَلِّ مِنْ قِبَلِ أَنَّ ٱلْوَقْفَ مَتَى كَانَ ذَا قَدْرٍ عِنْدَ ٱلْقَارِعِ فَإِنَّ زَمَانَهُ مُسَاوٍ لِزَمَانِ حَرَكَةٍ ذَاتِ قَدْرٍ عِنْدَهُ

i. e. „tempus minimum tum exsistit, si pulsator, quam celerrime poterit, ad sonum secundum transit sine statione praemissa, quae initium soni primi sequatur. Tempora cetera, quae maiora sunt, tum exsistunt, si pulsator aut motu, qui inter utrumque sonum intercedit, utitur tardiori, aut statione [vel: pausa] in loco soni primi, post quam stationem ad sonum secundum transit. Plerumque tempora in sonis duplicantur.

17

Duplicantur vero per pulsatoris stationem, quae initium soni primi sequitur, transitumque, qui post illam stationem fit, ad sonum secundum. Nam ex statione tempus unum exsistit, atque ex transitu alterum; in confluxum vero duorum illorum temporum initium soni cadere potest. Si statio brevis, et transitus valde celer est, inde duplum temporis minimi exsistit, quoniam statio, si apud pulsatorem definita est, tempus continet, quod aequale est tempori motus apud illum definiti.“ Vocabulum ذُو قَدْرٍ *definitum* fortasse reddi potest: sensibile, sive id, cuius quantitas sentiri et percipi potest.

Vocabulo نَقْرَةٌ plur. نَقَرٌ *pulsatio* initia sonorum, quae terminant tempora musica, significantur. Fârâbensis fol. 47. recto: وَبَدَايَاتُ ٱلنَّغَمِ ٱلَّتِي تَقَعُ عَلَى أَطْرَافِ ٱلْأَزْمِنَةِ ٱلْمُسَمَّاةِ أَنَاءَاتٍ وَتَحُدُّهَا فِي ٱلْمَسَامِعِ ٱلنَّقَرَاتُ i. e. „initia sonorum, quae in terminos temporum, quae *morae* vocantur, cadunt, eaque in auditu finiunt, sunt *pulsationes.*“ Idemque eodem folio paullo infra: وَلَمَّا كَانَتِ ٱلنَّقَرَاتُ أَحَدَّ ٱلْقَرَعَاتِ ٱلَّتِي تُتَخَيَّلُ غَيْرَ مُنْقَسِمَةٍ صَارَتْ هِيَ وَحْدَهَا تَحُدُّ فِي ٱلْمَسَامِعِ أَطْرَافَ ٱلْأَزْمِنَةِ ٱلَّتِي بَيْنَ ٱلنَّغَمِ وَبَدَايَاتِ ٱلنَّغَمِ وَٱلْأَزْمِنَةُ ٱلَّتِي بَيْنَ ٱلنَّغَمِ تَصِيرُ مُنْقَسِمَةً بِإِمْكَانِ وُقُوعِ نَقْرَةٍ فِيهِ وَتَكُونُ غَيْرَ مُنْقَسِمَةٍ مَتَى لَمْ يُمْكِنْ فِيهِ وُقُوعُ نَقْرَةٍ فَإِذًا أَقَلُّ ٱلْأَزْمِنَةِ ٱلَّتِي بَيْنَ ٱلنَّغَمِ هُوَ زَمَانٌ بَيْنَ نَقْرَتَيْنِ لَا يُمْكِنُ بَيْنَهُمَا وُقُوعُ نَقْرَةٍ وَٱلْأَزْمِنَةُ ٱلَّتِي تَقَعُ بَيْنَ ٱلنَّقَرَاتِ مِنْهَا مَا هِيَ مُتَسَاوِيَةٌ وَمِنْهَا مَا هِيَ مُتَفَاضِلَةٌ i. e. „Quum pulsationes sint acutissimae percussionum, quae individuae esse cogitantur, eae solae in auditu finiunt terminos temporum, inter sonos, et sonorum initia, interpositorum. Tempora vero inter sonos interposita fiunt dividua, si in ea cadere potest pulsatio; individua tum sunt, si nulla pulsatio in ea cadere potest. Itaque temporum inter sonos interpositorum minimum est tempus inter pulsationes duas intercedens id, in quod pulsatio cadere nequit. Temporum inter pulsationes intercedentium alia sunt aequalia, alia inaequalia“ Abd el kâdir Merâgensis pag. 91. haec ponit: ودر تلحين چون بر نغم انتقال كنند هر آينه ميان مبادى ازمنهء نغم كه آنرا نقرات خوانند ازمنه واقع شود i. e. „atque in modulatione, quando per sonos transeunt, necessario inter initia temporum sonorum, quae *pulsationes* vocantur, tempora intercedunt.“

I. Quomodo Fárábensis de rhythmis generatim dicat, exponitur.

Primo Fàràbensis fol. 47. vers. et 49. rect. duo rhythmorum genera distinguit, quorum in altero أَزْمِنَةٌ مُتَسَاوِيَةٌ *tempora aequalia* ponuntur, in altero أَزْمِنَةٌ مُتَفَاضِلَةٌ *tempora inaequalia*.

Generis primi, quod id est, quod tempora aequalia continet, rhythmi vocantur ٱلْإِيقَاعَاتُ ٱلْمُوَصَّلَةُ rhythmi coniuncti, quia in iis pulsationes singulae, quum inter singulas tempus prorsus idem intercedat, ordine nunquam mutato deinceps exsistunt, proptereaque quasi arcte inter se coniunctae esse dici possunt. Porro hi rhythmi adpellantur ٱلْهَزَجُ plur. ٱلْهِزَاجُ *Hesedschi* sive *stridores*, i. e. species generis, quod Hesedsch vocatur, variae. Tempus, quod inter pulsationes singulas intercedit idem, est aut tempus primum, aut secundum, aut tertium, aut quartum. Unde quattuor huius generis exsistunt species, quae certis nominibus ita distinguuntur, ut eae species, quae tempora breviora continent, nuncupentur ***celerae*** et ***leves***, quae vero tempora productiora continent, dicantur ***graves***. Si nostro significandi modo, de quo pag. 129. diximus, iam ita utimur, ut ex more arabico ab dextra ad sinistram procedamus, quattuor illae species ad quas nomina arabica adponimus, sic repraesentari possunt:

o o o o o o o o o o o o o o o o o	سَرِيعُ ٱلْهَزَجِ	celer Hesedschi.
o . o . o . o . o . o . o . o . o . o	خَفِيفُ ٱلْهَزَجِ	levis Hesedschi.
. o . . o . . o . . o . . o . . o . . o	خَفِيفُ ثَقِيلِ ٱلْهَزَجِ	levis gravis Hesedschi.
o . . . o . . . o . . . o . . . o . . . o	ثَقِيلُ ٱلْهَزَجِ	gravis Hesedschi.

Quibus de rhythmis Fàràbensis fol. 47. vers. praeter alia exponit haec: وَبِٱلْجُمْلَةِ كُلُّ مَا تَوَالَتْ نَقَرَاتُهُ نَقْرَةً نَقْرَةً وَكَانَتِ ٱلْأَزْمِنَةُ ٱلَّتِي بَيْنَهَا مُتَسَاوِيَةً كُلُّهَا فَنَحْنُ نُسَمِّيهِ ٱلْهِزَاجَ وَٱلْمُسْتَعْمَلُ مِنْ هٰذِهِ ٱلْأَرْبَعَةِ هُوَ خَفِيفُ ٱلْهَزَجِ وَخَفِيفُ ثَقِيلِ ٱلْهَزَجِ وَٱلْمُزَاوِلُونَ لِأَعْمَالِ هٰذِهِ ٱلصِّنَاعَةِ فِي زَمَانِنَا هٰذَا يُسَمُّونَ هٰذَيْنِ جَمِيعًا ٱلْهَزَجَ وَيَسْتَعْمِلُونَهُمَا مَعًا عَلَى أَنَّهُمَا صِنْفٌ وَاحِدٌ i. e. „atque ad summam, quorumcunque rhythmorum pulsationes deinceps ita sequuntur, ut tempora, quae inter singulas intercedunt, sint aequalia omnia, eos ***Hesedschos*** nuncupamus. Quorum quattuor rhythmorum usitatiores sunt ***levis Hesedschi*** et ***levis gravis Hesedschi***. Unde fit, ut qui rebus huius artis nostro tempore operam dant, duorum illorum rhythmorum utrumque

adpellent Hesedschum, et utrumque pari modo usurpent, quasi speciem eandem." Atque fol. 49. recto: وَٱلْمَوْصَّلُ هُوَ ٱلَّذِى لَيْسَ يَنْفَصِلُ أَزْمِنَتُهُ ٱلْمُتَتَالِيَةُ بَعْضُهَا مِنْ بَعْضٍ بِزَمَانٍ آخَرَ أَصْلًا لَا أَقْصَرَ وَلَا أَطْوَلَ i. e. „atque *rhythmus coniunctus* is est, cuius tempora se invicem excipientia [sive: tempora inter se iugata] non dirimuntur ullo tempore alio, neque breviori, neque productiori."

Quod ad appellationem illam adtinet, qua rhythmi alii *leves*, *graves* alii, vocantur, de ea Fàrâbensis fol. 104. vers. haec exponit: فَاذَا بُعِّدَ بَيْنَهَا اِمَّا بِطُولِ وَقَفَاتٍ بَيْنَهَا أَوْ اِبْطَآءِ ٱلْاِنْتِقَالَاتِ أَوْ بِهِمَا جَمِيعًا سُمِّيَتْ تِلْكَ اِيقَاعَاتٍ ثَقِيلَةً وَاِذَا قُرِّبَ مَا بَيْنَهَا بِقِلَّةِ لَبْثٍ أَوْ سُرْعَةِ حَرَكَةٍ أَوْ بِهِمَا جَمِيعًا سُمِّيَتْ بِذَلِكَ اِيقَاعَاتٍ خَفِيفَةً i. e. „Quodsi spatium productius inter eas [i. e. pulsationes] interponitur, sive per stationem intercedentem longiorem, sive per transitum tardiorem, sive per utramque rem hoc fit, tum hi rhythmi vocantur *rhythmi graves*. Si vero spatium brevius inter eas [i. e. pulsationes] interponitur, sive per moram intercedentem exiguam, sive per transitum celeriorem, sive per utramque rem hoc fit, tum propterea vocantur *rhythmi leves*." Quattuor specierum pag. 131. adpositarum prima plerumque ٱلسَّرِيعُ *celer*, interdum vero الحَثِيثُ *incitatus* adpellatur.

Rhythmi arabici, qui non continent, nisi tempora *aequalia*, ex eo genere esse videntur, quod Graeci τὸ ἴσον *aequale* vocabant, Aristid. pag. 35. quod quidem genus rhythmis nostris, qui *duae quartae*, *quattuor quartae*, *sex quartae*, *sex octavae*, nuncupantur, simile fuisse dicitur, Forkel histor. music. tom. 1. pag 378

Transimus ad genus rhythmorum secundum, quod id est, quod tempora inaequalia أَزْمِنَةً مُتَفَاضِلَةً continet, classesque et species diversas habet multo plures, quam genus primum. Vocantur autem rhythmi generis secundi ٱلْاِيقَاعَاتُ ٱلْمُفَصَّلَةُ rhythmi diremti, quia quivis huius generis rhythmus continet pulsationum iugatarum, sive pulsationum certis temporibus interceptarum, consociationes, quae singulae tempore interposito dirimuntur longiori; quod quidem tempus consociationes pulsationum dirimens semper longitudine superat quodvis eorum temporum, quibus pulsationes uno ordine deinceps editae intercipiuntur. Tempus illud longius, quo pulsationum consociationes dirimuntur, adpellatur ٱلْفَاصِلَةُ *dirimens*, tempus dirimens. Quam temporum diversorum collocationem, quae in his rhythmis usurpatur, lectores facilius perspicient, hac figura inspecta:

a a b a a b a a b a a b a a b a a
o . o . o . . o . o . o . . o . o . o . . o . o . o . . o . o . o . . o . o . o

Littera *a* significata sunt tempora breviora, quibus pulsationes eodem ordine deinceps editae intercipiuntur, sive tempora iugata, littera *b* vero tempora longiora sive ٱلْفَاصِلَاتُ *dirimentia*, quibus pulsationum consociationes dirimuntur. Consociatio quaevis autem in hac figura continet pulsationes tres, duobus temporibus aequalibus interceptas. Sed consociationes illae interdum duas tantum pulsationes continent, interdum vero quattuor, vel quinque, aut aequalibus temporibus interceptas, aut inaequalibus; unde multae huius generis classes et species exsistunt. Exstant igitur in his rhythmis primo tempora singulas consociationum pulsationes tantum *intercipientia*, quae ٱلْأَزْمِنَةُ ٱلْمُتَتَالِيَةُ *tempora deinceps posita* sive *tempora iugata* vocantur, et deinde tempora consociationes pulsationum *dirimentia*, quae ٱلْفَاصِلَاتُ *dirimentia* nuncupantur.

Fârâbensis de rhythmis diremtis fol. 47. vers. in universum ita disserit: وَمِنْهَا ٱلْمُتَفَاضِلَةُ ٱلْمُفَصَّلَةُ وَمِنْ هَذِهِ مَا يَتَوَالَى نَقْرَتَيْنِ نَقْرَتَيْنِ بَيْنَ كُلِّ زَوْجَيْنِ مِنْهَا زَمَانٌ أَطْوَلُ مِنْ كُلِّ زَمَانٍ يُحِيطُ بِهِ ٱلنَّقْرَتَانِ ٱلْمُتَقَدِّمَتَانِ وَٱلنَّقْرَتَانِ ٱلْمُتَأَخِّرَتَانِ ٱلتَّالِيَتَانِ لَهُمَا وَمِنْ كُلِّ وَاحِدٍ مِنَ ٱلزَّمَانَيْنِ ٱلَّذَيْنِ عَنْ جَنْبَتَيْهِ وَمِنْهَا مَا يَتَوَالَى ثَلَثًا ثَلَثًا بَيْنَ ٱلثَّلَثِ وَٱلثَّلَثِ زَمَانٌ أَطْوَلُ مِنْ كُلِّ زَمَانٍ يُحِيطُ بِهِ ٱلثَّلَثُ ٱلْمُتَقَدِّمَةُ وَٱلثَّلَثُ ٱلتَّالِيَةُ لَهُ وَمِنْهَا مَا يَتَوَالَى أَرْبَعًا أَرْبَعًا بَيْنَ ٱلْأَرْبَعِ وَٱلْأَرْبَعِ زَمَانٌ أَطْوَلُ مِنْ كُلِّ زَمَانٍ يُحِيطُ بِهِ كُلُّ وَاحِدٍ مِنَ ٱلْأَرْبَعِينَ وَعَلَى هَذَا ٱلْمِثَالِ مَا يَتَوَالَى خَمْسًا خَمْسًا وَسِتًّا سِتًّا وَسَبْعًا سَبْعًا وَثَمَانِيَ ثَمَانِيَ وَمَا زَادَ فَأَوَّلُ ٱلْمُتَفَاضِلَةِ ٱلْمُفَصَّلَةِ فَلْنُسَمِّهِ ٱلْمُفَصَّلَ ٱلْأَوَّلَ وَٱلثَّانِيَ ٱلْمُفَصَّلَ ٱلثَّانِيَ وَكَذَلِكَ عَلَى ٱلْوِلَآءِ إِلَى ٱلْمُفَصَّلِ ٱلثَّالِثِ وَٱلرَّابِعِ وَفِي كُلِّ وَاحِدَةٍ مِنْ هَذِهِ ٱلْمُفَصَّلَاتِ فَإِنَّ ٱلزَّمَانَ ٱلْأَطْوَلَ ٱلَّذِى بَيْنَ كُلِّ عَدَدَيْنِ مُتَوَالِيَيْنِ يُسَمَّى ٱلْفَاصِلَةَ وَٱلْفَاصِلَةُ أَبَدًا يَجِبُ أَنْ تَكُونَ أَطْوَلَ مِنْ كُلِّ زَمَانٍ يُحِيطُ بِهِ ٱلْأَعْدَادُ ٱلْمُتَوَالِيَةُ i. e. „Porro ex iis sunt [rhythmi] *inaequales diremti.* Quorum alii pulsationes binas, deinceps editas, continent ita, ut inter duo pulsationum iuga semper intercedat tempus, quod longitudine superat quodvis eorum temporum, quae pulsationes antecedentes binae, et pulsationes subsequentes binae, quae illis subiunguntur, circumcludunt, sive quodvis binorum temporum illorum, quae ab utroque latere exsistunt. Alii horum rhythmorum pulsationes ternas, deinceps editas, continent ita,

ut inter pulsationum trigas tempus intercedat, quod longitudine superat quodvis eorum temporum, quae pulsationes antecedentes ternae, ternaeque subsequentes, circumcludunt. Alii vero pulsationes quaternas, deinceps editas, continent ita, ut inter pulsationum quadrigas tempus intercedat, quod longitudine superat quodvis eorum temporum, quae singulae quadrigae circumcludunt. Atque porro ita comparati sunt alii, qui pulsationes deinceps editas continent quinas, vel senas, vel septenas, vel octonas, vel plures. Primam vero rhythmorum inaequalium diremtorum classem [*quae pulsationum iuga sive bigas continet*] nuncupemus rhythmum diremtum primum; classem secundam [*quae pulsationum trigas continet*] rhythmum diremtum secundum; atque sic porro nomina diremti tertii et quarti usurpemus. In rhythmorum autem horum diremtorum quovis tempus longius id, quod inter duos numeros iugatos intercedit, ***dirimens*** vocatur. Quod tempus dirimens igitur nunquam non longius esse oportet, quam quodvis eorum temporum, quae numeri iugati circumcludunt.“ Pro ٱلتَّالِيَتَانِ لَهُمَا وَمِنْ كُلِّ وَاحِدٍ in codice التاليتان لهما بين كل واحد posita sunt.

Atque fol. 49. rect. ut ea, quae antea fusius exposuerat, iam brevius describat, de hac rhythmorum partitione Fârâbensis addit haec: فَنَقُولُ أَنَّ ٱلْإِيقَاعَ مِنْهُ مُفَصَّلٌ وَمِنْهُ مُوَصَّلٌ وَٱلْمُفَصَّلُ هُوَ ٱلَّذِى تَنْفَصِلُ أَزْمِنَتُهُ ٱلْمُتَتَالِيَةُ بَعْضُهَا عَنْ بَعْضٍ بِزَمَانٍ أَطْوَلَ مِنْ كُلِّ زَمَانٍ يَقَعُ فِى ٱلْمُتَوَالِيَةِ وَٱلْمُوَصَّلُ هُوَ ٱلَّذِى لَيْسَ يَنْفَصِلُ أَزْمِنَتُهُ ٱلْمُتَتَالِيَةُ بَعْضُهَا مِنْ بَعْضٍ بِزَمَانٍ آخَرَ أَصْلًا لَا أَقْصَرَ وَلَا أَطْوَلَ وَٱلزَّمَانُ ٱلْأَطْوَلُ هُوَ ٱلَّذِى يُفَصِّلُ أَزْمِنَةَ ٱلْإِيقَاعِ ٱلْمُفَصَّلِ فَنُسَمِّيهِ ٱلْفَاصِلَةَ وَٱلْمُفَصَّلُ مِنْهُ مَا يَتَوَالَى أَزْمِنَتُهُ ٱلْمُفَصَّلَةُ زَمَانًا زَمَانًا وَمِنْهُ مَا يَتَوَالَى أَزْمِنَتُهُ زَمَانَيْنِ زَمَانَيْنِ وَمِنْهُ مَا يَتَوَالَى ثَلَاثًا ثَلَاثًا وَمِنْهُ مَا يَتَوَالَى أَرْبَعًا أَرْبَعًا وَمَا زَادَ i. e. „dicimus igitur rhythmorum alios esse diremtos, alios coniunctos. ***Diremti*** ii sunt, quorum tempora iugata [sive: deinceps posita] dirimuntur tempore interposito, quod longitudine superat quodvis eorum temporum, quae ex iugatis sunt. ***Coniuncti*** ii sunt, quorum tempora iugata non dirimuntur ullo tempore alio, neque breviori, neque productiori. Tempus illud longissimum vero, quo rhythmi diremti tempora dirimuntur, adpellamus ***dirimens.*** In rhythmorum diremtorum aliis tempora diremta ponuntur singula, in aliis bina, in aliis terna, in aliis quaterna, vel plura.“

Quod ad longitudinem sive ***quantitatem temporis dirimentis*** adtinet, Fârâbensis fol. 49. vers. de ea in universum hoc dicit. Quum in rhythmis nullum tempus poni

possit, quod tempus quintum pag. 128. longitudine superet, apertum est, temporum dirimentium longissimum, quod poni potest, esse tempus quintum; tempora iugata ٱلْمُتَوَالِيَةُ sive ٱلْمُتَتَالِيَةُ vero, quum semper minora quam tempus dirimens esse debeant, non supra tempus quartum increscere posse.

Deinde de variis rhythmorum diremtorum classibus Fàràbensis eodem loco, in universum dicens, addit haec: وَٱلْمُفَصَّلُ ٱلَّذِى تَتَوَالَى أَزْمِنَتُهُ أَكْثَرَ مِنْ زَمَانٍ زَمَانٍ مِنْهُ مَا أَزْمِنَتُهُ ٱلْمُتَتَالِيَةُ مُتَسَاوِيَةُ ٱلْأَجْزَآءِ وَمِنْهُ مَا أَزْمِنَتُهُ مُتَفَاضِلَةُ ٱلْأَجْزَآءِ وَكُلُّ وَاحِدٍ مِنْ هٰذَيْنِ إِمَّا ذُو زَمَانٍ وَإِمَّا ذُو زَمَانَيْنِ وَإِمَّا ذُو أَزْمِنَةٍ أَكْثَرَ إِمَّا ثَلٰثٍ وَإِمَّا أَرْبَعٍ وَمَا زَادَ وَذُو ٱلزَّمَانَيْنِ مِنْهُ مَا يُقَدِّمُ أَعْظَمُ زَمَانَيْهِ عَلَى ٱلْأَصْغَرِ فِي ٱلتَّرْتِيبِ وَمِنْهُ مَا يُقَدِّمُ أَصْغَرُهُمَا عَلَى ٱلْأَعْظَمِ فِي ٱلتَّرْتِيبِ وَذُو ٱلْأَزْمِنَةِ ٱلثَّلٰثَةِ فَأَعْظَمُهَا إِمَّا أَنْ يَكُونَ ٱلْمُقَدَّمَ وَإِمَّا ٱلْوَسَطَ وَإِمَّا ٱلْأَخِيرَ وَكَذٰلِكَ ذُو ٱلْأَزْمِنَةِ ٱلزَّائِدَةِ فِي ٱلْعَدَدِ عَلَى ثَلٰثَةٍ فَإِنَّ كُلَّ وَاحِدٍ مِنْهَا يَنْقَسِمُ هٰذِهِ ٱلْأَقْسَامَ وَأَعْظَمُ كُلِّ وَاحِدٍ مِنْ هٰذِهِ أَعْنِي ٱلْمُتَوَالِيَةَ إِمَّا ضِعْفُ مَا لَا يَنْقَسِمُ وَهُوَ ٱلْمِكْيَالُ وَإِمَّا ثَلٰثَةُ أَمْثَالِهِ وَإِمَّا أَرْبَعَةُ أَمْثَالِهِ وَأَصْغَرُ ٱلْمُتَوَالِيَةِ إِمَّا ٱلَّذِى لَا يَنْقَسِمُ وَإِمَّا ضِعْفُهُ وَإِمَّا ثَلٰثَةُ أَمْثَالِهِ i. e. „quod ad rhythmos diremtos eos adtinet, in quibus tempora [*iugata*] invicem se excipiunt plura, alia eorum habent tempora iugata aequaliter procedentia [*qui, si tempus dirimens lineola significatur, sic repraesentari possunt:* — o . o . o o . o . o — o . o . o], alii vero tempora inaequaliter procedentia [o o . o — o o . o o o . o —]. Quivis utriusque illius classis rhythmus continet aut tempus unum, aut tempora duo, aut plura, tria, quattuor, vel plura. Qui tempora duo continent, eorum alii tempus maius in collocatione praemittunt minori [*qui, si ab dextra ad sinistram procedimus, sic repraesentari possunt:* o o . o — o o . o — o o . o], alii vero tempus minus in collocatione praemittunt maiori [o . o o — o . o o — o . o o]. Qui tempora tria continent, maximum ponunt aut primum [o o . o . . o — o o . o . . o — o o . o . . o], aut medium [o o . . o . o — o o . . o . o — o o . . o . o], aut extremum [o . . o . o o — o . . o . o o — o . . o . o o]. Atque ita eorum rhythmorum, qui plura quam tria tempora continent, quivis in classes illas varias dividitur. Temporum iugatorum maximum est aut duplum temporis individui, quod quidem ipsa *mensura*

est, aut triplum illius temporis, aut quadruplum. Temporum iugatorum minimum est aut tempus individuum [pag. 127.], aut duplum eius, aut triplum."

Iam ad singulas rhythmorum diremtorum *classes*, de quibus supra pag. 134. obiter dictum est, accedamus adcuratius explicandas. Classis prima, quae ٱلْمُفَصَّلُ ٱلْأَوَّلُ *diremtus primus* vocatur, ea est, quae pulsationum iuga sive bigas continet, propterea-que ab Merâgensi ٱلْمُفَصَّلُ ٱلْأَوَّلُ ٱلثُّنَائِىُّ *diremtus primus binarius* nominatur. Tempus id, quod inter pulsationes binas illas iugatas intercedit, est aut primum, aut secundum, aut tertium, aut quartum; unde quattuor huius classis species exsistunt, quae, si tempus dirimens lineola significamus, sic repraesentari possunt:

ٱلْمُفَصَّلُ ٱلْأَوَّلُ diremtus primus.

سَرِيعُ ٱلْمُفَصَّلِ ٱلْأَوَّلِ celer diremti primi:

o o — o o — o o — o o — o o — o o — o o — o o

خَفِيفُ ٱلْمُفَصَّلِ ٱلْأَوَّلِ وَهُوَ خَفِيفُ ٱلرَّمَلِ levis diremti primi sive levis Ramali:

o . o — o . o — o . o — o . o — o . o — o . o — o . o — o . o

خَفِيفُ ثَقِيلِ ٱلْمُفَصَّلِ ٱلْأَوَّلِ وَهُوَ خَفِيفُ ٱلرَّمَلِ levis gravis diremti primi sive levis Ramali:

o . . o — o . . o — o . . o — o . . o — o . . o — o . . o — o . . o

ثَقِيلُ ٱلْمُفَصَّلِ ٱلْأَوَّلِ gravis diremti primi:

o . . . o — o . . . o — o . . . o — o . . . o — o . . . o — o . . . o

Naturam quattuor illarum specierum, temporisque, quod in iis ponitur, diri-memtis quantitatem Fârâbensis fol. 48. rect. sic describit: وَٱلْمُفَصَّلُ ٱلْأَوَّلُ مِنْهُ مَا أَزْمِنَتُهُ ٱلَّتِي بَيْنَ نَقْرَتَيْنِ نَقْرَتَيْنِ مِنْهَا أَزْمِنَةٌ لَا تَنْقَسِمُ وَهِيَ ٱلَّتِي تَتَوَالَى نَقْرَتَيْنِ نَقْرَتَيْنِ لَا يُمْكِنُ بَيْنَهُمَا نَقْرَةٌ وَبَيِّنٌ أَنَّ زَمَانَ فَاصِلَتِهِ أَطْوَلُ مِنْ كُلِّ وَاحِدٍ مِنَ ٱلزَّمَانَيْنِ ٱلَّذَيْنِ يَكْتَنِفَانِهِ وَهٰذَا أُسَمِّيهِ سَرِيعَ ٱلْمُفَصَّلِ ٱلْأَوَّلِ وَمِنْهَا مَا يَتَوَالَى نَقْرَتَيْنِ نَقْرَتَيْنِ يُمْكِنُ بَيْنَ كُلِّ ٱثْنَتَيْنِ مِنْهَا نَقْرَةٌ وَهٰذَا أُسَمِّيهِ خَفِيفَ ٱلْمُفَصَّلِ ٱلْأَوَّلِ وَمِنْهَا مَا يُمْكِنُ بَيْنَ كُلِّ نَقْرَتَيْنِ نَقْرَتَيْنِ مِنْهَا نَقْرَتَانِ وَأُسَمِّيهِ خَفِيفَ ثَقِيلِ ٱلْمُفَصَّلِ ٱلْأَوَّلِ وَمِنْهَا مَا يُمْكِنُ بَيْنَ كُلِّ نَقْرَتَيْنِ مِنْهَا ثَلَثُ نَقَرَاتٍ وَهٰذَا أُسَمِّيهِ ثَقِيلَ ٱلْمُفَصَّلِ ٱلْأَوَّلِ وَفَاصِلَةُ حَثِيثِهِ يُمْكِنُ أَنْ يَكُونَ مِثْلَىْ مَا يَكْتَنِفَانِهِ وَيُمْكِنُ أَنْ يَكُونَ أَكْثَرَ غَيْرَ أَنَّ ٱلْأَجْوَدَ أَنْ يُجْعَلَ فَاصِلَةُ ٱلْحَثِيثِ مِثْلَىْ كُلِّ وَاحِدٍ مِنَ ٱلْمُكْتَنِفَيْنِ لَهُ وَفَاصِلَةُ

خَفِيفِهِ مِثْلٌ وَنِصْفٌ وَفَاصِلَةُ خَفِيفِ ثَقِيلِهِ مِثْلٌ وَثُلْثٌ وَأَزْيَدُ وَفَاصِلَةُ ثَقِيلِهِ مِثْلٌ وَرُبْعٌ وَٱلْمُسْتَعْمَلُ مِنْ هٰذَا فَهُوَ خَفِيفُهُ وَخَفِيفُ ثَقِيلِهِ وَأَهْلُ زَمَانِنَا يُسَمُّونَ هٰذَيْنِ جَمِيعًا خَفِيفَ ٱلرَّمَلِ i. e. „Quod ad rhythmum diremtum primum adtinet, ex eo sunt rhythmi, in quibus inter pulsationes binas intercedit tempus individuum. Hi igitur pulsationes binas deinceps edunt ita, ut nulla inter eas intercedere possit pulsatio; tempus dirimens vero, quod in iis ponitur, longitudine superat quodvis temporum illorum binorum, quibus circumcluditur; quam speciem adpello *celerem diremti primi.* Deinde ex illis rhythmis ii sunt, qui pulsationes binas deinceps edunt ita, ut inter eas intercedere possit pulsatio una; quam speciem adpello *levem diremti primi.* Porro ex illis rhythmis ii sunt, quorum inter pulsationes binas intercedere possunt pulsationes duae; quam speciem adpello *levem gravis diremti primi.* Denique ex illis rhythmis ii sunt, quorum inter pulsationes binas intercedere possunt pulsationes tres; quam speciem adpello *gravem diremti primi.* Tempus dirimens, quod in eius incitato [i. e. *celeri*] ponitur, esse potest duplum temporis illius quod illud cingit, vel etiam plus; sed accommodatissimum hoc est, ut in incitato tempus dirimens sit duplum temporis cingentis. In *levi* vero tempus dirimens ponitur id, quod est unum cum dimidio; in *levi gravis* id, quod est unum cum tertia parte, vel etiam plus; in gravi id, quod est unum cum quarta parte. Quorum rhythmorum usitatiores sunt *levis* et *levis gravis;* quem utrumque homines nostri temporis nuncupant *levem Ramali.*“ Verba وَفَاصِلَةُ ثَقِيلِهِ مِثْلٌ وَرُبْعٌ in codice Fârâbensis non exstant. Fortasse per incuriam librarius ea omisit. Nam apud Merâgensem, qui pag. 92. de his rhythmis exponit, leguntur haec: در سريع ضعف ودر خفيف مثل ونصف ودر خفيف ثقيل مثل وثلث ودر ثقيل مثل وربع i. e. „in celeri [tempus dirimens] est duplum, in levi unum cum dimidio, in levi gravis unum cum tertia parte, in gravi unum cum quarta parte.“

Sequitur ٱلْمُفَصَّلُ ٱلثَّانِي *diremtus secundus* sive classis rhythmorum diremtorum secunda, quae pulsationum trigas pag. 134. continet, propterea que ab Fârâbensi et Megârensi ٱلْمُفَصَّلُ ٱلثَّانِي ٱلثُّلَاثِيُّ *diremtus secundus ternarius* adpellatur.

Haec autem classis primo species quattuor continet, quae ٱلْمُتَسَاوِي ٱلثُّلَاثِيُّ *aequalis ternarius* sive ٱلْمُفَصَّلُ ٱلثَّانِي ٱلْمُتَسَاوِي *diremtus secundus aequalis* adpellantur, quia in iis inter pulsationes iugatas singulas tempora ponuntur aequalia. Quod quidem tempus aequale, quod inter pulsationes iugatas intercedit, est aut primum, aut

secundum, aut tertium, aut quartum; unde quattuor species exsistunt, quae, si tempus dirimens lineola significamus, sic repraesentari possunt:

ٱلْمُفَصَّلُ ٱلثَّانِي ٱلْمُتَسَاوِى diremtus secundus aequalis.

سَرِيعُ ٱلْمُفَصَّلِ ٱلثَّانِي ٱلْمُتَسَاوِى celer diremti secundi aequalis:

o o o — o o o — o o o — o o o — o o o — o o o — o o o

خَفِيفُ ٱلْمُفَصَّلِ ٱلثَّانِي ٱلْمُتَسَاوِى levis diremti secundi aequalis:

o . o . o — o . o . o — o . o . o — o . o . o — o . o . o — o . o . o

خَفِيفُ ثَقِيلِ ٱلْمُفَصَّلِ ٱلثَّانِي ٱلْمُتَسَاوِى levis gravis diremti secundi aequalis:

o . . o . . o — o . . o . . o — o . . o . . o — o . . o . . o — o . . o . . o — o . . o . . o

ثَقِيلُ ٱلْمُفَصَّلِ ٱلثَّانِي ٱلْمُتَسَاوِى gravis diremti secundi aequalis:

o . . . o . . . o — o . . . o . . . o — o . . . o . . . o — o . . . o . . . o — o . . . o . . . o

Quarum specierum prima et secunda plerumque خَفِيفُ ٱلثَّقِيلِ ٱلْأَوَّلِ *levis gravis primi*, tertia et quarta vero ٱلثَّقِيلُ ٱلْأَوَّلُ *gravis primus* nuncupantur. Naturam earum Fârâbensis fol. 48. rect. et vers. sic describit: وَٱلْمُفَصَّلُ ٱلثَّانِي إِمَّا أَنْ يَكُونَ ٱلزَّمَانَانِ ٱللَّذَانِ يَحْدُثَانِ بَيْنَهَا مُتَسَاوِيَيْنِ أَوْ مُتَفَاضِلَيْنِ وَمَا كَانَ مِنْهُ زَمَانَاهُ مُتَسَاوِيَيْنِ فَلْيُسَمَّ ٱلْمُتَسَاوِىَ ٱلثُّلَاثِيَّ وَٱلْمُتَسَاوِى يَنْقَسِمُ إِلَى ٱلْأَقْسَامِ ٱلْأَرْبَعَةِ ٱلَّتِي قُسِمَ إِلَيْهَا ٱلْمُفَصَّلُ ٱلْأَوَّلُ وَلْتُؤْخَذْ أَسْمَآؤُهَا مِنْ أَسْمَآءِ ٱلْمُفَصَّلِ ٱلْأَوَّلِ i. e. „rhythmus diremtus secundus tempora illa bina, quae inter eas [i. e. inter pulsationes iugatas] intercedunt, habet aut aequalia, aut inaequalia. Qui aequalia ea habet, nuncupetur *aequalis ternarius*. Qui rhythmus aequalis in quattuor illas species dividitur, in quas diremtum primum divisimus. Nomina vero illarum specierum ex nominibus specierum diremti primi capiantur.“ Atque idem fol. 49. rect. addit: وَمِنَ ٱلْمُتَسَاوِيَةِ أَمَّا ٱلْحَثِيثُ مِنْهُ وَٱلْخَفِيفُ فَإِنَّ جُمْهُورَ ٱلْعَرَبِ يُسَمُّونَهُمَا جَمِيعًا خَفِيفَ ٱلثَّقِيلِ ٱلْأَوَّلِ وَأَمَّا ثَقِيلُهُ وَخَفِيفُ ثَقِيلِهِ فَإِنَّهُمْ يُسَمُّونَهُمَا جَمِيعًا ٱلثَّقِيلَ ٱلْأَوَّلَ i. e. „aequalium [ternariorum] incitatum et levem maior Arabum pars vocat *levem gravis primi*, gravem et levem gravis vero nuncupant *gravem primum*.“ Pro ٱلثَّقِيلَ ٱلْأَوَّلَ in codice perperam خفيف الثقيل الاول posita sunt.

Deinde classis haec secunda, sive ٱلْمُفَصَّلُ ٱلثَّانِي *diremtus secundus*, species plures

contiuct, quae ٱلْمُتَفَاضِلُ ٱلثُّلَاثِىُّ *inaequalis ternarius* sive ٱلْمُفَصَّلُ ٱلثَّانِى ٱلْمُتَفَاضِلُ *diremtus secundus inaequalis* adpellantur, quia in iis inter pulsationes ingatas tempora ponuntur inaequalia, unum maius, alterum minus. Unde fit, ut hae species in ordines duos dispertiri possint, de quibus Fàràbensis fol. 48. vers. ita dicit: وَٱلْمُتَفَاضِلُ صِنْفَانِ أَحَدُهُمَا أَنْ تَجْعَلَ ٱلْمُقَدَّمَ مِنْ زَمَانَيْهِ هُوَ ٱلْأَصْغَرَ وَٱلثَّانِى ٱلْأَعْظَمَ وَٱلثَّانِى أَنْ تَجْعَلَ ٱلْمُقَدَّمَ مِنْ زَمَانَيْهِ هُوَ ٱلْأَعْظَمُ i. e. „inaequalis sunt ordines duo; quorum alter ita comparatus est, ut temporum eius duorum minus ponas primum, maius secundum; alter vero ita, ut temporum eius duorum maius ponas primum."

Ordo ille autem, qui tempus minus ponit primum, vocatur ٱلثَّقِيلُ ٱلثَّانِى *gravis secundus*; cuius species constitui videntur tres, quorum tempora, si ex more arabico ab dextra ad sinistram procedimus, sic repraesentari possunt:

ٱلْمُتَفَاضِلُ ٱلثُّلَاثِىُّ وَهُوَ ٱلثَّقِيلُ ٱلثَّانِى inaequalis ternarius sive gravis secundus.

حَثِيثُ ٱلْمُتَفَاضِلِ ٱلثُّلَاثِىِّ incitatus inaequalis ternarii:

o . o o — o . o o — o . o o — o . o o — o . o o — o . o o — o . o o

خَفِيفُ ٱلْمُتَفَاضِلِ ٱلثُّلَاثِىِّ levis inaequalis ternarii:

o . . o . o — o . . o . o — o . . o . o — o . . o . o — o . . o . o — o . . o . o

خَفِيفُ ثَقِيلِ ٱلْمُتَفَاضِلِ ٱلثُّلَاثِىِّ levis gravis inaequalis ternarii:

o . . . o . . o — o . . . o . . o — o . . . o . . o — o . . . o . . o — o . . . o . . o

Sed etiam plures huius ordinis species constitui possunt. Nam in specie prima, si tempus minus est individuum, tempus maius non solum duplum temporis individui esse potest, sed etiam triplum, et quadruplum; atque sic porro in speciebus ceteris tempora variari possunt.

Species duae primae, incitatus et levis, vulgo adpellantur خَفِيفُ ٱلثَّقِيلِ ٱلثَّانِى *levis gravis secundi*; species tertia vero, sive levis gravis, vulgo adpellatur ٱلثَّقِيلُ ٱلثَّانِى *gravis secundus*. Porro species duae primae, incitatus et levis, adpellantur ٱلْمَاخُورِىُّ *machûricus*. Quibus de adpellationibus Fàràbensis fol. 49. rect. tradit haec: وَٱلْمُسْتَعْمَلُ مِنْ هٰذَا خَفِيفُهُ وَخَفِيفُ ثَقِيلِهِ وَقَدْ يُسْتَعْمَلُ أَيْضًا حَثِيثُهُ بَدَلَ خَفِيفِهِ وَٱلْجُمْهُورُ مِنَ ٱلْعَرَبِ يُسَمُّونَ ٱلْخَفِيفَ وَٱلْحَثِيثَ جَمِيعًا خَفِيفَ ٱلثَّقِيلِ ٱلثَّانِى وَيُسَمُّونَ خَفِيفَ ثَقِيلِهِ

ٱلثَّقِيلَ ٱلثَّانِي وَخَفِيفُهُ وَحَثِيثُهُ قَدْ يُسَمَّى ٱلْمَاخُورِيَّ أَمَّا الخَفِيفُ فَإِنَّهُمْ يُسَمُّونَهُ ٱلْمَاخُورِيَّ ٱلثَّقِيلَ والحَثِيثُ يُسَمُّونَهُ ٱلْمَاخُورِيَّ الخَفِيفَ i. e. „usitatiores harum specierum sunt levis et levis gravis, usurpaturque etiam incitatus pro levi. Maior Arabum pars levem et incitatum adpellant *levem gravis secundi*, levem gravis vero *gravem secundum*. Porro levis et incitatus interdum nominantur *machûricus*; levem enim vocant machûricum gravem, incitatum vero machûricum levem.“ Pro يُسَمُّونَ الخَفِيفَ in codice يسمون الخفيف والثقيل والحثيث posita sunt, itemque pro وَيُسَمُّونَ الحَثِيثَ in codice ويسمون ثقيله خَفِيفَ ثَقِيلِهِ scripta sunt. Quod ad ٱلْمَاخُورِيُّ *machûricum* adtinet, nomen eius fortasse significat *cauponium*, in cauponis usitatum; nam Firûsâbâdensis ٱلْمَاخُورُ *el machûr* cauponam significare dicit, fortasse ductum ab ميخوار *meichâr* i. e. vini potor, vocabulo persico. Sed apud musicos persas etiam species quaedam modulationis, sive species quaedam octavae, usitata est, quae ماهور *mahûr* adpellatur; quae unde nomen traxerit, nescio; Villoteau de l'état actuel de l'art musical en Egypte, ed. Panckoucke, pag. 30.

Ordo secundus *inaequalis ternarii* pag. 139. qui tempus maius ponit primum, vocatur ٱلرَّمَلُ *Ramal.* Cuius, perinde ut ordinis primi, species constitui possunt tres, quarum tempora, si ex more arabico ab dextra ad sinistram procedimus, sic repraesentare possumus:

ٱلْمُتَفَاضِلُ ٱلثُّلَاثِيُّ وَهُوَ ٱلرَّمَلُ   inaequalis ternarius sive Ramal.

o o . o — o o . o — o o . o — o o . o — o o . o — o o . o   spec. prim.

o . o . . o — o . o . . o — o . o . . o — o . o . . o — o . o . . o   spec. sec.

o . . o . . . o — o . . o . . . o — o . . o . . . o — o . . o . . . o   spec. tert.

Quas species Fârâbensis fol. 49. rect. sic describit: وَٱلَّذِى يَتَوَالَى نَقَرَاتُهُ ثَلَاثًا ثَلَاثًا وَكَانَ بَيْنَ ٱلْأُولَى وَٱلثَّانِيَةِ مِنْ كُلِّ ثَلَاثٍ مَسَاغٌ لِنَقْرَةٍ وَلَمْ يَكُنْ بَيْنَ ٱلثَّانِيَةِ وَٱلثَّالِثَةِ نَقْرَةٌ أَصْلًا وَصِنْفَاهُ ٱلْبَاقِيَانِ ٱللَّذَانِ يُقَابِلَانِ صِنْفَيِ ٱلَّذِى يُقَدَّمُ مِنْهُ ٱلْأَصْغَرُ عَلَى ٱلْأَعْظَمِ فَإِنَّهَا كُلُّهَا تُسْتَعْمَلُ والجُمْهُورُ مِنَ ٱلْعَرَبِ يُسَمُّونَهَا ٱلرَّمَلَ i. e. „ille [rhythmus] vero, qui pulsationes ternas edit ita, ut inter primam et secundam ternarum intersit spatium pulsationis unius, inter secundam et tertiam vero pulsatio nulla intercedere possit, speciesque huius rhythmi duae reliquae, quae speciebus duabus

illius rhythmi, in quo tempus minus maiori praemittitur, sane respondent, usurpantur omnes, vulgoque apud Arabes adpellantur Ramal.“

Tempora, quae in utroque *inaequalis ternarii* ordine ponuntur, quum iugata, tum dirimentia, Fàrâbensis fol. 48. vers. sic definit: وَٱلْأَصْغَرُ فِي هٰذِهِ إِمَّا ٱلزَّمَانُ ٱلَّذِى لَا يَنْقَسِمُ وَإِمَّا ٱلَّذِى يَنْقَسِمُ فَإِنْ كَانَ أَصْغَرُهُمَا فِي كُلِّ ٱلْجِنْسَيْنِ مَا لَا يَنْقَسِمُ فَإِنَّ أَعْظَمَهُمَا إِمَّا مِثْلَا مَا لَا يَنْقَسِمُ أَوْ ثَلَاثُ أَمْثَالِهِ أَوْ أَرْبَعَةُ أَمْثَالِهِ وَمَتَى كَانَ ٱلْأَعْظَمُ مِثْلَىْ مَا لَا يَنْقَسِمُ كَانَتِ ٱلْفَاصِلَةُ مِثْلَ وَنِصْفَ ٱلْأَعْظَمِ أَوْ مِثْلَىِ ٱلْأَعْظَمِ وَإِنْ كَانَ ثَلٰثَةَ أَمْثَالِ مَا لَا يَنْقَسِمُ فَٱلْفَاصِلَةُ مِثْلَ وَثُلْثَ ٱلْأَعْظَمِ وَمَتَى كَانَ ٱلْأَعْظَمُ أَرْبَعَةَ أَمْثَالِ مَا لَا يَنْقَسِمُ كَانَتِ ٱلْفَاصِلَةُ مِثْلَ وَرُبْعَ أَوْ مِثْلَ وَخُمْسَ ٱلْأَعْظَمِ وَقَدْ يُمْكِنُ أَنْ تَجْعَلَ أَصْغَرَ ٱلزَّمَانَيْنِ ضِعْفَ مَا لَا يَنْقَسِمُ فَيَصِيرَ ٱلْأَعْظَمُ مِثْلَ وَنِصْفَ ٱلْأَصْغَرِ وَمَتَى جُعِلَ ٱلْأَصْغَرُ ثَلٰثَةَ أَمْثَالِ مَا لَا يَنْقَسِمُ صَارَ ٱلْأَعْظَمُ مِثْلَ وَثُلْثَ ٱلْأَصْغَرِ i. e. „tempus minus in his [rhythmis] est aut individuum, aut dividium. Quodsi in utroque ordine tempus minus est individuum, tum tempus maius est aut duplum temporis individui, aut triplum, aut quadruplum. Si tempus maius est duplum temporis individui, tum tempus dirimens est unum tempus maius cum dimidio, aut duplum temporis maioris. Si tempus maius est triplum temporis individui, tum tempus dirimens est unum tempus maius cum tertia eius parte. Si tempus maius est quadruplum temporis individui, tum tempus dirimens est unum tempus maius cum quarta eius parte, aut unum tempus maius cum quinta eius parte. Porro tempus minus poni potest id, quod duplum temporis individui est; tum tempus maius fit unum tempus minus cum dimidio. Quodsi tempus minus est triplum temporis individui, tum maius fit unum tempus minus cum tertia eius parte.“

Pro مِثْلَ وَرُبْعَ in codice مثلا وربعا posita sunt, atque ita etiam pro مِثْلَ وَثُلْثَ ٱلْأَصْغَرِ interdum مثلا وثلث الاصغر ibi exstant. Sed in chrestomathia Sacyi tom. 2. pag. 122. ar. فَكَانَتْ كِتَابَةُ ٱلْعَرَبِ بَدَوِيَّةً مِثْلَ أَوْ قَرِيبًا مِنْ كِتَابَتِهِمْ لِهٰذَا ٱلْعَهْدِ posita inveniuntur.

In utroque *inaequalis ternarii* ordine perinde, ut in ceteris rhythmis omnibus, tempus dirimens, quod poni potest, omnium maximum est *tempus quintum* pag. 128.

igiturque temporum iugatorum, quae poni possunt, maximum est tempus quartum. Qua de re Fàràbensis fol. 49. vers. ita dicit: فَإِنَّ أَعْظَمَ زَمَانٍ يَقَعُ فِي ٱلْمُتَوَالِيَةِ هُوَ أَرْبَعَةُ أَمْثَالِ ٱلْأَوَّلِ ٱلْمَفْرُوضِ مِكْيَالًا مِنْ قِبَلِ أَنَّهُ مَتَى ٱسْتُعْمِلَ فِي ٱلْمُتَوَالِيَةِ خَمْسَةُ أَمْثَالِ ٱلْمِكْيَالِ صَارَتْ فَاصِلَتُهُ أَعْظَمَ مِنْ ذَلِكَ وَٱلنَّغْمَةُ مَتَى تَبَاعَدَتْ مِنَ ٱلنَّغْمَةِ هَذَا ٱلْمِقْدَارَ مِنَ ٱلْبُعْدِ فِي ٱلزَّمَانِ وَتَأَخَّرَتِ ٱلتَّالِيَةُ عَلَى ٱلْمُتَقَدِّمَةِ هَذَا ٱلتَّأَخُّرَ صَارَتِ ٱلتَّالِيَةُ كَنَغْمَةٍ مُسْتَأْنَفَةٍ لَمْ يَتَقَدَّمْهَا نَغْمَةٌ أَصْلًا i. e. „temporum, quae in pulsationes iugatas cadunt, maximum est quadruplum temporis primi, quod *mensura* esse existimatur, quia, si in pulsationibus iugatis quintuplum illius mensurae usurparetur, tempus dirimens supra quintuplum hoc excresceret. Si vero tanto temporis intervallo ab sono distat sonus alter, tamque tarde sonum praecedentem subsequitur sonus subiunctus, tum sonus subiunctus fit similis sono exordienti, quem non praecessit sonus ullus."

Sequitur ٱلْمُفَصَّلُ ٱلثَّالِثُ *diremtus tertius* sive classis rhythmorum diremtorum tertia, quae pulsationum quadrigas pag. 134. continet, propterea que ab Fàràbensi et Meràgensi ٱلرُّبَاعِيُّ *quaternarius* adpellatur.

Quae classis primo perinde, ut classis secunda pag. 138. species quattuor continet, quae ٱلْمُتَسَاوِى ٱلرُّبَاعِيُّ *aequalis quaternarius* vocantur, quia in iis inter pulsationes iugatas singulas tempora ponuntur aequalia:

o o o o — o o o o — o o o o — o o o o — o o o o — o o o o	celer.
o . o . o . o — o . o . o . o — o . o . o . o — o . o . o . o	levis.
o . . o . . o . . o — o . . o . . o . . o — o . . o . . o . . o	levis gravis.
o . . . o . . . o . . . o — o . . . o . . . o . . . o	gravis.

Deinde haec classis tertia eas quoque species continet, quae inter pulsationes iugatas tempora ponunt inaequalia, propterea que ٱلْمُتَفَاضِلُ ٱلرُّبَاعِيُّ *inaequalis quaternarius* vocantur. Usurpantur vero eae tantum, in quibus temporum iugatorum duo sunt aequalia, ut: o . . o . o . . o — o . . o . o . . o — o . . o . o . . o et o . o . . o . o — o . o . . o . o — o . o . . o . o huiusque generis alia. De *inaequali quaternario* Fâràbensis fol. 49. rect. ita disserit: وَمَتَى كَانَتْ نَقَرَاتُهُ تَتَوَالَى أَرْبَعًا أَرْبَعًا فَإِنَّهَا كُلُّهَا تُسَمَّى ٱلرُّبَاعِيَّاتِ وَمِنْهَا مَا هُوَ مُتَسَاوِى ٱلْأَزْمَانِ ٱلثَّلٰثَةِ وَمِنْهَا مَا هُوَ مُتَفَاضِلٌ وَٱلْمُتَسَاوِى مِنْهُ يَنْقَسِمُ ٱلْأَقْسَامَ ٱلْأَرْبَعَةَ ٱلَّتِي سَلَفَتْ

وَٱلْمُتَفَاضِلُ إِمَّا أَنْ تَكُونَ ٱلثَّلَثَةُ كُلُّهَا مُتَفَاضِلَةً وَهٰذِهِ فَلَيْسَ يُسْتَعْمَلُ شَىْءٌ مِنْهَا وَإِمَّا أَنْ يَكُونَ ٱثْنَانِ مِنْهَا مُتَسَاوِيَيْنِ وَٱلْوَاحِدُ مِنْهَا أَصْغَرَ أَوْ أَعْظَمَ وَهٰذَا يَنْقَسِمُ صِنْفَيْنِ أَحَدُهُمَا أَنْ يَكُونَ ٱلْمُتَسَاوِيَانِ كُلُّ وَاحِدٍ مِنْهُمَا أَعْظَمَ مِنَ ٱلْوَاحِدِ ٱلْمُفْرَدِ وَٱلثَّانِى أَنْ يَكُونَ كُلُّ وَاحِدٍ مِنَ ٱلْمُتَسَاوِيَيْنِ أَصْغَرَ مِنَ ٱلْوَاحِدِ ٱلْمُفْرَدِ وَكُلُّ وَاحِدٍ مِنْ هٰذَيْنِ ٱلصِّنْفَيْنِ إِمَّا أَنْ يُوضَعَ ٱلْوَاحِدُ ٱلْمُفْرَدُ مِنْهُمَا فِى ٱلطَّرَفِ ٱلْمُقَدَّمِ وَإِمَّا فِى ٱلْوَسَطِ وَإِمَّا فِى ٱلطَّرَفِ ٱلْأَخِيرِ وَلَيْسَ يَعْسُرُ عَلَيْكَ تَعْدِيدُهَا غَيْرَ أَنَّ ٱلْوَاحِدَ ٱلْمُفْرَدَ مَتَى كَانَ أَصْغَرَ مِنْ كُلِّ وَاحِدٍ مِنَ ٱلْمُتَسَاوِيَيْنِ وَكَانَ مُرَتَّبًا فِى ٱلْوَسَطِ فَإِنَّ ٱلْجُمْهُورَ يُقِيمُونَهُ كَثِيرًا مَقَامَ ٱلثَّقِيلِ ٱلثَّانِى وَيُسَمُّونَهُ بِٱسْمِهِ i. e. „Si pulsationes deinceps eduntur quaternae, tum rhythmi vocantur *quaternarii*; quorum alii tempora tria [iugata] continent aequalia, alia inaequalia. Quaternarius aequalis in quattuor illas species dividitur, quas posuimus supra. Inaequalis aut tempora illa tria ponit inaequalia omnia, cuius ordinis vero species usitata non est ulla; aut temporum illorum duo ponit aequalia, unum vero ceteris minus vel maius. Cuius ordinis sunt species duae. In altera quodvis temporum aequalium est maius quam tempus tertium singulum [o . . o . . o . . o]. In altera vero quodvis temporum aequalium est minus quam tempus tertium singulum [o . o . . o . o]. Quarum specierum utraque tempus tertium singulum ponit aut ab lateri anteriori, aut in medio, aut ab lateri posteriori. Quas species enumerare singulas, tibi difficile non erit. Quodsi tempus tertium singulum minus quam temporum aequalium quodvis est, et in medio ponitur, tum maior hominum pars hunc rhythmum saepe pro *gravi secundo* usurpat, huiusque nomen illi tribuit.“ Pro فِى ٱلطَّرَفِ ٱلْمُقَدَّمِ وَإِمَّا فِى ٱلْوَسَطِ وَإِمَّا فِى ٱلطَّرَفِ ٱلْأَخِيرِ in codice Fârâbensis verba manca فى الطرف واما فى الطرف الاخير posita sunt. Sed in codice Merâgensis pag. 92. recte scripsit librarius haec: دو متساوى باشى ويكى متفاضل يا در آخر بوذ يا در وسط يا در اول i. e. „duo erunt aequalia, unum vero inaequale aut in extremo ponetur, aut in medio, aut ab initio.“ Pro باشد *erit* apud Merâgensem semper fere باشى ponitur.

Denique Fârâbensis loco illo, quo de rhythmis variis generatim exponit fol. 49. rect. haec adiicit: ثُمَّ سَائِرُ ٱلْأَقْسَامِ ٱلَّتِى تَبْقَى مِنَ ٱلْإِيقَاعَاتِ فَلَيْسَ مِنْهَا شَىْءٌ يَسْتَعْمِلُهُ جُمْهُورُ ٱلْعَرَبِ فِى زَمَانِنَا هٰذَا وَكَثِيرٌ مِنْهَا يَسْتَعْمِلُهُ غَيْرُهُمْ مِنَ ٱلْأُمَمِ وَمَتَى

أَحَبَّ ٱلْإِنْسَانُ ٱسْتِيفَآءَ أَقْسَامِهَا فَلَيْسَ يَعْسُرُ عَلَيْهِ ذَلِكَ إِذَا ٱحْتَذَى فِي تَعْدِيدِهَا حَذْوَنَا فِيمَا عَدَّدْنَا مِنْهَا وَلَيْسَ يَعْسُرُ مَعَ ذَلِكَ تَمْزِيجُ هَذِهِ وَتَرْكِيبُهَا فَإِنَّ أَكْثَرَ مَا تَسْتَعْمِلُهُ ٱلْمُزَاوِلُونَ لِأَعْمَالِ هَذِهِ ٱلصِّنَاعَةِ إِنَّمَا يَسْتَعْمِلُونَ مَمْزُوجَاتِهَا i. e. „ceterae, quae supersunt, rhythmorum species apud maiorem Arabum partem nostro tempore plane non usitatae sunt. Sed multas earum usurpant gentes aliae. Quas species quicunque recensere vult, facile hoc perficiet, si in iis enumerandis eo modo utitur, quem in enumeratione nostra tenuimus. Neque rhythmos illos miscere et componere difficile tibi erit; quicunque enim rebus huius artis operam dant, non usurpant nisi mixtos."

2. **Quomodo Fârâbensis de rhythmis speciatim dicat, exponitur.**

In iis, quae ex Fârâbensis libro adhuc adtulimus, de generibus quidem rhythmorum variis, et classibus, speciebusque, iam dictum est, sed ita tamen, ut potissimum primitiva singulorum generum natura generaliter tantum definiretur. Alio vero libri loco, qui in codice Lugdunensi fol. 102—108. exstat, Fârâbensis in exponendis *rhythmis specialibus* ٱلْإِيقَاعَاتُ ٱلْجُزْئِيَّةُ ita versatur, ut primo quomodo ex una rhythmi forma simpliciori, quae ٱلْأَصْلُ *radix* sive ٱلْمَبْدَأُ *principium* vocatur, per varias eius mutationes ceteri rhythmi omnes, quotquot sunt, enasci dici possint, demonstret, deinde vero quales rhythmorum usitatiorum septem, *Hesedschi*, *levis Ramali*, *gravis Ramali* sive *Ramali*, *gravis secundi*, *levis gravis secundi* sive *machûrici*, *gravis primi* et *levis gravis primi*, mutationes ab citharoedis et fidicinibus usurpentur, explicet, et qua ratione homines illi, qui artem musicam ad usum quotidianum transferunt, rhythmos illos usitatiores, eorumque mutationes, definire soleant. Nam alio definiendi modo homines litteris eruditi utuntur, alio citharoedi et fidicines. Hi enim, ut Fârâbensis perhibet, rhythmos non ita definiunt, ut ex quot temporibus, qualibusque, certus quidam rhythmus compositus sit, dicant, sed ita potius, ut ex quot pulsationibus, qualibusque, vel fortibus, vel lenibus, rhythmus sit componendus, praecipiant. Quas pulsationes, si fortes sunt, syllaba تَنْ *tan*, si lenes sunt, syllaba تَ *ta*, Fàràbensis significare videtur.

De pulsationum *fortium*, *mediocrium* et *lenium* discrimine Fàràbensis fol. 102. rect. trad. haec: وَلْيَكُنْ أَطْرَافُ ٱلزَّمَانِ لِلْإِيقَاعَاتِ هَاهُنَا مَحْدُودَةً بِٱلنَّقَرَاتِ وَلْنَفْرِضِ ٱلنَّقَرَاتِ فِي مَرَاتِبَ ثَلَثٍ مِنْهَا نَقْرَةٌ قَوِيَّةٌ وَمِنْهَا لَيِّنَةٌ وَمِنْهَا مُتَوَسِّطَةٌ وَٱلْقَوِيَّةُ تُشْبِهُ ٱلتَّنْوِينَ فِي ٱللِّسَانِ ٱلْعَرَبِيِّ وَٱلْمُتَوَسِّطَةُ تُشْبِهُ حَرَكَةَ ٱلْحَرْفِ فِي لَيَانِهِ

وَٱللَّيِّنَةُ تُشْبِهُ إِشْمَامَ ٱلحَرَكَةِ فِي ٱلحَرْفِ أَوْ رَوْمَ ٱلحَرَكَةِ وَبَعْضُ ٱلنَّاسِ يُوقِعُ ٱسْمَ ٱلنَّقْرَةِ عَلَى مَا كَانَ مِنْهَا قَوِيًا تَامًّا فَقَطْ وَأَمَّا ٱلْمُتَوَسِّطَةُ فَإِنَّهُ يُسَمِّيهِ ٱلْمَتْخَةَ وَٱللَّيِّنَةَ غَمْزَةً وَٱلْأَجْوَدُ أَنْ تَنْقُلَ إِلَيْهَا أَسْمَآءَ أَشْبَاهِهَا مِنَ ٱلحُرُوفِ وَيُؤْخَذَ ذَلِكَ عَنْ عِلْمِ أَهْلِ ٱلنَّحْوِ فِي كُلِّ لِسَانٍ فَأَمَّا نَحْنُ فَإِنَّا نَنْقُلُ إِلَيْهَا أَسْمَآءَ أَشْبَاهِهَا ٱلَّتِي تُسَمِّي بِهَا أَهْلُ ٱلنَّحْوِ فِي ٱللِّسَانِ ٱلْعَرَبِيِّ فَنُسَمِّي ٱللَّيِّنَةَ ٱلرَّوْمَ وَٱلْمُتَوَسِّطَةَ ٱلْإِشْمَامَ

i. e. „sint igitur termini temporis rhythmorum hoc loco pulsationibus finiti, sumamusque pulsationum gradus esse tres, ita ut aliae sint fortes, aliae lenes, aliae mediocres. Pulsatio fortis est similis nûnationi, qua in sermone arabico utuntur; mediocris lenitate sua refert litteram vocali motam; lenis litteram refert vocali tenuissima, quae Ischmâm vel Raum vocatur, motam. Nonnulli vero homines eam tantum, quae plane fortis est, *pulsationem* adpellant; mediocrem enim nuncupant *percussionem*, lenem denique *nictationem*. Sed praestat transferre ad pulsationes nomina litterarum earum, quae illis similes sunt; quae quidem in unaquaque lingua ex arte grammaticorum sumi oportet. Nos itaque ad pulsationes transferimus litterarum illis similium nomina, quibus in sermone arabico utuntur grammatici, propptereaque pulsationem lenem adpellamus *raum*, mediocrem *ischmâm.*"

Hoc igitur loco Fârâbensis pulsationem *fortem* aequalem esse sumit syllabae *tan,* quae nûnata est, sive vocalem habet, *n* littera terminatam; pulsationem *mediocrem* aequat syllabae *ta,* quae vocali terminatur; *lenem* vero syllabae *t'*, quae vocali terminatur tam tenui, ut vix percipiatur. Quam vocalem omnium tenuissimam Arabes رَوْمٌ *raum* i. e. *nisum* adpellant, vel إِشْمَامٌ *ischmâm* i. e. *odorationem*, quia per eam quasi odor tantum vocalis impertitur consonanti; qua de re Sacyus in grammatica arabica tom. 1. pag. 42—45. exposuit. Vocabulum ٱلْمَتْخَةُ *percussionem*, quod posui, in codice Fârâbensis sine punctis diacriticis scriptum exstat.

Deinde Fârâbensis eodem folio de ٱلْمَبْدَأُ *principio* rhythmorum omnium, sive simplicissima rhythmi forma, ex qua rhythmi ceteri enasci dici possunt, perhibet haec:

وَٱلَّذِي فَرَضْنَا أَقْدَمَ جَمِيعِ أَصْنَافِ ٱلْإِيقَاعَاتِ وَنُشِيرُ إِلَيْهِ فَهُوَ ٱلْمُوَصَّلُ ٱلَّذِي لِزَمَنُهُ مَا بَيْنَ نَقَرَاتِهِ أَطْوَلُ زَمَانٍ يَكُونُ فِي ٱلْإِيقَاعِ وَهُوَ هَذَا

تن تن تن تن

وَإِنَّمَا جَعَلْنَا هَذَا ٱلضَّرْبَ مَبْدَأً لِسَائِرِ ٱلْإِيقَاعِ مِنْ قِبَلِ أَنَّهُ بِٱلْقُوَّةِ جَمِيعُ ٱلْإِيقَاعَاتِ

فَإِنَّ ٱلْمُسْتَعْمَلَ لَهُ يُمْكِنُ أَنْ يُلْحِقَ بِهِ أَصْنَافَ ٱلْإِيقَاعَاتِ كُلَّهَا فَإِنَّ ٱلْإِنْسَانَ إِنْ
سَاوَقَ أَوَّلَ نَقْرَةٍ مِنْهُ بِأَوَّلِ نَقْرَةٍ مِنْ إِيقَاعٍ مَا مُفَصَّلٍ ثُمَّ يَسْكُنُ إِلَى أَنْ يُرَادَ بِدَايَةُ
ٱلدَّوْرِ ٱلثَّانِي فَيُسَاوِقُ بِٱلنَّقْرَةِ ٱلثَّانِيَةِ مِنْ هٰذَا ٱلصِّنْفِ أَوَّلَ نَقْرَةٍ مِنَ ٱلدَّوْرِ ٱلثَّانِي
ثُمَّ يَسْكُنُ حَتَّى يَنْقَضِيَ ٱلثَّانِي وَيَعُودُ دَوْرٌ ثَالِثٌ فَيَجْعَلُ ٱلنَّقْرَةَ ٱلثَّالِثَةَ بِحِذَآءِ أَوَّلِ
نَقْرَةٍ فِي ٱلدَّوْرِ ٱلثَّالِثِ وَكَذٰلِكَ إِذَا كَانَتْ كُلُّ نَقْرَةٍ فِي هٰذَا ٱلْإِيقَاعِ تُجْعَلُ بِحِذَآءِ
أَوَّلِ نَقْرَةٍ مِنْ كُلِّ دَوْرٍ مِنْ أَدْوَارِ ٱلْإِيقَاعَاتِ ٱلْمُفَصَّلَةِ فَإِنَّهُ يُلْحِقُ بِهٰذَا ٱلْإِيقَاعِ
أَصْنَافَ ٱلْمُفَصَّلَاتِ كُلَّهَا وَكَذٰلِكَ إِنْ جَعَلَ كُلَّ نَقْرَةٍ فِي هٰذَا ٱلْإِيقَاعِ نَحْوَ آخِرِ نَقْرَةٍ
فِي كُلِّ دَوْرٍ مِنْ أَدْوَارِ ٱلْمُفَصَّلَاتِ أَلْحَقَ مِنْهَا أَيْضًا أَصْنَافَهَا كُلَّهَا فَلِذٰلِكَ يُمْكِنُ
أَنْ يُجْعَلَ هٰذَا ٱلْإِيقَاعُ هُوَ جَمِيعُ ٱلْمُفَصَّلَاتِ بِٱلضَّمِيرِ أَوْ أَنْ يُجْعَلَ جَامِعًا لِجَمِيعِ
أَصْنَافِهَا فَلِذٰلِكَ جَعَلْنَاهُ نَحْنُ جَمِيعَ ٱلْإِيقَاعِ بِٱلْقُوَّةِ وَفَرَضْنَاهُ مَبْدَأً مِنْهُ تَنْشَأُ سَائِرُ
ٱلْإِيقَاعَاتِ كُلِّهَا i. e. „omnium vero rhythmi specierum antiquissimam, ad quam remittimus, cum sumimus esse rhythmum *coniunctum*, inter cuius pulsationes intercedit temporum, quae in rhythmo exstare possunt, longissimum; qui rhythmus hic est:

tan *tan* *tan* *tan.*

Quam rhythmi speciem ideo ceterorum rhythmorum principium constituimus, quia haec species potentia continet rhythmos cunctos. Nam qui eam usurpat, ad eam adnectere potest species rhythmorum omnium. Quippe si quis pulsationi illius primae primam alicuius rhythmi *diremti* pulsationem subiungit, deinde quiescit quoad initium periodi secundae intendatur, tum vero secundum huius rhythmi [*diremti*] pulsationem primae pulsationi periodus secundae [*coniunctae*] subiungit, iterumque quiescit, quoad periodus secunda sit finita, deinde vero periodus tertia sequitur, tumque ille homo pulsationem tertiam [*speciei illius coniunctae*] loco pulsationis primae periodus tertiae ponit, atque ita si singulae illius rhythmi [*coniuncti*] pulsationes loco pulsationis primae uniuscuiusque periodi rhythmorum diremtorum ponuntur, tum ille homo illi rhythmo [*coniuncto*] species rhythmorum diremtorum adnectit omnes. Eademque ratione si singulas illius rhythmi [*coniuncti*] pulsationes loco pulsationis extremae in unaquaque rhythmorum diremtorum periodo ponit, tum item species eorum adnectit omnes. Unde fit, ut species illa [*coniuncta*] rhythmos diremtos omnes mente complecti dici possit, vel omnes eorum species continere. Quapropter speciem illam [*coniunctam*] potentia

rhythmum quemvis continere sumsimus, principiumque, ex quo rhythmi ceteri omnes finguntur, eam posuimus."

Rhythmus ille coniunctus: *tan* *tan* *tan*, quem hoc loco *primitivum* Fàrâbensis ponit, idem esse videtur, qui supra pag. 131. *gravis Hesedschi* nuncupatus est; nam inter primitivi pulsationes longissimum eorum temporum, quae in rhythmis poni possunt, intercedere dicitur, quod et ipsum in gravi Hesedschi fit Pro ٱلْمُسْتَعْمَلُ لَهُ يُمْكِنُ أَنْ يَلْحَقَ in codice المستعمل لـه يلحق posita sunt. Pro ٱلْمُفَصَّلَةُ *diremti* in codice passim ٱلْمُنْفَصِلَةُ scriptum est, quod idem significat; atque ita pro ٱلْمُوَصَّلُ *rhythmus coniunctus* in libro كَنْزُ ٱلتُّحَفِ i. e. thesaurus donorum pag. 36. ponitur ٱلْمُتَّصِلُ vocabulum, quod et ipsum significat: *coniunctum*. Porro apud Fàrâbensem ٱلْمُتَتَالِيَةُ et ٱلْمُتَوَالِيَةُ *iugata* sive *deinceps posita* eodem sensu dicuntur.

De temporis illius longissimi, quod inter rhythmi primitivi pulsationes intercedit, quantitate Fàrâbensis fol. 102. vers. ita disserit: وَجَعَلْنَا أَطْوَلَ زَمَانٍ يَقَعُ بَيْنَ نَقْرَتَيْنِ مِنْ هٰذِهِ ٱلنَّقَرَاتِ مُسَاوِيًا لِزَمَانِ أَطْوَلِ ٱلْمُدَّاتِ ٱلَّتِي تُحْصَرُ بِٱلْإِيقَاعَاتِ مِنْ قِبَلِ أَنَّ ٱمْتِدَادَاتِ ٱلنَّغَمِ ٱلَّتِي لَيْسَتْ تَنْتَظِمُ بِٱلْإِيقَاعَاتِ ٱمْتِدَادَاتٌ غَيْرُ مَحْدُودَاتٍ فَأَمَّا ٱمْتِدَادَاتُ ٱلنَّغَمِ ذَوَاتُ ٱلْإِيقَاعِ فَمَحْدُودَةٌ وَأَطْوَلُ مُدَّةٍ فِي نَغَمٍ ذَوَاتِ إِيقَاعٍ عَلَى مَا يُسْتَعْمَلُ أَكْثَرَ ذٰلِكَ وَعَلَى ٱلْأَمْرِ ٱلْأَوْسَطِ قَرِيبٌ مِنْ زَمَانِ ٱلتَّعَلُّقِ بِثَمَانِيَةِ أَسْبَابٍ خَفِيفَةٍ وَوَقْفَةٍ تَعْقُبُ زَمَانُهَا قَرِيبٌ مِنْ ضِعْفِ ذٰلِكَ ٱلزَّمَانِ ٱلَّذِي يَقَعُ بَيْنَ سَبَبَيْنِ خَفِيفَيْنِ وَذٰلِكَ مَتَى نُطِقَ بِهَا عَلَى ٱتِّصَالٍ مِنْ غَيْرِ أَنْ تُجْعَلَ لَهَا فَوَاصِلُ i. e. „atque longissimum tempus, quod inter illarum pulsationum binas intercedere possit, posuimus esse aequale longissimo extentionum earum, quae rhythmis coercentur. Nam productiones sonorum eae, quae non per rhythmos ordinantur, sunt productiones non finitae; productiones sonorum eae vero, quae rhythmo digeruntur, sunt finitae. Extentio vero sonorum rhythmo digestorum longissima, quae plerumque usurpatur, ipsaque media est, ad tempus id prope accedit, quod impenditur in octo *funes leves*, pausamque subiunctam, cuius tempus prope accedit ad duplum temporis illius, quod inter duos *funes leves* cadit; quae ita accipienda sunt, ut funes leves pronuntientur coniunctae sine temporibus dirimentibus." *Funem levem* metrici Arabes syllabam adpellant, quae

consonantes duas vocali interceptas continet, ut: بَلْ *bal*, كُنْ *kun*, تَنْ *tan*. Pro تُعَقِّبُ *quae sequitur*, quod ex coniectura posui, in codice تعز scriptum est; sed تُعَقِّبُ ponendum esse, ex loco infra pag. 149. adlato veri simile fit.

Ex *principio* ٱلْمَبْدَأ sive *rhythmo primitivo*, qui igitur rhythmus *coniunctus* est, inter cuius pulsationes tempora intercedunt longissima:

tan *tan* *tan* *tan*

primo duae rhythmorum coniunctorum classes enascuntur, quarum altera غَيْرُ ٱلْمُنْتَظِمِ *non ordinatus*, altera ٱلْمُنْتَظِمُ *ordinatus*, vocatur. Rhythmus non ordinatus ex pulsationum multiplicatione exsistit, quam ut sibi libuerit quisque constituit. Qua de re Fàrâbensis fol. 102. vers. ita dicit: وَإِنْشَآءِ سَائِرِ ٱلْإِيقَاعَاتِ مِنْ هٰذَا ٱلْمَبْدَأِ مِنْهُ مُنْتَظِمٌ وَمِنْهُ غَيْرُ مُنْتَظِمٍ وَغَيْرُ ٱلْمُنْتَظِمِ هُوَ إِضْعَافُ كُلِّ وَاحِدَةٍ مِنْ هٰذِهِ ٱلنَّقَرَاتِ عَلَى مَا يُرِيدُهُ ٱلْإِنْسَانُ إِمَّا ٱثْنَتَيْنِ ٱثْنَتَيْنِ أَوْ ثَلَاثًا ثَلَاثًا أَوْ أَرْبَعًا أَرْبَعًا ثُمَّ ٱلتَّبْعِيدُ بَيْنَهُمَا وَٱلتَّقْرِيبُ عَلَى حَسْبِ مَا يَخْتَارُهُ ٱلْإِنْسَانُ فَلْنَتْرُكْ هٰذَا ٱلنَّحْوَ مِنَ ٱلْإِنْشَآءِ وَلْنُقْبِلْ عَلَى ٱلْمُنْتَظِمِ i. e. „quod ad rhythmos ceteros ex illo principio fingendos adtinet, ex iis sunt rhythmus ordinatus et rhythmus non ordinatus. *Non ordinatus* in eo versatur, ut pulsationum illarum unaquaeque duplicetur ita, ut binae, vel ternae, vel quaternae edantur, deindeque tempus inter duas interpositum aut producatur, aut coarctetur, ut cuivis libuerit. Sed relinquamus hunc fingendi modum, atque ad ordinatum accedamus.“

Rhythmi *ordinati* species primo ponuntur sex, quae tempus illud longissimum, quod funes leves octo pausamque subiunctam longiorem continet, atque inter rhythmi primitivi pulsationes intercedit, gradatim ita contrahunt, ut species prima septem tantum funes leves inter pulsationes interponat, secunda sex, tertia quinque, quarta quattuor, quinta tres, sexta duo, singulis vero pulsationibus pausa quaedam subiungatur. Deinde species rhythmi ordinati duae adduntur, quarum pulsationibus pausa non subiungitur; quae igitur motu utuntur celeriori. Hunc certe verborum ab Fàrâbensi positorum sensum esse coniicio, quae fortasse non integra librarius fol. 103. rect. sic reddidit: فَنَقُولُ أَنَّ ٱلْمُنْتَظِمَ مُتَفَاوِتٌ أَحَدُهَا أَنْ يُبْدَأَ أَوَّلًا فَيُقَرِّبَ مَا بَيْنَ أَزْمِنَةِ ٱلْمَبْدَإِ فَإِذَا أُسْقِطَ مِنْهُ زَمَانُ ٱلْوَقْفَةِ ٱلَّتِي تُعَقِّبُ ٱلْأَسْبَابَ ٱلثَّمَانِيَةَ حَصَلَ زَمَانٌ يُحِدُّهُ ٱلنُّطْقُ بِثَمَانِيَةِ أَسْبَابٍ خَفِيفَةٍ وَكُلُّ سَبَبٍ مِنْهَا يُحَاكِي نَقْرَةً تُعَقِّبُهَا وَقْفَةٌ يَسِيرَةٌ لَزِمَ أَنْ

يَكُونَ هَذَا ٱلزَّمَانُ مُسَاوِيًا لِسَبْعَةِ أَزْمَانٍ تَقَعُ مَا بَيْنَ ٱلنَّقَرَاتِ الخِفَافِ لَا تُعَقَّبُ
وَقَفَاتٍ يَسِيرَةً فَإِذَا قُرِّبَ مَا بَيْنَ نَقَرَاتِ هَذَا ٱلْمَبْدَإِ إِلَى أَنْ يَنْتَهِيَ إِلَى أَقَلِّ زَمَانٍ
يَقَعُ بَيْنَ نَقْرَتَيْنِ حَدَثَ مِنْهُ سِتُّ إِيقَاعَاتٍ مَوْصُولَاتٍ . . . .
. . . . فَهَذِهِ هِيَ ٱلْمَوْصُولَاتُ ٱلَّتِي تُعَقِّبُ
نَقَرَاتِهَا وَقَفَاتٌ وَأَمَّا ٱلْمَوْصُولَاتُ ٱلَّتِي لَا تُعَقِّبُ نَقَرَاتِهَا وَقَفَاتٌ فَهِيَ صِنْفَانِ أَحَدُهُمَا
هُوَ ٱلَّذِي يُعَقِّبُ نَقَرَاتِهَا أَسْرَعُ نَقْلَةٍ بَيْنَ نَقْرَتَيْنِ وَٱلثَّانِي هُوَ ٱلَّذِي يُعَقِّبُ نَقَرَاتِهَا
حَرَكَاتٌ أَبْطَأُ مِنْ أَسْرَعِ نَقْلَةٍ تُمْكِنُ هَذَا بَيْنَهُمَا وَأَسْرَعُ مِنْ نَقْلَةٍ تَتَعَدَّدُ مِنْهَا
وَقْفَةٌ بَعْدَ نَقْرَةٍ وَهَذَا ٱلثَّانِي مُتَوَسِّطٌ فِي زَمَانٍ بَيْنَ زَمَانِ أَخَفِّ ٱلْمَوْصُولَاتِ وَبَيْنَ
ٱلسَّادِسِ مِنْ ذَوَاتِ ٱلْوَقَفَاتِ وَهَذَانِ زَائِدَانِ عَلَى ٱلسِّتَّةِ ٱلَّتِي أَحْصَيْنَاهَا i. e. „dicimus igitur, ***rhythmum ordinatum*** esse varium. Prima eius classis in eo versatur, ut primo id, quod inter tempora rhythmi primitivi interpositum est, coarctet. Si enim tempus pausae illius, quae octo funibus illis levibus subiungitur, supprimunt, tum tempus paratur, quod funium octo levium pronuntiatio finit. Quivis vero illorum funium similis est pulsationi, quam pausa exigua sequitur. Itaque hoc tempus non potest non esse aequale septem [***exciderunt fortasse nonnulla***] temporibus, quae inter pulsationes leves cadunt, neque subiunctas habent pausas exiguas. Quodsi igitur id, quod inter rhythmi primitivi pulsationes interpositum est, ita coarctatur, ut denique ad eorum temporum, quae inter pulsationes duas intercedere possunt, minimum descendant, rhythmi coniuncti sex inde exsistunt. . . . .
Hi igitur sunt rhythmi coniuncti ii, quorum pulsationibus subiunguntur pausae. Quod vero ad rhythmos coniunctos eos adtinet, quorum pulsationibus non subiunguntur pausae, eorum sunt species duae. Altera pulsationibus suis transitum, qui inter pulsationes duas fieri possunt, celerrimum subiungit; altera pulsationibus motus eos subiungit, qui tardiores quam transitus, qui intercedere potest celerrimus, quidem sunt, sed celeriores tamen quam transitus ille, ex quo pausa post pulsationem paratur. Quae species secunda, quod ad tempus adtinet, est media inter rhythmorum coniunctorum levissimum et sextum eorum, qui pausas habent. Duae igitur hae species praeter illas sex, quas modo enumeravimus, exstant.“ Quo loco puncta posuimus, in eo librarius codicis species illas sex rhythmi ordinati primas per syllabam تن *tan* pluries repetitam repraesentavit. Quae repraesentatio sic reddi potest:

prima: tan tan tan tan
secunda: tan tan tan tan
tertia: tan tan tan tan tan
quarta: tan tan tan tan tan
quinta: tan tan tan tan tan tan
sexta: tan tan tan tan tan tan.

Species reliquae duae, quae motu celeriori utuntur, sic repraesentari possunt:

prima: ta ta ta ta ta ta ta ta
secunda: ta ta ta ta ta ta ta ta ta.

Rhythmi ordinati species, quae hoc loco describuntur, eaedem esse videntur, quas Fàràbensis supra pag. 131. *celeres*, *leves* et *graves Hesedschi* adpellavit.

Addit deinde Fàràbensis fol. 103. rect. haec: وَٱلنَّقْرَةُ ٱلَّتِي تُعَقِّبُهَا وَقْفَةٌ تُسَمِّيهَا ٱلْعَرَبُ ٱلنَّقْرَةَ ٱلسَّاكِنَةَ وَٱلَّتِي لَا تُعَقِّبُهَا وَقْفَةٌ وَلٰكِنْ يُعَقِّبُهَا حَرَكَةٌ إِلَى نَغْمَةٍ أُخْرَى يُسَمُّونَهَا ٱلنَّقْرَةَ ٱلْمُتَحَرِّكَةَ وَمَتَى كَانَ ٱلْإِيقَاعُ يُعَقِّبُ نَقَرَاتِهِ وَقَفَاتٌ سَمَّوْهُ الْجِنْسَ فَكُلَّمَا كَانَتِ ٱلْوَقْفَةُ أَبْطَأَ كَانَ ٱسْمُ الْجِنْسِ أَلْزَمَ لَهُ وَمَتَى كَانَ ٱلْإِيقَاعُ مِنْ نَقَرَاتٍ مُتَحَرِّكَةٍ سَمَّوْهُ الْمَحْثُوثَ وَكُلَّمَا كَانَتِ الْحَرَكَاتُ ٱلَّتِي تَتْبَعُ ٱلنَّقَرَاتِ أَسْرَعَ كَانَ ٱسْمُ الْمَحْثُوثِ أَلْزَمَ لَهُ وَإِذَا كَانَتِ الْحَرَكَاتُ أَبْطَأَ مِنْ أَسْرَعِ حَرَكَةٍ يُمْكِنُ فِيهَا فَإِنَّ بَعْضَ ٱلنَّاسِ يُسَمُّونَهُ ٱلتَّمْخِيرَ i. e. „pulsationem eam, quam pausa sequitur, Arabes adpellant pulsationem *quiescentem*; quam vero pausa sequitur nulla, sed motus ad sonum alium, eam adpellant pulsationem *motam*. Rhythmum eum, cuius pulsationibus pausae subiunguntur, vocant *El dschins* [*i. e. genus*]; quod nomen in eum tum praesertim cadit, si pausae sunt productiores. Rhythmum eum, qui ex pulsationibus motis componitur, nuncupant *El machthúth* [*i. e. incitatum*]; quod nomen in eum tum praesertim cadit, si motus, qui pulsationes sequuntur, sunt celerrimi. Si vero motus hi tardiores sunt quam qui celerrimi fieri possunt, tum nonnulli homines rhythmum adpellant *Ettamchír* [*i. e. machúrizationem*]." De rhythmo *machúrico* ٱلْمَاخُورِيّ pag. 140. dictum est. Machúrizatio in eo versatur, ut rhythmum quendam reddat *leviorem* sive celeriorem, sed tamen non adeo, ut motum omnium celerrimum accipiat. Qui rhythmi ita accelerati sunt, vocantur ٱلْمُمَخَّرَاتُ *machúrizati*, de quibus Fàràbensis fol. 107. vers. plura exponit.

De natura rhythmorum coniunctorum, qui ex rhythmo primitivo enascuntur, fol. 103. vers. haec dicit Fàrâbensis: فَعَلَى هٰذَا ٱلنَّحْوِ تُنْشَأُ ٱلْمَوْصُولَاتُ عَنِ ٱلْمَبْدَإِ غَيْرَ أَنَّ ٱلْمَوْصُولَاتِ إِذَا لَمْ تُغَيَّرُوا وَٱسْتَعْمَلُوهَا عَلَى مَا هِيَ عَلَيْهِ بِنْيَتُهَا فِي ٱلْأَصْلِ لَمْ تَكُنْ لَذِيذَةً وَكَانَتْ نَاقِصَةً فَلِذٰلِكَ إِذَا قُصِدَ ٱسْتِعْمَالُهَا غُيِّرَتْ تَغْيِيرًا تَزُولُ بِهِ عَنْ بِنْيَةِ ٱلْمُوَصَّلِ فَيَحْدُثُ فِيهَا تَفْصِيلٌ فَيَصِيرُ مَسْمُوعُهَا أَبْهَى وَأَلَذَّ عَلَى مَا سَنُبَيِّنُهُ فِيمَا بَعْدُ i. e. „Hoc igitur modo rhythmi coniuncti ex rhythmo primitivo confinguntur. Sed rhythmi hi coniuncti, si non mutantur, sed naturam suam primitivam retinentes usurpantur, iniucundi sunt et imperfecti. Propterea, si quis eos usurpare vult, ita mutantur, ut rhythmi coniuncti naturam exuant, quaedamque in iis exsistat diremtio; tum enim sonant dulcius et iucundius, ut exponetur infra.“

Deinde ad modum eum, quo rhythmi **diremti** ex rhythmo primitivo finguntur, exponendum Fàrâbensis transit fol. 103. vers. his verbis usus: وَإِذَا أَرَدْنَا أَنْ نُنْشِئَ ٱلْمُفَصَّلَاتِ أَخَذْنَا مِنْ أَزْمَانِ ٱلْمُوَصَّلَاتِ ٱلْمَرْسُومَةِ هَاهُنَا زَمَانًا وَاحِدًا أَوْ أَكْثَرَ وَذٰلِكَ مِنْ أَيِّهَا شِئْنَا فَنُثْبِتُهُ ثُمَّ نَأْخُذُ مِنَ ٱلْمُوَصَّلَاتِ زَمَانًا وَاحِدًا أَعْظَمَ مِنَ ٱلْأَزْمِنَةِ ٱلَّتِي أَثْبَتْنَاهَا فَنَفْرِضُهُ فَاصِلَةً عُظْمَى ثُمَّ نُكَرِّرُ ٱلْمُجْتَمِعَ فَيَحْصُلُ ٱلْإِيقَاعُ وَٱلْمُفَصَّلَاتُ ٱلَّتِي تُنْشَأُ هٰذَا ٱلْإِنْشَاءَ صِنْفَانِ أَحَدُهُمَا بَسِيطٌ وَٱلْآخَرُ مُرَكَّبٌ وَٱلْبَسِيطُ هُوَ ٱلَّذِي أُلِّفَ كُلُّ دَوْرٍ مِنْ أَدْوَارِهِ مِنْ زَمَانٍ مُوَصَّلٍ وَاحِدٍ وَٱلْمُرَكَّبُ هُوَ ٱلَّذِي أُلِّفَ كُلُّ دَوْرٍ مِنْ أَدْوَارِهِ مِنْ أَزْمَانٍ مُوَصَّلَةٍ ٱثْنَيْنِ أَوْ أَكْثَرَ وَكُلُّ وَاحِدٍ مِنْ هٰذَيْنِ فَمِنْهُ أَوَّلُ وَمِنْهُ ثَانٍ وَمِنْهُ ثَالِثٌ وَمَا زَادَ i. e. „Quodsi rhythmos *diremtos* effingere volumus, ex temporibus rhythmorum coniunctorum, quos hoc loco [pag. 150.] descripsimus, unum sumimus, vel plura, quodcunque eorum voluerimus, idque ponimus. Deinde ex rhythmis coniunctis tempus unum sumimus, quod maius est quam tempora ea, quae iam posuimus, idque tempus *dirimens* esse sumimus maius. Denique si hanc compositionem pluries ponimus, rhythmus inde exsistit. Rhythmorum diremtorum, qui per hunc effingendi modum finguntur, sunt classes duae. Prima complectitur rhythmum simplicem, altera compositum. *Simplex* ille est, in quo periodus quaevis ex tempore coniuncto formatur uno; *compositus* ille, in quo periodus quaevis ex temporibus coniunctis formatur pluribus, aut duobus, aut pluribus. Utraque vero classis continet speciem primam, alteram, tertiam et plures.“ Unde adparet, rhythmum

simplicem eas species complecti, quae supra pag. 136. 138. 142. *diremtus primus binarius*, *aequalis ternarius*, *aequalis quaternarius*, nuncupatae sunt; rhythmum compositum vero eas species complecti, quae supra pag. 139. 142. *inaequalis ternarius* et *inaequalis quaternarius* vocatae sunt.

De rhythmorum simplicium ortu Fârâbensis fol. 103. vers. prima tradit haec: فالأول من البسائط ما كانت أدواره تتوالى زمانا زمانا ونقرتين نقرتين والثاني ما كانت أدواره تتوالى زمانين زمانين وكذلك سائرها على هذا الولاء i. e. „Rhythmorum simplicium primus is est, cuius periodi deinceps ita eduntur, ut tempus singulum, pulsationes vero binas, contineant [*qui rhythmus supra pag.* ***156.*** *diremtus primus vocatur*]. Simplicium secundus is est, cuius periodi deinceps ita eduntur, ut quaevis contineat tempora bina [*qui rhythmus supra pag.* ***158.*** *diremtus secundus vocatur*]. Atque sic reliquae huius rhythmi species formantur successione continua.“ Quibus paulo infra Fârâbensis subiungit haec: فلننشئ أول البسائط ولنأخذ من أزمان الموصلات التي رسمناها زمانا واحدا ونقرتين وذلك من أيها شئنا وليس ذلك من أزمان الخامس ونفرضه دورا ونضيف اليه زمانا واحدا من الأزمنة التي قبله ونفرضه فاصلة لذلك الدور ثم نكرر الأدوار ونجعل الفواصل في أوسطها فيحصل ذلك

تن تن   تن تن   تن تن

فعلى هذا النحو ننشأ البسائط الأول عن كل واحد من الموصلات وإذا أردنا أن ننشئ البسائط الثواني عمدنا الى بعض الموصلات فأخذنا منه زمانين زمانين وثلاث نقرات وليكن ذلك في الموصل الرابع ونفرض المجتمع دور الإيقاع المقصود ونضيف اليه زمانا من أزمنة الإيقاعات التي تقدمته ثم نكرره فيحصل هذا الإيقاع

تن تن تن   تن تن تن   تن تن تن

وكذلك إن أردنا أن ننشئ البسيط الثالث أخذنا ثلثة أزمنة وأربع نقرات ونضيف اليه بعض الأزمنة التي هي أطول منها فيحصل لنا هذا الإيقاع

تن تن تن تن   تن تن تن تن   تن تن تن تن

وَكَذٰلِكَ إِذَا أَرَدْنَا أَنْ نُنْشِئَ ٱلْبَسَائِطَ ٱلَّتِي تَتْلُو هٰذِهِ فِي ٱلْمَرْتَبَةِ وَاحِدًا بَعْدَ آخَرَ رَكَّبْنَاهَا عَلَى هٰذَا ٱلنَّحْوِ ٱلَّذِي أَرْشَدْنَا إِلَيْهِ هَاهُنَا i. e. „confingamus igitur simplices primos, sumamusque ex temporibus rhythmorum diremtorum, quos [pag. 150.] descripsimus, tempus unum, pulsationesque binas; quod tempus ex eorum quolibet, sed non ex temporibus quinti sumi potest. Tempus hoc periodum ponimus, eique tempus unum [*longius*] subiungimus, ex temporibus rhythmorum praecedentium [*i. e. diremti primi, vel secundi, pag. 150. quorum tempora longiora sunt*] sumtum, quod ponimus tempus periodum illam dirimens. Deinde periodos iteramus, collocamusque inter eas tempora dirimentia; unde hic rhythmus exsistit:

tan tan tan tan tan tan

[*quem supra pag. 136. sic repraesentavimus:* o . . o — o . . o — o . . o]. Hac itaque ratione simplices primi ex rhythmorum diremtorum [*quorum sex sunt pag. 150.*] uno quoque finguntur [*tempora enim sumi possunt aut longiora, aut breviora; confer pag. 136.*] Si simplices secundos confingere volumus, ad diremtorum aliquem accedimus, sumimusque ex eo tempora bina, pulsationesque tres; quod fiat in diremto quarto [*qui tempora mediocria continet*]. Quam compositionem ponimus periodum esse rhythmi, quem confingere intendimus, eique subiungimus tempus unum [*longius*] ex temporibus rhythmorum antecedentium [*i. e. diremti primi vel secundi, pag. 150. quorum tempora longiora sunt*] sumtum. Deinde hoc iteramus, exsistitque inde rhythmus hic:

tan tan tan tan tan tan tan tan tan

[*quem pag. 138. sic repraesentavimus:* o . . o . . o — o . . o . . o — o . . o . . o]. Atque ita, si simplicem tertium confingere volumus, tempora tria, pulsationesque quattuor, sumimus, iisque eorum temporum, quae longiora sunt, aliquod subiungimus; unde hic rhythmus nobis exsistit:

tan tan tan tan tan tan tan tan tan tan tan tan

[*quem pag. 142. sic repraesentavimus:* o . . o . . o . . o — o . . o . . o . . o — o . . o . . o . . o]. Atque ita si simplices eos, qui quod gradum adtinet proxime sequuntur, deinceps confingere volumus, eodem, quem adhuc tenuimus, modo eos componimus."

De rhythmorum compositorum ortu in universum Fârâbensis fol. 103. primo dicit haec: وَٱلْمُرَكَّبُ ٱلْأَوَّلُ هُوَ مَا كَانَتْ أَدْوَارُهُ مِنْ زَمَانَيْنِ مُخْتَلِفَيْنِ وَٱلْمُرَكَّبُ ٱلثَّانِي مَا كَانَتْ أَدْوَارُهُ مِنْ ثَلٰثَةِ أَزْمِنَةٍ فِيهَا زَمَانٌ مُخَالِفٌ لِلْبَاقِيَةِ

وَكَذٰلِكَ سَائِرُهَا عَلَى هٰذَا ٱلْوِلَاء i. e. „Rhythmus compositus primus is est, cuius periodi ex temporibus duobus inaequalibus constant [*qui rhythmus supra pag. 139. inaequalis ternarius adpellatus est*]. Compositus secundus is est, cuius periodi ex tribus temporibus constant, quorum unum ab ceteris diversum est [*qui rhythmus supra pag. 142. inaequalis quaternarius nuncupatur*]. Atque hoc modo species ceterae conformantur successione continua.“

Deinde de conformatione compositi primi fol. 104. rect. haec exponit Fârâbensis:
وَإِذَا أَرَدْنَا أَنْ نُنْشِئَ ٱلْإِيقَاعَ ٱلْمُرَكَّبَ ٱلْأَوَّلَ عَمَدْنَا إِلَى أَحَدِ ٱلْمُوَصَّلَاتِ وَلْيَكُنْ ذٰلِكَ إِمَّا ٱلْخَامِسُ وَإِمَّا ٱلسَّادِسُ فَأَخَذْنَا مِنْهُ زَمَانًا وَاحِدًا ثُمَّ نُضِيفُ إِلَيْهِ زَمَانًا وَاحِدًا مِنْ أَزْمِنَةِ مُوَصَّلٍ آخَرَ فَنَفْرِضُ ٱلْمُجْتَمِعَ مِنْهُمَا دَوْرًا وَاحِدًا ثُمَّ نُضِيفُ إِلَيْهِ ٱلْفَاصِلَةَ مِنْ بَعْضِ أَزْمِنَةِ ٱلْمُوَصَّلَاتِ ٱلَّتِي هِيَ أَطْوَلُ مِنْهُمَا زَمَانًا فَيَحْدُثُ مِنْهُ هٰذَا ٱلْإِيقَاعُ

تن تن   تن   تن تن   تن

وَكُلُّ وَاحِدٍ مِنْ هٰذِهِ ٱلْمُرَكَّبَاتِ فَلَهُ ٱخْتِلَافُ تَرْتِيبٍ فَإِذَا أُنْشِئَ كُلُّ وَاحِدٍ مِنْهَا عَنْ تَرْكِيبِ ٱلْمُوَصَّلَاتِ ثُمَّ غُيِّرَتْ تَرْتِيبَاتُهُ حَدَثَتْ إِيقَاعَاتٌ أُخَرُ مِثَالُ ذٰلِكَ أَنَّا إِذَا غَيَّرْنَا تَرْتِيبَ أَوَّلِ مُرَكَّبَاتِ ٱلْمُفَصَّلِ حَدَثَ مِنْهُ هٰذَا ٱلْإِيقَاعُ

تن   تن تن   تن   تن تن

وَهٰذَا ٱلطَّرِيقُ نَسْلُكُهُ فِي إِنْشَاءِ ثَانِي مُرَكَّبَاتِ ٱلْمُفَصَّلِ وَفِي تَرْتِيبِ كُلِّ وَاحِدٍ مِنْهَا أَنْحَاءَ مِنَ ٱلتَّرْكِيبِ وَكُلَّمَا كَثُرَ أَزْمَانُ كُلِّ ذِي دَوْرٍ مِنْ أَدْوَارِ ٱلْمُرَكَّبَاتِ كَانَ ٱخْتِلَافُ تَرْتِيبَاتِهِ أَكْثَرَ i. e. „quodsi classem rhythmorum compositorum *primam* confingere volumus, ad rhythmorum compositorum unum accedimus, qui vel quintus, vel sextus [pag. 150.] sit, exque eo tempus unum sumimus; cui tempori deinde tempus unum subiungimus, ex temporibus rhythmi coniuncti alius sumtum; quam compositionem ponimus esse periodum unam. Deinde ei subiungimus tempus dirimens, ex temporibus eorum rhythmorum coniunctorum sumtum, qui tempora continent, quae duobus illis maiora sunt. Unde hic rhythmus exsistit:

tan tan tan   tan tan   tan

[*Quem rhythmum pag. 139. sic repraesentavimus, ab dextra ad sinistram procedentes:* o . . o . o — o . . o . o]. In rhythmorum compositorum vero quovis collocationes

[*temporum*] suscipi possunt diversae. Unde fit ut, si rhythmi illi singuli ex rhythmis coniunctis componuntur, et deinde collocatio [*temporum*] in iis mutatur, rhythmi inde exsistant alii. Exempli causa si collocationem rhythmi compositi primi diremti mutamus, hic inde exsistit rhythmus:

tan tan tan tan tan tan

[*Quem rhythmum pag. 140. sic repraesentavimus, ab dextra ad sinistram procedentes:* o . o . . o — o . o . . o]. Atque hanc quidem viam etiam in secunda rhythmorum compositorum diremtorum classe confingenda tenemus. Cuius rhythmorum singulorum collocatio modos compositionis exhibere potest varios, quandoquidem rhythmi ii, qui periodum ex periodis rhythmorum compositorum sumtum continent, quo plura habent tempora, eo plures in iis effici possunt collocationis mutationes."

Quibus ita expositis, Fârâbensis fol. 104. rect. denique haec addit: فَهٰذَا هُوَ ٱلنَّحْوُ ٱلْأَوَّلُ مِنْ صِنْفَيِ ٱلْمُنْتَظِمِ مِنْ إِنْشَـآءِ ٱلْإِيقَاعَاتِ وَنُوَذِّنُهُ بِذِكْرِ ٱلنَّحْوِ ٱلثَّانِي مِنْ صِنْـفَيِ ٱلْمُنْـتَظِمِ i. e. „Hic vero est rhythmorum ex utroque rhythmo ordinato [pag. 149.] confingendorum modus primus. Cui iam subiungimus modum rhythmorum ex utroque rhythmo ordinato confingendorum secundum." Verba prima rectius fortasse sic collocantur: فَهٰذَا هُوَ ٱلنَّحْوُ ٱلْأَوَّلُ مِنْ إِنْشَـآءِ ٱلْإِيقَاعَاتِ مِنْ صِنْفَيِ ٱلْمُنْتَظِمِ reliqq.

De secundo illo rhythmorum confingendorum modo vero Fârâbensis eodem loco sic disserit: فَنَـقُولُ أَمَّا إِنْشَـآءُ ٱلْمُوَصَّلَاتِ فِي هٰذَا ٱلنَّحْوِ فَهُوَ بِتَـقْـرِيبِ مَا بَـيْنَ نَـقَرَاتِ ٱلْمَبْدَإِ فِي ٱلزَّمَانِ عَلَى مَا هُوَ فِي ٱلنَّحْوِ ٱلْأَوَّلِ وَأَمَّا ٱلْمُفَصَّلَاتُ فَهِيَ تَحْدُثُ بِـإِضْعَافِ نَقَرَاتِ ٱلْمَبْدَإِ فَمِنْهَا أَنْ تُجْعَلَ ٱثْـنَتَيْنِ ٱثْـنَتَيْنِ وَمِنْهَا أَنْ تُجْعَلَ ثَلَاثًا ثَلَاثًا وَمِنْهَا أَنْ تُجْعَلَ أَرْبَعًا أَرْبَعًـا وَمَا زَادَ عَلَى ذٰلِكَ وَفِي هٰذِهِ كُلِّهَا إِمَّـا أَنْ تُضَاعَفَ ٱلنَّقْرَةُ ٱلْأُولَى مِنَ ٱلْمَبْدَإِ وَتُـقَرَّ ٱلثَّانِيَةُ عَلَى حَالَتِهَا وَإِمَّا أَنْ تُضَاعَفَ ٱلثَّانِيَةُ وَتُـقَرَّ ٱلْأُولَى عَلَى حَالَتِهَا وَإِمَّا أَنْ تُضَاعَفَ كُلُّ وَاحِدَةٍ مِنْهُمَا فَإِذَا ضُوعِفَتِ ٱلنَّقْرَةُ ٱلْأُولَى وَأُقِرَّتِ ٱلثَّانِيَةُ عَلَى حَالَتِهَا حَدَثَ هٰذَا ٱلْإِيقَاعُ

تن تن تن تن تن تن

وَإِذَا ضُوعِفَتِ ٱلثَّانِيَةُ وَأُقِرَّتِ ٱلْأُولَى عَلَى حَالَتِهَا حَدَثَ هٰذَا ٱلْإِيقَاعُ

تن تن تن تن تن تن

i. e. „Dicimus igitur rhythmos *coniunctos,* si quis hoc fingendi modo utitur, tum exsistere, si tempora inter rhythmi primitivi pulsationes interposita etiam magis quam in modo fingendi primo contrahuntur. Rhythmi *diremti* vero per rhythmi primitivi pulsationum duplicationem confinguntur; quorum alii pulsationes illas edunt geminatas, alii triplicatas, alii quadruplicatas. Quarum specierum quaelibet aut pulsationem primam geminat, non mutata secunda, aut pulsationem secundam geminat, non mutata prima, aut utramque geminat. Quodsi pulsatio prima geminatur, non mutata secunda, tum hic rhythmus exsistit:

tan tan tan   tan tan tan.

Si secunda geminatur, non mutata prima, tum hic rhythmus exsistit:

tan tan tan   tan tan tan."

De rhythmo pulsationem utramque geminante Fàràbensis fol. 104. rect. statim addit haec: وَأَمَّا إِضْعَافُ كُلِّ وَاحِدَةٍ مِنْهُمَا فَهُوَ صِنْفَانِ إِمَّا أَنْ تُجْعَلَ نَقْرَةٌ مُشْتَرِكَةٌ بَيْنَ ٱلْأُولَى وَبَيْنَ ٱلثَّانِيَةِ وَإِمَّا أَنْ تُجْعَلَ لِكُلِّ وَاحِدَةٍ مِنْهُمَا إِضْعَافٌ عَلَى حِيَالِهَا وَمَتَى جُعِلَتْ نَقْرَةٌ وَاحِدَةٌ مُشْتَرِكَةٌ فِي إِضْعَافِهَا ٱثْنَتَيْنِ ٱثْنَتَيْنِ ٱنْقَسَمَ زَمَانُ مَا بَيْنَ ٱلْأُولَى وَٱلثَّانِيَةِ بِقِسْمَيْنِ مُتَسَاوِيَيْنِ وَصَارَ بُعْدُ تِلْكَ ٱلنَّقْرَةِ مِنْ كُلِّ وَاحِدٍ مِنَ ٱلطَّرَفَيْنِ بُعْدًا سَوَآءً فَيَحْدُثُ هَذَا ٱلْإِيقَاعُ

تن تن تن   تن تن تن

وَأَمَّا مَا لَمْ يَقَعْ فِيهِ نَقْرَةٌ مُشْتَرِكَةٌ فِيهِ أَقْرَبُ ٱلنَّقَرَاتِ إِلَى ٱلْأُولَى [مُضَافَةٌ إِلَى ٱلْأُولَى] وَأَقْرَبُهَا إِلَى ٱلثَّانِيَةِ مُضَافَةٌ إِلَى ٱلثَّانِيَةِ وَهُوَ هَذَا ٱلْإِيقَاعُ

تن تن   تن تن   تن تن

i. e. „Rhythmi utramque pulsationem geminantis classes duae sunt, quum aut pulsatio intermedia inter pulsationem primam et secundam [*rhythmi primitivi*] edatur, aut ad pulsationes singulas [*rhythmi primitivi*] pulsatio geminans adiiciatur. Si, ut pulsationes geminentur, pulsatio intermedia editur una, tum tempus inter pulsationem primam et secundam [*rhythmi primitivi*] interpositum in partes duas dividitur aequales, pulsatioque illa [*intermedia*] ab utraque laterali disiunctum est intervallo eodem. Unde hic rhythmus exsistit:

tan tan tan   tan tan tan.

Rhythmus is vero, in quem pulsatio intermedia non cadit, ita comparatur, ut pulsatio,

quae primae [*rhythmi primitivi*] proxima est, ad primam adponatur, pulsatioque ea, quae secundae [rhythmi primitivi] proxima est, ad secundam adponatur. Qui rhythmus hic est:

tan tan   tan tan   tan tan."

Syllaba tan litteris germanicis significata eas pulsationes repraesentat, quae ad pulsationes rhythmi primitivi adiiciuntur, ut pulsationes primitivae geminentur. Pro ٱلَّذِى أَقْرَبُ in codice فِيهِ اقرب vel بدى اقرب positum esse videtur; fortasse بدر اقرب legendum est. Quae verba arabica uncinis circumclusa posui, ab codice absunt.

Denique illis Fàràbensis fol. 104. vers. subiungit haec: وَعَلَى هَذَا ٱلْمِثَالِ قَدْ يُمْكِنُنَا أَنْ نُضَاعِفَ كُلَّ وَاحِدَةٍ مِنْ نَقَرَاتِ ٱلْمَبْدَإِ مُضَاعَفَاتٍ أَكْثَرَ مِنِ ٱثْنَتَيْنِ إِمَّا ثَلَاثًا وَإِمَّا أَرْبَعًا فَيَحْدُثُ إِيقَاعَاتٌ أُخَرُ وَقَدْ يُمْكِنُ أَنْ يُقَرَّبَ بَيْنَ نَقَرَاتِ هَذِهِ ٱلْأَصْنَافِ ٱلَّتِي رُسِمَتْ مِنَ ٱلْمُفَصَّلَاتِ وَيُبَعَّدَ بَيْنَهَا وَكَذَلِكَ فِي سَائِرِ ٱلْإِيقَاعَاتِ ٱلَّتِي تُنْشَأُ بِتَضْعِيفِهَا إِضْعَافًا أَكْثَرَ مِنِ ٱثْنَتَيْنِ i. e. „atque hac ratione singulas rhythmi primitivi pulsationes ita duplicare possumus, ut plures quam binae edantur, aut ternae, aut quaternae, unde rhythmi exsistunt alii. Porro tempora inter pulsationes specierum diremtarum, quas descripsimus, interposita et contrahi possunt, et produci. Quod et ipsum in rhythmis ceteris fieri potest, qui quidem exsistunt, si pulsationes pluries quam bis duplicantur." Quibus verbis Fàràbensis ea subiungit, quae supra pag. 132. adtulimus, quibus perhibet rhythmos nuncupari ***graves***, si tempora inter pulsationes interponuntur producta, ***leves*** vero si tempora interponuntur breviora.

Deinde fol. 104. vers. de quibusdam rhythmorum exornationibus, quae ut rhythmi iucundiores fiant admittuntur, Fàràbensis dicere incipit, ponitque haec: فَهَذِهِ هِيَ ٱلسُّبُلُ ٱلَّتِي بِهَا تُنْشَأُ أَصْنَافُ ٱلْإِيقَاعَاتِ لِلَحْنٍ لَحْنٍ وَكُلُّ نَوْعٍ مِنْ أَنْوَاعِ ٱلْإِيقَاعَاتِ فَإِنَّ فِيهِ مَا هُوَ مَبْنَى ذَلِكَ ٱلْإِيقَاعِ وَأَصْلُهُ وَلَهُ أَيْضًا تَزْيِينَاتٌ وَتَشْبِيعَاتٌ وَهَذِهِ إِمَّا بِزِيَادَةِ نَقَرَاتٍ مِنْ خَارِجٍ وَإِمَّا بِغَيْرِ زِيَادَةٍ i. e. „His igitur rationibus confinguntur species rhythmorum variae singulis melodiis destinatae. Unicuique vero rhythmorum classi est fundamentum quoddam sive forma primitiva, porroque ei sunt exornationes et complementa, quae aut per pulsationes extra adiectas efficiuntur, aut sine pulsationum adiectione."

Exornatio rhythmorum, quae sine pulsationum novarum adiectione fit, quattuor modis paratur; qui sunt hi:

1. per تَوْصِيلُ ٱلْمُفَصَّلِ *coniunctionem diremti*; qua de re Fârâbensis ita exponit: فَٱلتَّوْصِيلُ أَنْ تُجْعَلَ فَوَاصِلُ أَدْوَارِ ٱلْإِيقَاعِ ٱلْكُبْرَى فَوَاصِلَ صُغْرَى أَوْ وُسْطَى أَوْ أَنْ تُزَالَ ٱلْفَاصِلَةُ أَصْلًا فَتَصِيرَ دَوْرَانِ مِنْ أَدْوَارِهَا دَوْرًا وَاحِدًا مِثَالُ ذَلِكَ ٱلضَّرْبُ ٱلْأَوَّلُ مِنَ ٱلَّتِي رَسَمْنَاهَا فَإِنَّ فَاصِلَتَهُ ٱلْكُبْرَى مَتَى جُعِلَتْ صُغْرَى أَوْ وُسْطَى صَارَتْ أَدْوَارُهُ سِتَّ نَقَرَاتٍ سِتَّ نَقَرَاتٍ فَتَصِيرُ هٰكَذَا

تن تن تن   تن تن تن   تن تن تن   تن تن تن

i. e. „*Coniunctio* in eo versatur, ut aut tempora dirimentia, quae periodos rhythmi separant, magna convertantur in exigua vel mediocria, aut tempus dirimens plane tollatur ita, ut periodi rhythmi duae in periodum unam confluant. Nam si primae, quam supra [*pag. 153. tan tan tan tan tan tan*] descripsimus, speciei tempus dirimens magnum in exiguum vel mediocre convertitur, tum huius rhythmi periodi ex pulsationibus senis constant, fitque ipse hic:

tan tan tan   tan tan tan   tan tan tan   tan tan tan."

Pro دَوْرَانِ مِنْ أَدْوَارِهَا in codice دورا من ادوارها posita sunt.

2. per تَفْصِيلٌ *diremtionem*; qua de re Fàrâbensis ita exponit: وَٱلتَّفْصِيلُ قَدْ يَكُونُ فِي ٱلْمُوَصَّلِ وَفِي ٱلْمُفَصَّلِ أَمَّا فِي ٱلْمُوَصَّلِ فَأَنْ تُجْعَلَ لَهَا فَوَاصِلُ وَأَمَّا فِي ٱلْمُفَصَّلِ فَأَنْ تُجْعَلَ فَوَاصِلُ فِي ٱلْأَمْكِنَةِ ٱلَّتِي لَيْسَتْ لَهَا فَوَاصِلُ i. e. „*diremtio* quum in rhythmo coniuncto, tum in diremto, parari potest. In coniuncto tum exsistit, si in eo tempora dirimentia ponuntur; in diremto tum, si tempora dirimentia iis locis ponuntur, in quibus tempora dirimentia non fuerant."

3. per تَكْرِيرُ ٱلْجُزْءِ ٱلْوَاحِدِ بِعَيْنِهِ مِرَارًا *iterationem partis unius pluries factam*; qua de re Fàrâbensis ita exponit: وَٱلْمُكَرَّرُ هُوَ أَنْ تُكَرَّرَ جُزْءًا وَاحِدًا مِنْ أَجْزَآءِ دَوْرٍ وَاحِدٍ مِرَارًا كَثِيرَةً فَيَتَغَيَّرَ بِذَلِكَ أَشْكَالُ ٱلْأَدْوَارِ مِثَالُ ذَلِكَ ٱلصِّنْفُ ٱلْأَوَّلُ فَإِنَّ كُلَّ دَوْرٍ مِنْهُ مُرَكَّبٌ مِنْ جُزْءَيْنِ فَالْجُزْءُ ٱلْأَوَّلُ هُنَا مَا تَحْوِيهِ

ٱلنَّقْرَتَانِ وَمَا بَعْدَ ذٰلِكَ فَجُزْءٌ ثَانٍ وَإِذَا كُرِّرَ مِنْهُ جُزْءٌ فَأَمَّا أَنْ يَكُونَ ٱلْجُزْءُ ٱلْأَوَّلَ فَيَصِيرَ هٰكَذَا

تن تن تن   تن تن تن

وَإِمَّا أَنْ يَكُونَ ٱلْجُزْءُ ٱلثَّانِي فَيَصِيرَ هٰكَذَا

تن تن تن   تن   تن

وَإِمَّا أَنْ يَكُونَ فِي بَعْضِهِ ٱلْجُزْءُ ٱلْأَوَّلُ وَفِي بَعْضِهِ ٱلْجُزْءُ ٱلثَّانِي وَكَذٰلِكَ فِي كُلِّ وَاحِدٍ مِنْ سَائِرِ ٱلْإِيقَاعَاتِ i. e. rhythmus *iteratus* ita paratur, ut partium earum, quae in una periodo insunt, unam pluries iteres ita, ut ea re conformatio periodorum mutetur. Exempli causa in specie prima [*pag. 154. tan tan tan tan tan tan*] quaevis periodus partes duas continet, quarum prima ex eo constat, quod pulsationes duae [*primae*] complectuntur; quod vero deinde sequitur [*tempus dirimens*], est pars secunda. Quodsi iam aliqua huius rhythmi pars iteratur, aut prima iterari potest ita, ut rhythmus hic fiat:

tan tan tan   tan tan tan

aut secunda iterari potest ita, ut rhythmus hic fiat:

tan tan tan   tan   tan

aut in alio rhythmi loco pars prima iteratur, in alio secunda. Quae eadem in ceterorum rhythmorum unoquoque fieri possunt."

4. per تَرْكِيبُ أَجْزَآءِ كُلِّ وَاحِدٍ مِنْ أَدْوَارِهَا تَرْكِيبَاتٍ مُخْتَلِفَةً *compositionem partium uniuscuiusque periodi variis modis paratam.* Qua de re Fârâbensis fol. 104. vers. et fol. 105. rect. tradit haec: وَتَرْكِيبُ ٱلْأَجْزَآءِ هُوَ أَنْ يُقْسَمَ ٱلدَّوْرُ ٱلْوَاحِدُ إِلَى أَجْزَآئِهِ ٱلَّتِي يُمْكِنُ أَنْ يَنْقَسِمَ إِلَيْهَا ثُمَّ رُكِّبَ مِنْهُ جُزْءٌ مِنْهُ مَعَ كُلِّ دَوْرٍ أَوْ مَعَ بَعْضِ ٱلْأَدْوَارِ أَوْ كُلُّ جُزْءٍ مَعَ كُلِّ دَوْرٍ مِثَالُ ذٰلِكَ أَنْ تُرَكِّبَ أَوَّلَ جُزْءَيِ ٱلصِّنْفِ ٱلْأَوَّلِ إِلَى آخِرِ كُلِّ دَوْرٍ مِنْ أَدْوَارِهِ حَتَّى يَصِيرَ هٰكَذَا

تن تن تن   تن تن تن تن تن   تن تن

أَوْ رُكِّبَ ٱلْجُزْءُ ٱلثَّانِي إِلَى أَوَائِلِ ٱلْأَدْوَارِ حَتَّى يَصِيرَ هٰكَذَا

تن   تن تن تن   تن   تن تن تن

وَكُلُّ إِيقَاعٍ كَانَتْ أَجْزَآءُ كُلِّ دَوْرٍ مِنْ أَدْوَارِهِ أَكْثَرَ كَانَ أَمْكَنَ لِتَرْكِيبِ أَجْزَآئِهِ وَكُلُّ وَاحِدٍ مِنْ هَذِهِ يُغَيِّرُ أَشْكَالَ ٱلْإِيقَاعَاتِ حَتَّى يُظَنَّ بِهَا أَنَّهَا إِيقَاعَاتٌ أُخَرُ i. e. „compositio partium ita paratur, ut periodus una in partes eas, in quas dividi potest, dividatur, deindeque illarum partium una aut cum periodo unaquaque, aut cum periodis nonnullis, coniungatur, aut pars unaquaeque cum unaquaque periodo componatur; exempli causa si duarum partium illarum, quae in specie prima insunt, primam ad uniuscuiusque periodi finem adiicis ita, ut hic rhythmus exsistat:

tan tan tan   tan tan   tan tan   tan   tan tan

vel si partem secundam ad uniuscuiusque periodi initium addis ita, ut hic rhythmus exsistat:

tan   tan tan   tan   tan   tan tan   tan.

Partes vero, quas rhythmi periodi continent, quanto sunt plures, tanto plures fieri possunt illarum partium compositiones, quarum quaevis conformationem rhythmorum ita mutat, ut rhythmi alii esse putentur." Pars rhythmi prima in exemplis hoc loco ab Fârâbensi adpositis est: *tan tan   tan*, secunda vero: *tan   tan*, sive tempus dirimens.

Quae rhythmorum *exornationes* per pulsationes extra adiectas pag. 157. efficiuntur, de iis Fârâbensis fol. 105. rect. ita exponit: وَأَمَّا ٱلَّتِي تَكُونُ بِزِيَادَاتٍ مِنْ خَارِجٍ فَإِمَّا أَنْ تَكُونَ بِنَقَرَاتٍ تَامَّةٍ وَإِمَّا أَنْ تَكُونَ بِإِشْمَامَاتٍ وَإِمَّا بِٱلرَّوْمِ وَهَذِهِ ٱلْمُنْفَرِدَاتُ ٱلزَّائِدَةُ إِمَّا أَنْ تَكُونَ فِي أَوْسَاطِ ٱلْأَدْوَارِ وَإِمَّا أَنْ تَكُونَ بَيْنَ ٱلدَّوْرَيْنِ وَإِمَّا أَنْ تَكُونَ فِي أَجْزَآءِ أَدْوَارِ ٱلْإِيقَاعَاتِ وَلَا تَقَعُ فِي وَسَطِ كُلِّ دَوْرٍ إِنَّمَا يَقَعُ أَكْثَرُ ذَلِكَ فِي أَوْسَاطِ أَدْوَارِ ٱلْإِيقَاعَاتِ ٱلثَّقِيلَةِ فَإِنَّ أَزْمِنَةَ مَا بَيْنَهَا [لَمَّا كَانَتْ] طِوَالًا وَنَازِعَةً شُغِلَتْ بِنَقَرَاتٍ وَكَذَلِكَ مَتَى كَانَتِ ٱلْفَوَاصِلُ ٱلْكُبْرَى طِوَالًا جِدًّا زِيدَ فِي آخِرِ كُلِّ دَوْرٍ نَقْرَةٌ تَشْغَلُ بَعْضَ ذَلِكَ ٱلزَّمَانِ ٱلْفَارِغِ وَمَتَى كَانَتْ أَوَاخِرُ ٱلْأَدْوَارِ تُعْقِبُهَا وَقَفَاتٌ بَطِيئَةٌ طِوَالٌ عَسُرَ ٱلْإِنْتِقَالُ مِنْ دَوْرٍ إِلَى دَوْرٍ فَيُزَادُ حِينَئِذٍ نَقْرَةٌ تُسَهِّلُ ٱلْإِنْتِقَالَ مِنْ أَحَدِهِمَا إِلَى ٱلْآخَرِ فَتُسَمَّى بِذَلِكَ مُجَازَاتِ ٱلْأَدْوَارِ وَرُبَّمَا ٱسْتُعْمِلَ فِيهَا بَدَلَ ٱلنَّقَرَاتِ ٱلتَّامَّةِ نَقَرَاتٌ لَيِّنَةٌ وَذَلِكَ فِي ٱلتَّمْدِيدَاتِ ٱلْمُنْحَطَّةِ

فَأَمَّا ٱلتَّمْدِيدَاتُ ٱلْعَالِيَةُ وَٱسْتُمِلَّ مَتَى كَانَتِ ٱلْفَوَاصِلُ ٱلْكُبْرَى عِظَامًا جِدًّا وَيَعْرِضُ
بِسَبَبِ هَذِهِ ٱلزِّيَادَاتِ أَنْ تَتَّصِلَ كَثِيرٌ مِنَ ٱلْإِيقَاعَاتِ ٱلْمُنْفَصِلَةِ وَيَنْفَصِلَ كَثِيرٌ مِنَ
ٱلْمُوَصَّلَاتِ وَأَمَّا ٱلَّتِي تُسْتَعْمَلُ فِي آخِرِ دَوْرٍ فِي ٱللَّحْنِ فَإِنَّمَا تُسْتَعْمَلُ ٱعْتِمَادَاتٌ يَعْتَمِدُ
عَلَيْهَا ٱلْمُنْتَقِلُ فَيُسَهَّلُ بِهَا قَطْعُ ٱلْإِنْتِقَالِ وَرُبَّمَا كَانَتْ تِلْكَ ٱلنَّقَرَاتُ تَامَّةً وَرُبَّمَا
كَانَتْ لَيِّنَةً وَٱلْإِيقَاعَاتُ ٱلثَّقِيلَةُ مَتَى زِيدَتْ فِي أَوْسَاطِ [ٱلْأَدْوَارِ] نَقَرَاتٌ ٱنْقَسَمَتْ
أَزْمِنَتُهَا وَقُصِّرَتْ فَتَصِيرُ ثِقَالُهَا كَالْخَفِيفَةِ مِنْهَا وَتَصِيرُ نَقَرَاتُهَا ٱلسَّاكِنَةُ
كَالْمُتَحَرِّكَةِ غَيْرَ أَنَّ جُمْلَةَ زَمَانِ ٱللَّحْنِ يَبْقَى مِقْدَارُهَا عَلَى حَالَتِهِ فَٱلنُّقْلَةُ ٱلسَّرِيعَةُ
ٱلَّتِي يَحْدُثُ لَهَا ٱلسُّرْعَةُ بِسَبَبِ ٱلنَّقَرَاتِ ٱلزَّائِدَةِ ٱلَّتِي شَغَلَتْ [بَعْضَ ٱلزَّمَانِ ٱلْفَارِغِ
فَإِنَّهَا تُسَمَّى ٱلْإِدْرَاجَ وَ] سُرْعَةُ ٱلنُّقْلَةِ عَلَى ٱلنَّغَمِ فِي ٱلْإِيقَاعَاتِ ٱلَّتِي حَقُّهَا أَنْ تَكُونَ
ثَقِيلَةً مِنْ غَيْرِ نَقَرَاتٍ زَائِدَةٍ أَصْلًا فَإِنَّ ٱلْعَرَبَ تُسَمِّيهَا الحَثَّ فَٱلْإِدْرَاجُ يَبْقَى بِهِ
زَمَانُ ٱللَّحْنِ وَتَصِيرُ [أَزْمِنَةُ ٱلنَّقَرَاتِ] أَصْغَرَ وَأَمَّا مَقَاطِعُ ٱلْإِيقَاعَاتِ فَإِنَّهَا قَدْ تَكُونُ
بِإِضْعَافِ ٱلنَّقْرَةِ ٱلْأَخِيرَةِ وَقَدْ تَكُونُ بِنَقَرَاتٍ لَيِّنَةٍ وَأَمَّا بَدَايَاتُ ٱلْإِيقَاعَاتِ فَإِنَّهَا
يَكُونُ أَكْثَرُ ذَلِكَ بِأَنْ يُقْرَنَ آخِرُ جُزْءِ ٱلدَّوْرِ بِأَوَّلِ ٱلدَّوْرِ ٱلَّذِى يُبْتَدَأُ بِهِ
حَتَّى يَصِيرَ ٱلدَّوْرُ ٱلَّذِى ٱبْتُدِئَ بِهِ كَأَنَّهُ رَدِيفٌ لِدَوْرٍ تَقَدَّمَهُ i. e. „Quae vero [*exornationes*] per additamenta extra adiecta parantur, eae aut per pulsationes plenas, aut per *ischmâmos*, aut per *raumos* [pag. 145.] efficiuntur. Quae pulsationes singulares, quae adduntur, aut in mediis periodis, aut inter periodos duas, aut in certis periodorum rhythmi partibus, edi possunt. Sed non in cuiusvis periodi medium cadunt. Plerumque in medias periodos rhythmorum gravium cadunt, quoniam tempora eorum, inter pulsationes interposita, quia admodum longa et disiuncta sunt, pulsationibus implent homines. Eademque ratione, si tempus dirimens maximum est valde longum, ad uniuscuiusque periodi finem pulsatio una adiicitur, quae quandam temporis huius vacui partem implet. Si periodi finem pausa valde producta sequitur, ab periodo una ad alteram transire, difficile fit, proptereaque tum pulsatio adiicitur, quae transitum ab periodo una ad alteram faciliorem reddit; quae pulsationes hanc ob causam *transvectiones* periodorum vocantur, modoque eduntur plenae, modo lenes. Quae quidem in tensionibus depressis fiunt. Quod ad tensiones altas adtinet, fastidium pariunt, si tempora diri-

menta magna, quae in iis ponuntur, valde producta sunt. Per haec additamneta vero saepe rhythmi diremti in coniunctos convertuntur, coniuncti in diremtos. Quod ad ea additamenta adtinct, quae in extrema rhythmi periodo usurpantur, eduntur hoc loco *fulturae*, quibus musicus in transitu perficiendo innititur, ut abruptio transitionis his pulsationibus facilior reddatur; quae modo plenae eduntur, modo lenes. Si rhythmis gravibus in mediis periodis pulsationes adiiciuntur, tum horum rhythmorum tempora dividuntur, redduntur que breviora ita, ut rhythmi graves levibus similes fiant, pulsationesque quiescentes [*quae syllaba tan significantur*] fiant similes motis [*quae syllaba ta significantur pag. 150.*]; sed totius melodiae temporis summa tamen eandem quantitatem retinet. Transitus ille celer, qui per pulsationes adiectas, quae quandam temporis vacui partem implent, celeritatem suam obtinet, vocatur *complicatio*. Celeritatem vero illius transitionis, quae per sonos rhythmorum, qui graves esse debebant, sine pulsationibus adiectis instituitur, Arabes adpellant *incitationem*. In *complicatione* tempus, quod melodia occupat, manet; sed pulsationum tempora fiunt breviora. *Abruptiones* rhythmorum per pulsationis extremae duplicationem parantur, interdumque per pulsationes lenes. *Initia* rhythmorum plerumque ita comparantur, ut extrema periodi pars praemittatur initio illius periodi, ab qua exordium capiunt; unde fit, ut haec prima periodus subiuncta esse videatur periodo alicui praecedenti."

Quae verba arabica uncinis inclusa posui, in codice non exstant; ex coniectura ea adieci, quia librarius per incuriam ea omisisse mihi videtur. Porroque pro تَتَّصِلَ كَثِيرٍ a librario تتصل فتثير posita sunt; quae scribebat, non intellexisse videtur. Pro وَأَمَّا ٱلَّتِى تُسْتَعْمَلُ فِى آخِرِ in codice واما لان تستعمل فى اخر scripta sunt. Quemadmodum pausa hoc loco ab Fârâbensi ٱلزَّمَانُ ٱلْفَارِغُ *tempus vacuum* vocatur, ita ab Aristide pag. 41. χρόνος κενὸς et ab Quintiliano institut. orat. lib. 9. cap. 4. par. 51. *inane tempus* adpellatur.

Denique de discrimine, quod inter rhythmos diremtos et coniunctos intercedit, Fàràbensis fol. 105. vers. haec adiicit: [وَٱلْإِيقَاعَاتُ ٱلَّتِى] ذَوَاتُ نِظَامٍ أَفْضَلَ وَأَجْوَدَ هِىَ ٱلْإِيقَاعَاتُ ٱلْمُفَصَّلَةُ مِنْ قِبَلِ مَا يَقَعُ فِيهِ مِنِ ٱخْتِلَافِ ٱلْأَزْمِنَةِ وَأَمَّا ٱلْمُوَصَّلَاتُ فَقَلِيلَةُ ٱلْبَهَآءِ بِسَبَبِ تَسَاوِى أَزْمِنَتِهَا لِحَقَ ٱلنَّفْسَ مِنْهَا شِبْهُ مَلَالٍ وَيَنْتَظِمُ بِهَا نَغَمُ ٱلْأَلْحَانِ ٱنْتِظَامًا أَنْقَصَ وَلِذَلِكَ صَارَتِ ٱلثِّقَالُ مِنَ ٱلْمُوَصَّلَاتِ أَبْهَى مَسْمُوعًا إِذَا كَانَتِ ٱلثِّقَالُ مِنْهَا هِىَ ٱلَّتِى فَوَاتُهَا أَقْوَى [مِنَ] ٱلْمُفَصَّلَاتِ i. e. „rhythmi ii, quo-

rum constructio perfectior et praestantior est, sunt rhythmi *diremti*, quia tempora continent diversa; *coniuncti* vero parum splendidi sunt propter temporum aequalitatem, adeo ut hi animae aliquid fastidii parent, melodiarumque soni per eos ratione imperfectiori componuntur. Propterea ii, qui coniunctorum sunt graviores, sonant iucundius; nam interstitia eorum fortiora sunt quam ea, quibus rhythmi diremti utuntur.“ Perraro rhythmos coniunctos usurpari paulo post subiungit Fàrâbensis, praeter alia adponens haec: مِثْلَ أَوْزَانِ ٱلْأَشْعَارِ فَإِنَّهَا لَيْسَ فِيهَا مُوَصَّلٌ أَصْلًا وَأَمَّا ٱلتَّصْفِيقَاتُ وَٱلرَّقْصُ فَإِنَّهَا قَدْ تُسْتَعْمَلُ فِيهَا ٱلْمُوَصَّلَاتُ كَثِيرًا إِذَا كَانَ يُمْكِنُ ٱلنَّفْسَ فِيهَا أَنْ تُضِيفَ إِلَى ٱلْمَحْسُوسِ مِنْهَا نَقَرَاتٍ بِٱلضَّمِيرِ فَيُفَصِّلُ بِهَا ٱلْمُوَصَّلَاتُ i. e. „sicut metra carminum; in iis enim rhythmus coniunctus non exstat ullus. In plausibus vero, et in saltatione, rhythmi coniuncti saepe usurpantur, quia in illis anima ad eas, quas sentit, pulsationes adiicere potest alias, mente conceptas, per quas rhythmi coniuncti in diremtos convertuntur.“ Pro ٱلتَّصْفِيقَاتُ *plausus*, quod ex coniectura posui, in codice التضعيفات *duplicationes* scriptum est.

Quibus ita pertractatis, Fàrâbensis fol. 105. vers. ad rhythmorum septem usitatiorum pag. 144. explicationes eas, quas ipsi musici proponere solent, transit exponendas. De quibus in universum primo dicit haec: وَلْنَقُلِ ٱلْآنَ فِي أَصْنَافِ ٱلْإِيقَاعَاتِ ٱلَّتِي جَرَتْ عَادَةُ ٱلْعَرَبِ بِٱسْتِعْمَالِهَا وَهَذِهِ ٱلْإِيقَاعَاتُ أَيْضًا فِيهَا مَا هِيَ مَبَادِئُ وَأُصُولٌ وَفِيهَا تَشْبِيعَاتٌ وَتَزْيِينَاتٌ وَهَذِهِ فَتَكَادُ تَكُونُ غَيْرَ مَحْدُودَةٍ غَيْرَ أَنَّهَا إِنَّمَا تُشَبَّعُ أَوْ تُزَيَّنُ إِذَا ٱسْتُعْمِلَ فِي كُلِّ وَاحِدٍ مِنْهَا بَعْضُ تِلْكَ ٱلَّتِي ذَكَرْنَاهَا وَذَلِكَ إِمَّا بِتَفْصِيلٍ وَإِمَّا بِتَوْصِيلٍ أَوْ غَيْرِهِمَا وَلِذَلِكَ يَنْبَغِي أَنْ يُقْتَصَرَ مِنْهَا عَلَى مَا هِيَ أُصُولٌ وَمَبَانٍ فَنُعَدِّدُهَا وَنَتْرُكُ ٱسْتِقْصَاءَ ٱلْأَمْرِ فِيمَا عَدَاهَا فَإِنَّ ٱلْإِنْسَانَ مَتَى ٱحْتَفَظَ لِمَا عَدَّدْنَا مِنْ وُجُوهِ ٱلتَّزْيِينَاتِ وَٱلتَّشْبِيعَاتِ أَمْكَنَهُ ٱلْوُقُوفُ عَلَى مَا زُيِّنَ أَوْ شُبِّعَ فِي ٱلْإِيقَاعَاتِ ٱلْعَرَبِيَّةِ وَلْيَكُنْ مَا نُعَدِّدُهُ مِنْهَا إِذْ هُوَ كَسَائِرِ ٱلْأَشْيَاءِ ٱلَّتِي يُصْطَلَحُ عَلَيْهَا مَأْخُوذًا عَنْ سِيرَةِ ٱلْمُزَاوِلِينَ لِلْمُوسِيقِيِّ ٱلْعَمَلِيَّةِ مِنَ ٱلْعَرَبِ وَعَنْ حِذَاقِ مَنْ تَعَاطَى مِنْهُمْ أَعْمَالَ هَذِهِ ٱلصِّنَاعَةِ مِمَّنْ نَطَقَ عَنْ كَثِيرٍ مِمَّا زَاوَلَهُ مِنْهَا وَأَثْبَتَهُ فِي كِتَابٍ وَلْيَكُنْ مَا نُثْبِتُهُ هَاهُنَا مَا نَحْكِيهِ عَنْهُمْ مُعَبَّرًا عَنْهُ بِٱلْأَلْفَاظِ ٱلَّتِي جَرَتْ عَادَتُهُمْ

فِى ٱلْعِبَارَة i. e. „iam vero de iis rhythmorum speciebus dicamus, quae Arabibus usitatiores sunt. Quorum rhythmorum alii sunt primitivi et radices, alii exornati et completi. Quod ad hos adtinet, pacne non sunt finiti. Tum autem complentur vel exornantur, si aliquid eorum, quae supra exposuimus, paratur; quod aut per *diremtionem*, aut per *coniunctionem*, aut mutationes alias, effici potest. Propterea eos tantum adtingi oportet, qui sunt radices et fundamenta [i. e. *principales*]. Hos igitur enumerabimus, ceterorum explicatione omissa. Nam si quis ea, quae de variis exornandi et complendi modis diximus, memoriae infigit, quodcunque in rhythmis arabicis exornatur vel completur, perspicere poterit. Quaecunque vero ad rhythmos illos pertinentia hoc loco recensebimus, quum eodem, quo res ceterae, quae vocabulis artis explicantur, comparata sint modo, desumentur ex consuetudine eorum Arabum, qui musicae exercendae operam dant, atque ab peritissimis huius artis cultoribus, qui multa eorum, quae in hac arte ipsi persequuntur, exposuerunt, et in libro consignaverunt. Enarrabimus igitur hoc loco ea, quae ex iis comperimus, vocabulis significata iis, quae illi usurpare solent.“

Deinde 1. de Hesedscho ita dicit Fârâbensis: فَأَحَدُ مَبَانِى ٱلْإِيقَاعَاتِ ٱلْعَرَبِيَّةِ ٱلْهَزَجُ وَهُوَ ٱلَّذِى قَالُوا عَنْهُ أَنَّهُ ٱلْإِيقَاعُ ٱلَّذِى تَتَوَالَى نَقَرَاتُهُ نَقْرَةً نَقْرَةً وَهُوَ هَذَا

تن تن تن تن تن تن

فَأَقُولُ أَنَّ هَذَا ٱلْمَبْنَى مِنْ مَبَانِى إِيقَاعَاتِهِمْ هُوَ بَعْضُ ٱلْمُوَصَّلَاتِ ٱلَّتِى رَسَمْنَاهَا فِيمَا قَبْلُ وَبَعْضُهُمْ قَسَمَ ٱلْمُوَصَّلَاتِ ثَلَثَةَ أَقْسَامٍ فَيُسَمِّى أَثْقَلَ ٱلْمُوَصَّلَاتِ ٱلْإِيقَاعَ ٱلْجَامِعَ وَهُوَ ٱلَّذِى فَرَضْنَاهُ نَحْنُ مَبْدَأً لِسَايِرِ ٱلْإِيقَاعَاتِ وَيُسَمِّى أَخَفَّ ٱلْمُوَصَّلَاتِ ٱلْإِيقَاعَ ٱلْخَفِيفَ وَيُسَمِّى ٱلْمُتَوَسِّطَ مِنَ ٱلْمُوَصَّلَاتِ ٱلْهَزَجَ وَٱلَّذِى يَعْنُونَ بِٱلْهَزَجِ هُوَ فِى ٱلْحَقِيقَةِ مُتَوَسِّطُ ٱلْمُوَصَّلَاتِ وَأَقْدَارُ أَزْمِنَةِ غَيْرِهِمْ غَيْرُ مَحْدُودَةٍ بِتَقْدِيرٍ مُسْتَقْصٍ وَهُوَ يُثَقَّلُ تَارَةً وَيُخَفَّفُ تَارَةً غَيْرَ أَنَّهُ إِذَا ثُقِّلَ لَمْ يُبْلَغْ بِهِ ثِقَلَ ٱلْإِيقَاعِ ٱلْجَامِعِ وَلَا إِذَا خُفِّفَ يُبْلَغُ بِهِ خِفَّةَ ٱلْإِيقَاعِ ٱلْخَفِيفِ وَبَعْضُهُمْ يُسَمِّى جَمِيعَ ٱلْمُوَصَّلَاتِ هَزَجًا وَٱلْمُسْتَعْمَلُ فِى أَلْحَانِهِمْ مِنَ ٱلْمُوَصَّلَاتِ وَٱلَّذِى يُسَمُّونَهُ هَزَجًا عَلَى ٱلْأَكْثَرِ هُوَ مُتَوَسِّطَاتُ ٱلْإِيقَاعِ ٱلْمُوَصَّلِ i. e. „Primus vero rhythmorum arabicorum principalium

est Hesedsch. Quem eum rhythmum esse dicunt, cuius pulsationes deinceps eduntur singulae, qui igitur hic est:

tan tan tan tan tan tan

Ego vero hunc rhythmum principalem esse dico rhythmorum coniunctorum, quos supra definivimus, unum. Nonnulli homines rhythmos coniunctos in classes tres dispertiunt, gravissimamque, quam ceterorum rhythmorum principium pag. 145. esse sumsimus, rhythmum *complectentem* nuncupant, levissimam vero rhythmum *levem*, mediocrem ***Hesedschum.*** Quod ad eum adtinet, quem Hesedschum adpellant, re vera est coniunctus mediocris; in ceteris quantitates temporum non sunt restricte definitae. Modo quidem ille gravior usurpatur, modo levior. Sed ubi gravior usurpatur, tamen non tanta gravitas, quanta rhythmo *complectenti* est, ei tribuitur, neque, ubi levior usurpatur, eam levitatem accipit, qua rhythmus *levis* utitur. Alii vero homines coniunctos omnes adpellant Hesedschos. Sed qui in melodiis prae ceteris usurpantur coniuncti, Hesedschique prae ceteris nominantur, sunt rhythmi coniuncti mediocres.“

De quibusdam Hesedschi mutationibus fol. 106. rect. haec exponuntur:

غير أنهم إذا استعملوه شيعوه بزيادات يصير بها هذا الموصل ذا فواصل فيتغير
بها مما عليه مبناه في الأصل فمن ذلك أن تنقر النقرة الأولى على حالها وتزاد على
الثانية نقرة وتنقر الثالثة على حالها ثم يعود الدور مثل

تن تنن تن

وقد تنقر الثانية على ما هي في الأصل ثم يعاد هذا بعينه فيكون ذا أدوار وربما
لم يعيدوا الدور حتى تنقضي الخامسة والسادسة وهذا رسم ما كانت
أدواره أربعا أربعا

تن تن تن تن

وربما جعلوا النقرة الثانية نقرتين خفيفتين حتى يصير هكذا

تن تنن تن تن

ورسم الثاني وهو الذي تتوالى أدواره ستا ستا

تن تن تن تن تن تن

فإن الهزج متى شيع بهذا أو بأشباهه صار أحلى مسموعا وألذ غير أنه ليس لنا أن

نَسْتَوْفِى جَمِيعَ أَنْحَآءِ ٱلتَّغْيِيرَاتِ ٱلَّتِى تَلْحَقُهُ بِحَيْثُ تَكَادُ تَكُونُ غَيْرَ مَحْدُودَةٍ لَٰكِنَّنَا إِنَّمَا نَذْكُرُ مِنْهَا فِى مَدَارِ مَا بَعْدَهُ مِنْ أُصُولِ ٱلْإِيقَاعَاتِ ٱلْعَرَبِيَّةِ أَنْحَآءً نَجْعَلُهَا أَمْثِلَةً لِلتَّشْبِيعَاتِ وَٱلتَّغْيِيرَاتِ i. e. „sed ubi illum [***Hesedschum***] usurpant, additamenta quaedam ei adiiciunt, quibus efficitur, ut rhythmus hic coniunctus tempora dirimentia accipiat ita, ut natura ipsius primitiva mutetur. Quarum mutationum una est ea, qua pulsationem primam retinent non mutatam, pulsationi secundae vero pulsationem adiiciunt, tertiam retinent non mutatam, deindeque periodum iterant. Quod sic repraesentatur:

tan tatan tan —

Interdum vero, secunda non mutata, illud iteratur [***tan tan tan***—]. Qua quidem ratione hic rhythmus in periodos dividitur. Atque nonnunquam periodus non iteratur, nisi post pulsationem quintam vel sextam. Cuius vero periodi pulsationes quaternas continent, sic comparatus est:

tan tan tan tan —

Interdum pulsationem secundam in pulsationes duas leves convertunt, unde hic rthythmus exsistit:

tan tatan tan tan —

Repraesentatio speciei secundae, cuius periodi pulsationes senas continent, haec est:

tan tan tan tan tan tan —

Hesedschus, si his additamentis, vel huius generis aliis, completur, dulcior auditu, iucundiorque fit. Omnes vero mutandi modos, qui in eum cadere possunt, recensere non adtinet, quia paene innumerabiles sunt. Quam ob causam in iis, quae de rhythmis arabicis principalibus infra disseremus, modos mutandi nonnullos tantum describemus, tanquam complementorum et mutationum exempla.“ Pro وَقَدْ تُقَرُّ ٱلثَّانِيَةُ ***interdum vero, secunda non mutata,*** in codice perperam scriptum est وقد تقر الثالثة ***interdum vero, tertia non mutata.*** Repraesentatio speciei secundae, cuius periodi pulsationes senas continent, ab librario codicis non iusto loco, sed ad finem huius articuli posita est; quam in locum iustum restitui. Pro تن ***tan*** ab librario passim cum Teschdîdo adiecto تنّ ***tanna*** scriptum est; quod perverse factum esse censeo, quum illius Teschdîdi mentionem Fârâbensis faciat nullam.

Hesedsch est metri quoque prosodiaci cuiusdam nomen; cuius metri forma principalis ab metricis Arabibus sic repraesentatur:

◡ — — — ◡ — — — ◡ — — — ◡ — — — مفاعيلن مفاعيلن مفاعيلن مفاعيلن

2. De levi Ramali Fârâbensis fol. 106. rect. sic disserit: وَمِنْهَا خَفِيفُ ٱلرَّمَلِ وَهُوَ ٱلَّذِى ذَكَرُوا أَنَّهُ تَتَوَالَى نَقَرَاتُهُ نَقْرَتَيْنِ نَقْرَتَيْنِ خَفِيفَتَيْنِ وَهٰذَا رَسْمُهُ

تن تن   تن تن   تن تن   تن تن

فَأَقُولُ أَنَّ هٰذَا هُوَ ٱلْمُفَصَّلُ ذُو ٱلزَّمَانِ ٱلْوَاحِدِ ٱلَّذِى يَحْدُثُ مِنْ تَضْعِيفِ كُلِّ وَاحِدَةٍ مِنْ نَقَرَاتِ ٱلْمَبْدَإِ وَفَاصِلَتُهَا هِىَ أَعْظَمُ مِنْ كُلِّ فَاصِلَةٍ عُظْمَى تَقَعُ بَيْنَ دَوْرَيْنِ مِنْ أَدْوَارِ ٱلْإِيقَاعَاتِ ٱلْعَرَبِيَّةِ وَلِذٰلِكَ تُزَادُ إِلَى ٱلنَّقْرَةِ ٱلثَّانِيَةِ نَقْرَةٌ تَشْغَلُ بَعْضَ زَمَانِ فَاصِلَتِهِ فَيَصِيرُ هٰكَذَا

تن تن تن   تن تن تن   تن تن تن   تن تن تن

وَقَدْ يُسْتَعْمَلُ فِيهِ ٱلتَّوْصِيلُ وَٱلتَّفْصِيلُ وَهُوَ أَنَّهُمْ يَجْعَلُونَ ٱلدَّوْرَ ٱلْوَاحِدَ ٱلْأَعْظَمَ مُؤَلَّفًا مِنْ سِتَّةِ أَدْوَارٍ مِنْ أَدْوَارِ ٱلْأَصْلِ وَيَجْعَلُونَ هٰذَا ٱلدَّوْرَ مَقْسُومًا بِنِصْفَيْنِ كُلُّ وَاحِدٍ مِنْهُمَا ثَلٰثَةُ أَدْوَارٍ وَيَجْعَلُونَ بَيْنَ ٱلنِّصْفَيْنِ فَاصِلَةً وُسْطَى وَيَجْعَلُونَ بَيْنَ أَدْوَارِ كُلِّ وَاحِدٍ مِنَ ٱلنِّصْفَيْنِ فَوَاصِلَ صُغْرَى وَيَسْتَعْمِلُونَ ٱلْفَوَاصِلَ ٱلْعُظْمَى عِنْدَ تَنَاهِى ٱلْأَدْوَارِ ٱلْعِظَامِ حَتَّى يَكُونَ هٰكَذَا

تن تن صغرى تن تن صغرى تن تن فاصلة وسطى

تن تن صغرى تن تن صغرى تن تن فاصلة عظمى

وَقَدْ يُغَيِّرُونَهَا أَنْحَاءً أُخَرَ مِنَ ٱلتَّغْيِيرَاتِ لَمْ نَذْكُرْهَا i. e. „Porro ex rhythmis principalibus est levis Ramali, quem pulsationes leves binas deinceps edere perhibent, [pag. 136.]. Qui igitur sic repraesentatur:

tan tan   tan tan   tan tan   tan tan

Ego vero hunc rhythmum dico esse diremtum eum, qui tempus unum continet, tumque exsistit, si rhythmi primitivi pulsationum unaquaeque duplicatur [pag. 156.]. Tempus dirimens, quod in hoc rhythmo usurpatur, temporibus dirimentibus ceteris, quae in rhythmis arabicis inter periodos duas cadunt, est maius. Proinde ad pulsationem secundam pulsatio adiicitur, quae quandam temporis dirimentis partem explet; unde rhythmus exsistit hic:

tan tan tan   tan tan tan   tan tan tan   tan tan tan.

Usurpantur interdum in hoc rhythmo coniunctio et diremtio. Constituunt enim quamque

periodum eius maiorem ex periodis rhythmi primitivi sex compositam. Quam ita bipartitam ponunt, ut utraque pars periodos tres [*minores*] contineat. Inter utramque partem tempus dirimens interponunt mediocre, inter singulas utriusque partis periodos [*minores*] tempora dirimentia exigua, ad finem periodorum maiorum vero tempora dirimentia magna. Tum igitur rhythmus hic fit:

tan tan — tan tan — tan tan —— tan tan — tan tan — tan tan ———

Deinde hi rhythmi mutantur etiam aliis modis, quos non enumeravimus."

3. De Ramalo sive gravi Ramali fol. 106. rect. et vers. ita exponit Fârâbensis: وَمِنْهَا ٱلرَّمَلُ وَبَعْضُهُمْ يُسَمِّيهِ ثَقِيلَ ٱلرَّمَلِ وَهُوَ مَا كَانَ إِيقَاعُهُ نَقْرَةً وَاحِدَةً ثَقِيلَةً ثُمَّ ٱثْنَتَانِ خَفِيفَتَانِ وَهُوَ هَكَذَا

تن   تن تن   تن   تن تن

وَهَذَا هُوَ ٱلْمُفَصَّلُ ٱلَّذِى يَحْدُثُ مِنْ تَغْيِيرِ ٱلنَّقْرَةِ ٱلثَّانِيَةِ مِنْ نَقَرَاتِ ٱلْمَبْدَإِ وَقَدْ تُسْتَعْمَلُ أَدْوَارُهُ غَيْرَ مُتَغَيِّرَةٍ عَمَّا عَلَيْهِ أَصْلُ ٱلْإِيقَاعِ وَقَدْ يُسْتَعْمَلُ مُغَيَّرًا وَهُوَ أَنَّهُ يُبْتَدَأُ بِٱلدَّوْرِ ٱلْأَوَّلِ عَلَى مَا هُوَ عَلَيْهِ فِي ٱلْأَصْلِ وَرُدِفَ [ٱلدَّوْرُ ٱلثَّانِي] بِفَاصِلَةٍ أَعْظَمَ مِنْ فَاصِلَةِ مَا بَيْنَ ٱلْوَاحِدَةِ وَبَيْنَ ٱلثِّنْتَيْنِ وَيُتْبَعُ تِلْكَ ٱلْفَاصِلَةُ بِتَكْرِيرِ ٱلْجُزْءِ ٱلثَّانِي مِنْ دَوْرِ ٱلْأَصْلِ مَحْثُوثًا مَرَّتَيْنِ أَوْ ثَلَاثًا ثُمَّ يُرْتَدَفُ ذَلِكَ بِدَوْرٍ وَاحِدٍ مِنْ أَدْوَارِ ٱلْأَصْلِ أَوْ دَوْرَيْنِ فَيَكُونُ ذَلِكَ هُوَ ٱلدَّوْرُ ٱلْأَعْظَمُ مِنْ أَدْوَارِ ٱلرَّمَلِ فَهَذَا رَسْمُ دَوْرٍ أَعْظَمَ مِنْ أَدْوَارِهِ

تن   تن تن   تن   تن تن   تن   تن تن   تن   تن تن   تن   تن تن   تن

وَهَذَا أَتَمُّ أَدْوَارِهِ ٱلَّتِي يُسْتَعْمَلُ عَلَى ٱلْأَكْثَرِ وَرُبَّمَا أُرْدِفَ ٱلْمَحْثُوثُ بِدَوْرٍ وَاحِدٍ مِنْ أَدْوَارِ ٱلْأَصْلِ حَتَّى يَصِيرَ هَكَذَا

تن   تن تن   تن   تن تن   تن   تن تن   تن   تن تن   تن

وَقَدْ يَنْقُصُ مِنَ ٱلْمَحْثُوثَاتِ إِحْدَاهَا حَتَّى يَبْقَى أَرْبَعُ نَقَرَاتٍ وَقَدْ يُغَيَّرُ نَحْوًا آخَرَ مِنَ ٱلتَّغْيِيرِ غَيْرَ أَنَّ فِي مَا ذَكَرْنَا كِفَايَةً i. e. „porro ex rhythmis principalibus est

Ramal, quem nonnulli gravem Ramali vocant. Qui rhythmus pulsationem gravem continet unam, cui srbiunguntur leves duae, igiturque sic comparatus est:

tan tan tan tan tan tan.

Ergo rhythmus hic est disiunctus ille, qui exsistit, si rhythmi primitivi pulsationum secunda [pag. 155.] mutatur. Periodi huius rhythmi interdum sine ulla formae eius principalis mutatione usurpantur. Nonnunquam vero hoc rhythmo utuntur mutato. Nempe periodus prima prorsus ita comparata, ut in forma principali exstat, ponitur; subiungitur vero [periodo secundae] tempus dirimens, quod maius est quam id, quod inter primam et secundam intercedit. Cui tempori dirimenti adiicitur pars secunda periodi formae principalis accelerata, bisque vel ter repetita. Cui parti subiunguntur periodus formae principalis una vel duae. Tum haec periodorum Ramali unam maximam efficiunt, quae sic repraesentari potest:

tan tan tan		tan tan tan		tan tan tan	tan	tan tan		tan tan tan	
	⋮		⋮		⋮		⋮		⋮
prima		secunda		accelerata		tertia		quarta	

Haec igitur earum huius rhythmi periodorum, quae plerumque usurpantur, plenissima est. Interdum vero parti acceleratae una tantum periodorum formae principalis subiungitur; quod si fit, hic rhythmus exsistit:

tan tan tan		tan tan tan		tan tan tan	tan	tan tan	tan	
	⋮		⋮		⋮			⋮
prima		secunda		accelerata		tertia		

Interdum pulsationum acceleratarum una supprimitur ita, ut pulsationes quattuor? maneant. Atque etiam alio modo hic rhythmus mutatur; sed quae diximus satis sunt."

Verba arabica ٱلدَّوْرُ ٱلثَّانِي *periodo secundae*, quae posui uncinis circumclusa, in codice vero non exstant, ideo adieci, quia in repraesentatione huius rhythmi mutati per syllabas ***tan*** facta librarius periodos duas formae principalis praemisit parti acceleratae. Pro يُرْتَدَفُ in codice يستدى scriptum est, quod ad hunc locum non satis accommodatum est. Vocabulum ***Ramal*** valet: tolutim incedere, significatque etiam metrum quoddam prosodiacum, cuius forma principalis haec est:

فاعلاتن فاعلاتن فاعلاتن — o — — — o — — — o — —

4. De gravi secundo Fàràbensis fol. 106. vers. sic disserit: وَمِنْهَا ٱلثَّقِيلُ ٱلثَّانِي وَهُوَ ٱلَّذِى إِيقَاعُهُ عِنْدَهُمْ ٱثْنَتَانِ ثَقِيلَتَانِ ثُمَّ وَاحِدَةٌ ثَقِيلَةٌ وَهُوَ هَكَذَا

تن تن تن تن تن تن

وَهٰذَا ٱلْأَصْلُ هُوَ ٱلْمُفَصَّلُ ٱلَّذِى يَحْدُثُ مِنْ تَضْعِيفِ ٱلنَّقْرَةِ ٱلْأُولَى مِنْ نَقَرَاتِ ٱلْمَبْدَإِ وَإِقْرَارِ ٱلثَّانِيَةِ عَلَى حَالِهَا وَقَدْ يُسْتَعْمَلُ مُغَيَّرًا وَتَغْيِيرُهُ عَلَى أَنْحَآءٍ كَثِيرَةٍ وَنَحْنُ نَذْكُرُ بَعْضَهَا فَمِنْ ذٰلِكَ أَنْ يُزَادَ عَلَى ٱلنَّقْرَةِ ٱلْآخِرَةِ مِنْ كُلِّ دَوْرٍ نَقْرَةٌ أُخْرَى يُشْغَلُ بِهَا بَعْضُ زَمَانِ ٱلْفَاصِلَةِ حَتَّى يُسَهَّلَ بِهَا الْمَجَازُ مِنْ دَوْرٍ إِلَى دَوْرٍ وَلِيُسَهَّلَ بِهَا قَطْعُ ٱلدَّوْرِ فَيَصِيرُ هٰكَذَا

تن تن　　تن تن　　تن تن　　تن تن　　تن

⋮　　⋮

وَرُبَّمَا أُرْدِفَتِ ٱلنَّقْرَةُ ٱلثَّالِثَةُ ٱلثَّقِيلَةُ أَيْضًا بِنَقْرَةٍ لَيِّنَةٍ وَرُبَّمَا أُرْدِفَ مُضَاعِفُ ٱلثَّالِثَةِ أَيْضًا بِنَقْرَةٍ لَيِّنَةٍ i. e. „porro ex rhythmis principalibus est gravis secundus [pag. 139.]. Quem esse dicunt pulsationes graves duas, quibus subiungitur gravis una. Sic igitur repraesentatur:

tan　tan　tan　　tan　tan　tan

Quae forma principalis est rhythmus ille diremtus, qui exsistit, si rhythmi primitivi pulsationum prima duplicatur, secunda vero retinetur non mutata [pag. 155.]. Interdum hic rhythmus usurpatur mutatus, mutatioque eius fit modis diversis, quorum commemorabimus nonnullos. Adiicitur nempe interdum ad uniuscuiusque periodi pulsationem extremam pulsatio alia, quae quandam temporis dirimentis partem explct, ut ipsa transitum ab periodo una ad alteram reddat faciliorem, utque hac pulsatione adiecta etiam abruptio periodi facilior reddatur. Tum rhythmus hic est:

tan　tan　　tan　tan　　tan　tan　　tan　tan　　tan

⋮　　⋮

Atque interdum etiam pulsationi tertiae gravi pulsatio una lenis subiungitur. Porroque nonnunquam etiam ei pulsationi, quae tertiam duplicat, pulsatio una subiungitur levis."

5. De levi gravis secundi sive machûrico ab Fàràbensi fol. 106. vers. exponuntur haec: وَمِنْهَا ٱلْإِيقَاعُ ٱلَّذِى يُسَمُّونَهُ ٱلْمَاخُورِىَّ وَخَفِيفَ ٱلثَّقِيلِ ٱلثَّانِى وَهُوَ ٱلَّذِى إِيقَاعُهُ عِنْدَهُمْ ٱثْنَتَانِ خَفِيفَتَانِ ثُمَّ وَاحِدَةٌ ثَقِيلَةٌ وَهٰذَا رَسْمُهُ

تَتَنْ تَنْ　　تَتَنْ تَنْ　　تَتَنْ تَنْ

⋮　　⋮

وَهٰذَا ٱلْأَصْلُ هُوَ إِيقَاعٌ مُفَصَّلٌ يَحْدُثُ [مِنْ] تَخْفِيفِ ٱلثَّقِيلِ ٱلثَّانِى وَقَدْ يُسْتَعْمَلُ عَلَى

مَا هُوَ عَلَيْهِ فِي ٱلْأَصْلِ وَيُسْتَعْمَلُ مُشَيَّعًا بِزِيَادَاتٍ تُزَادُ [عَلَيْهِ] يَتَغَيَّرُ بِهَا شَكْلُهُ ٱلَّذِى كَانَ لَهُ فِي أَصْلِ مَبْنَاهُ فَمِنْهَا أَنَّهُ يُسْتَعْمَلُ بِزِيَادَةِ نَقْرَةٍ عَلَى ٱلنَّقْرَةِ ٱلْأَخِيرَةِ وَيُكَرَّرُ الْجُزْءُ ٱلثَّانِي تَارَةً وَيُكَرَّرُ الْجُزْءَانِ جَمِيعًا تَارَةً مَرَّتَيْنِ وَمَا زَادَ وَهٰذَا رَسْمُ مَا ٱسْتُعْمِلَ بِزِيَادَةِ نَقْرَةٍ عَلَى ٱلثَّانِيَةِ

تَتَنْ تَنْ تَنْ تَتَنْ تَنْ تَنْ تَتَنْ

وَهَذَا رَسْمُ مَا كُرِّرَ فِيهِ الْجُزْءُ ٱلثَّانِي ٱلْمَزِيدُ عَلَيْهِ نَقْرَةٌ

تَتَنْ تَنْ تَنْ تَنْ . تَنْ تَنْ تَنْ تَتَنْ

وَهَذَا رَسْمُ مَا كُرِّرَ فِيهِ الْجُزْءَانِ جَمِيعًا

تَتَنْ تَتَنْ تَنْ تَنْ تَنْ تَنْ تَنْ تَنْ تَتَنْ

i. e. „porro ex rhythmis principalibus is est, quem machûricum sive levem gravis secundi vocant, dicuntque continere pulsationes leves duas, gravemque unam. Qui sic repraesentatur:

tatan tan tatan tan tatan tan

Quae eius forma principalis est rhythmus diremtus is, qui exsistit, si levior [*i. e. celerior*] redditur gravis secundus [pag. 139.]. Usurpatur interdum ita, ut formam suam principalem retineat. Nonnunquam vero usurpatur auctus additamentis, quae formam ipsius principalem mutant. Exempli gratia interdum ad pulsationem eius extremam pulsatio una adiicitur, iteranturque deinde aut pars secunda semel, aut utraque pars bis vel saepius. Igitur, si pulsatio una ad secundam adiicitur, haec est eius forma:

tatan tan tan tatan tan tan tatan

Si vero eius secunda, ad quam pulsatio una adiecta est, [*bis*] iteratur, hanc formam induit:

tatan tan tan tan tan tan tan tatan

Si utraque pars iteratur, haec est eius forma:

tatan tatan tan tan tan tan tan tan tatan."

Syllabae *tatan* in his repraesentationibus duas pulsationes leves significant.

6. Deinde gravem primum Fârâbensis fol. 106. vers. et 107. rect. sic describit: وَمِنْهَا ٱلْإِيقَاعُ ٱلَّذِى يُسَمُّونَهُ ٱلثَّقِيلَ ٱلْأَوَّلَ وَهُوَ ٱلَّذِى نَقَرَاتُ أَدْوَارِهِ ثَلَاثٌ ثَلَاثٌ مُتَوَالِيَةٌ وَهَذَا رَسْمُهُ

تن تن تن   تن تن تن

وَهَذَا ٱلْإِيقَاعُ هُوَ ٱلْمُفَصَّلُ ٱلَّذِى يَحْدُثُ بِتَضْعِيفِ كُلِّ وَاحِدَةٍ مِنْ نَقْرَتَيِ ٱلْمَبْدَإِ بِنَقْرَةٍ مُتَوَسِّطَةٍ مُشْتَرِكَةٍ لِكُلِّ وَاحِدَةٍ مِنْ نَقْرَتَيِ ٱلْمَبْدَإِ وَهَذَا ٱلْإِيقَاعُ كَثِيرًا مَا يُسْتَعْمَلُ غَيْرَ مُغَيَّرٍ عَمَّا عَلَيْهِ بِنْيَتُهُ فِى ٱلْأَصْلِ وَقَدْ يُغَيَّرُ بِتَضَاعُفِ كُلِّ وَاحِدَةٍ مِنْ نَقَرَاتِهِ ٱلثَّلَثِ وَيُشْغَلُ [بَعْضُ] زَمَانِ فَاصِلَتِهِ ٱلْعُظْمَى بِنَقْرَةٍ لَيِّنَةٍ وَرُبَّمَا كَانَتْ نَقْرَةً تَامَّةً وَهَذَا رَسْمُهُ

تن تن   تن تن   تن تن   تن   تن تن   تن تن   تن تن   تن

⋮

وَمِنْهَا مَا [فِيهِ] تُنْقَرُ ٱلنَّقْرَةُ ٱلْأُولَى عَلَى حَالَتِهَا غَيْرَ مُضَاعَفَةٍ وَتَضَاعَفُ ٱلنَّقْرَتَانِ بَعْدَهَا وَقَدْ يُرْدَفُ مَعَ ذَلِكَ أَيْضًا بِتَكْرِيرِ ٱلْجُزْءِ ٱلْأَوَّلِ مِرَارًا كَثِيرَةً وَتَتَكَرَّرُ ٱلنَّقْرَةُ ٱلزَّائِدَةُ مِرَارًا كَثِيرَةً وَهَذَا رَسْمُ مَا لَمْ يَتَكَرَّرْ فِيهِ ٱلْجُزْءُ ٱلْأَوَّلُ أَوِ ٱلنَّقْرَةُ ٱلزَّائِدَةُ

تن   تن تن   تن تن   تن   تن تن   تن تن

⋮

وَهَذَا رَسْمُ مَا كُرِّرَ فِيهِ ٱلْجُزْءُ ٱلْأَوَّلُ وَٱلنَّقْرَةُ ٱلزَّائِدَةُ

تن   تن تن   تن تن   تن تن   تن تن   تن

⋮

وَقَدْ يُضَاعَفُ ٱلنَّقْرَةُ ٱلْأَخِيرَةُ وَحْدَهَا وَتُنْقَرُ ٱلْأُولَيَانِ عَلَى حَالَتِهِمَا وَقَدْ يُغَيَّرُ أَنْحَاءً أُخَرَ مِنَ ٱلتَّغْيِيرِ غَيْرَ هَذِهِ لَكِنِّى أَكْتَفِى بِذِكْرِ هَذِهِ وَحْدَهَا دُونَ بَاقِيهَا

i. e. „Porro ex rhythmis principalibus is est, quem gravem primum adpellant [pag. 138.], cuiusque periodi tres pulsationes continent deinceps editas. Igitur haec est eius forma:

tan tan tan   tan tan tan

Qui rhythmus est diremtus ille, qui exsistit, si utraque rhythmi primitivi pulsatio geminatur per pulsationem intermediam, quae inter duas illas rhythmi primitivi pulsationes interponitur [pag. 156.]. Atque sat frequenter rhythmus hic ita usurpatur, ut forma

eius principalis non mutetur. Interdum vero ita mutatur, ut pulsationum ipsius trium quaevis geminetur, quaedamque temporis dirimentis, quod in eo ponitur, maioris pars expleatur pulsatione una leni, pro qua nonnunquam substituitur pulsatio plena. Tum eius forma haec est:

tan tan tan tan tan tan tan tan tan tan tan tan tan tan
⋮
explens explens

Alia eius species est ea, in qua pulsatio prima ita retinetur, ut non mutetur, duae sequentes vero geminantur. Atque interdum his subiungitur pars prima pluries iterata, iteraturque etiam pulsatio illa explens pluries. Tum igitur, si nec pars prima, nec pulsatio explens, iteratur, haec est rhythmi forma:

tan tan tan tan tan tan tan tan tan
⋮
explens

Si pars prima et pulsatio explens iterantur, rhythmi forma haec est:

tan tan tan tan tan tan tan tan tan tan
⋮
explens explens

Interdum sola pulsatio tertia geminatur, non mutatis duabus primis. Porro etiam aliis modis hic rhythmus mutatur. Sed subsisto, his expositis, ceterosque mitto."

7. Denique de **levi gravis primi** fol. 107. rect. ita exponit Fârâbensis:

وَمِنْهَا ٱلْإِيقَاعُ ٱلَّذِى يُسَمُّونَهُ خَفِيفَ ٱلثَّقِيلِ ٱلْأَوَّلِ وَهُوَ ٱلَّذِى نَقَرَاتُ أَدْوَارِهِ ثَلَاثٌ ثَلَاثٌ مُتَوَالِيَةٌ أَخَفُّ مِنْ نَقَرَاتِ ٱلثَّقِيلِ ٱلْأَوَّلِ وَهٰذَا رَسْمُهُ

تن تن تن   تن تن تن

وَهٰذَا يَحْدُثُ بِتَقْرِيبِ مَا بَيْنَ نَقَرَاتِ ٱلثَّقِيلِ ٱلْأَوَّلِ وَقَدْ يُسْتَعْمَلُ عَلَى مَا هُوَ عَلَيْهِ فِى ٱلْأَصْلِ غَيْرَ مُغَيَّرٍ وَقَدْ يُغَيَّرُ أَنْحَآءً مِنَ ٱلتَّغْيِيرَاتِ مِنْهَا أَنْ تُضَاعَفَ ٱلنَّقْرَةُ ٱلْأُولَى وَٱلثَّانِيَةُ وَتُقَرَّ ٱلثَّالِثَةُ عَلَى حَالَتِهَا وَتُرْدَفَ بِنَقْرَةٍ لَيِّنَةٍ وَهٰذَا رَسْمُهُ

تَنْ تَنْ تَنْ تَنْ تَنْ تَ   تَنْ تَنْ تَنْ تَنْ تَنْ تَ
⋮

وَمِنْهَا أَنْ تُضَاعَفَ ٱلْأُولَى وَتُقَرَّ ٱلثَّانِيَةُ عَلَى حَالَتِهَا ثُمَّ تُضَاعَفَ ٱلثَّالِثَةُ وَتُكَرَّرَ مُضَاعَفَةً وَهٰذَا رَسْمُهُ

تن تن تن تن تن تن تن   تن تن تن تن تن تن تن

وَمِنْهَا أَنْ تُضَاعَفَ ٱلْأُولَى وَٱلثَّانِيَةُ أَوْ تُخَفَّفَ مَعَ ذٰلِكَ وَتُتْرَكَ ٱلثَّالِثَةُ عَلَى حَالَتِهَا أَوْ تُثَقَّلَ مَعَ ذٰلِكَ وَتُكَرَّرَ وَهٰذَا رَسْمُهُ

تن تن تن تن تن   تن   تن تن

وَلَهُ أَيْضًا تَغْيِيرَاتٌ أُخَرُ

i. e. „Porro ex rhythmis principalibus is est, quem levem gravis primi adpellant, cuiusque periodi tres pulsationes continent deinceps editas, easque leviores quam quae in gravi primo eduntur [pag. 138.]. Igitur haec est eius forma:

tan tan tan   tan tan tan

Qui rhythmus tum exsistit, si tempora, quae inter pulsationes gravis primi interposita sunt, redduntur breviora. Interdum forma huius rhythmi principalis usurpatur non mutata. Sed mutationes quoque eius usurpantur variae. Quarum una talis est, ut pulsatio prima et secunda geminentur, tertiae vero, quae retinetur non mutata, subiungatur pulsatio una lenis. Tum rhythmi forma est haec:

tan tan tan tan tan ta   tan tan tan tan tan ta

Mutatio alia ita paratur, ut pulsatio prima geminetur, secunda retineatur non mutata, tertia geminetur, ipsaque geminata iteretur. Cuius mutationis forma haec est:

tan tan tan tan tan tan tan   tan tan tan tan tan tan tan

Mutatio alia talis est, ut pulsatio prima et secunda geminentur, quod interdum ita fit, ut etiam leviores reddantur, pulsatio tertia vero retineatur non mutata, quod interdum ita fit, ut etiam gravior reddatur, iteretur que. Tum forma haec est:

tan tan tan tan tan   tan   tan tan

Atque aliae huic rhythmo sunt mutationes."

Rhythmis principalibus septem ita enumeratis, ab Fârâbensi fol. 107. rect. et vers. subiunguntur haec: فَهِيَ جَمِيعُ ٱلْإِيقَاعَاتِ ٱلَّتِي جَرَتْ عَادَةُ ٱلْعَرَبِ بِٱسْتِعْمَالِهَا وَقَدْ عَدَّدْنَا أُصُولَهَا وَكَثِيرًا مِنَ ٱلْمُنْشَأَاتِ عَنْ تِلْكَ ٱلْأُصُولِ لِيَنْصَرِفَ ذِهْنُ ٱلْإِنْسَانِ إِلَى نَحْوِ تَنْشِئَتِهِ وَلِتَحْدُثَ لَهُ قُدْرَةٌ عَلَى تَنْشِئَتِهَا مِنْ تِلْقَاءِ نَفْسِهِ إِذَا أَرَادَ ذٰلِكَ

وَكُلُّ وَاحِدٍ مِنَ ٱلْمُنْشَأَاتِ عَنِ ٱلْأُصُولِ قَدْ يُسْتَعْمَلُ فِيهِ تَكْرِيرُ ٱلْأَجْزَآءِ مِرَارًا كَثِيرَةً فَتَتَغَيَّرُ بِهَا أَشْكَالُ كَثِيرٍ مِنْهَا وَهَذِهِ كُلُّهَا إِذَا أُتْبِعَتِ ٱلْأَغَانِيَ ٱسْتُعْمِلَ فِيهَا أَنْحَآءٌ أُخَرُ مِنَ ٱلتَّغْيِيرَاتِ غَيْرَ هَذِهِ وَهِيَ سَائِرُ ٱلْأَنْحَآءِ ٱلَّتِي ذَكَرْنَاهَا قَبْلَ ٱلْإِيقَاعَاتِ ٱلْعَرَبِيَّةِ وَقَدْ تُخَفَّفُ جَمِيعُ ٱلْإِيقَاعَاتِ سِوَى ٱلْمَاخُورِيِّ إِمَّا كُلُّ أَجْزَآءِ ٱلْإِيقَاعِ وَإِمَّا أَكْثَرُهَا تَخْفِيفًا يُسَاوِي خِفَّتُهَا خِفَّةَ ٱلْجُزْءِ ٱلْأَوَّلِ مِنْ جُزْءَيِ ٱلْمَاخُورِيِّ فَيُسَمُّونَ تَخْفِيفَ ٱلْإِيقَاعَاتِ [ٱلَّذِي] هُوَ [هَذَا] ٱلنَّحْوُ مِنَ ٱلتَّخْفِيفِ ٱلتَّمْخِيرَ وَذَلِكَ إِنَّمَا يَكُونُ مَتَى كَانَتِ ٱلنَّقَرَاتُ لَا تُعَقِّبُهَا وَقَفَاتٌ أَصْلًا لَكِنْ تُعَقِّبُهَا حَرَكَةٌ أَبْطَأُ مِنْ أَسْرَعِ نُقْلَةٍ تُمْكِنُ مِنْ نَغْمَةٍ إِلَى نَغْمَةٍ وَيَكُونُ زَمَانُهَا أَقَلَّ مِنْ زَمَانِ حَرَكَةِ إِيقَاعٍ تُعَقِّبُهَا وَقْفَةٌ تُعَقِّبُ نَقْرَةً وَلِذَلِكَ قَدْ يُظَنُّ أَنَّ ٱسْمَ ٱلْمَاخُورِيِّ لَيْسَ يَقَعُ عَلَى إِيقَاعٍ بِعَيْنِهِ لَكِنْ يُظَنُّ أَنَّهُ يَدُلُّ عَلَى حَالٍ لَيْسَ يَخْتَصُّ بِهِ إِيقَاعٌ دُونَ إِيقَاعٍ بَلْ يَعُمُّ جَمِيعَ ٱلْإِيقَاعَاتِ فَأَمَّا مَنْ تَقَدَّمَ مِنْ حِذَاقِ مَنْ زَاوَلَ أَعْمَالَ هَذِهِ ٱلصِّنَاعَةِ مِنَ ٱلْعَرَبِ فَإِنَّهُمْ يُوقِعُونَ هَذَا ٱلْإِسْمَ عَلَى خَفِيفِ ٱلثَّقِيلِ ٱلثَّانِي فَأُثْبِتَ أَنْ يَكُونَ تَخْفِيفُ سَائِرِ ٱلْإِيقَاعَاتِ هَذَا ٱلنَّحْوَ مِنَ ٱلتَّخْفِيفِ وَلَمَّا ٱسْتُنْبِطَ أَخِيرًا وَكَانَتْ سُرْعَةُ مُخَفَّفَاتِهَا مُتَسَاوِيَةً لِسُرْعَةِ ٱلْجُزْءِ ٱلْأَوَّلِ مِنْ خَفِيفِ ٱلثَّقِيلِ ٱلثَّانِي ٱلْمَخْصُوصِ بِٱسْمِ ٱلْمَاخُورِيِّ ٱسْتُعِيرَ لِمُخَفَّفَاتِ سَائِرِ ٱلْإِيقَاعَاتِ ٱسْمُ ٱلْمَاخُورِيِّ وَيُسَمَّى تَخْفِيفُهَا هَذَا ٱلتَّمْخِيرَ لَهَا وَلْيَكُنْ ذَلِكَ مُمَخَّرَ ٱلثَّقِيلِ ٱلْأَوَّلِ وَهَذَا رَسْمُهُ

تتن تتن تتن تن   تتن تتن تتن تن

وَٱلْعَادَةُ فِي ٱلْمُمَخَّرَاتِ أَنْ يُكَرَّرَ جُزْؤُهَا ٱلْمُمَخَّرُ مِرَارًا كَثِيرَةً فَتَطُولَ لِذَلِكَ أَدْوَارُهُ ٱلْعُظْمَى مِثَالُ ذَلِكَ مَاخُورِيُّ ٱلثَّقِيلِ ٱلْأَوَّلِ وَهَذَا رَسْمُهُ

تتن تتن تتن تتن تتن تتن

وَرُبَّمَا صَارَ ٱلدَّوْرُ أَعْظَمَ مِنْ هَذَا

i. e. „Hi igitur sunt rhythmi ii omnes, quos Arabes usurpare solent. Formas eorum

principales, magnamque earum quoque, quae ex formis illis principalibus finguntur, partem enumeravimus, ut ad hunc fingendi modum quisque ingenium advertat, ipseque suo marte huius generis rhythmos, si velit, fingere possit. In earum formarum, quae ex formis principalibus fictae sunt, quavis partes singulae pluries iterari possunt adeo, ut multarum conformatio hac re mutetur. Porro in his rhythmis omnibus, si ad cantilenas adplicantur, genera mutationum alia usurpantur, de quibus ante diximus, quam rhythmos arabicos explicuimus. Rhythmi omnes, excepto machûrico, vel quod ad omnes, vel quod ad multas rhythmi partes adtinet, leviores reddi possunt adeo, ut eorum levitas ad duarum machûrici partium primae levitatem accedat. Unde fit, ut eam rhythmorum adlevationem, quae huius generis est, *machurizationem* adpellent. Quod tum tantummodo fit, si pulsationibus pausae subiunguntur nullae, sed motio tamen subiungitur, quae tardior est quam transitus, qui ab sono uno ad alterum fieri potest celerrimus [pag. 149.], tempus huius motionis vero brevius est quam tempus illius motionis in aliquo rhythmo usurpatae, quam sequitur pausa, quae pulsationi subiungitur. Censent igitur nonnulli nomen machûrici non rhythmum quendam singulum, sed habitum quendam generalem significare, qui non uni tantum rhythmo prae ceteris, sed rhythmis omnibus tribui possit. Peritissimi vero eorum hominum, qui apud Arabes rebus huius artis operam dederunt, illo nomine *levem gravis secundi* significarunt. Sed ceterorum quoque rhythmorum adlevationem esse huius generis, concessum est. Quae adlevatio quum novissima prodierit, rhythmorumque adlevatorum celeritas ad celeritatem partis primae rhythmi levis gravis secundi, qui prae ceteris machûricus nuncupatur, proxime accedat, ad ceteros quoque rhythmos adlevatos nomen machûrici translatum est. Quorum adlevatio igitur, quae huius generis est, *machûrizatio* eorum adpellatur. Si exempli causa gravem primum machûrizatum repraesentare volumus, haec erit eius forma:

tatan tatan tatan tan tatan tatan tatan tan.

Atque in rhythmis machûrizatis pars machûrizata pluries iterari solet ita, ut periodi eorum maiores admodum longae fiant. Cuius rei exemplum cernitur in machûrico gravis primi, cuius forma haec est:

tatan tatan tatan tatan tatan tatan.

Nonnunquam periodus exsistit, quae etiam maior quam illa est.“

Fârâbensis postquam septem rhythmorum principalium naturam ita explanavit singulorum, de iis quae ei, qui aliquam melodiam specialem componere vult, facienda et perpendenda sint, fol. 107. vers. et fol. 108. disserit. Primo الْجَمَاعَةُ *systema* [pag. 57. 120 — 122.] certum, ex quo soni melodiae capiantur, eligendum esse; deinde

اَلْجِنْسُ *modulationis genus* [pag. 50.] aliquod, cuius intervalla usurpentur; deinde systema utrum perfectum, an imperfectum sit, examinari oportere; porro utrum ex quadam systematis illius parte, et quanam, an ex sonis eius omnibus, melodiam componere velimus; deinde explorandum esse, ex quanam اَلنَّوْعُ *octavarum specie* [pag. 65.] soni melodiae principales sive مَبَانِى ٱللَّحْنِ *fundamenta melodiae* sumamus [atque etiam supra fol. 122. 124. pro مَثَانِى ٱلْأَلْحَانِ *soni secundarii melodiarum* scribendum esse مَبَانِى ٱلْأَلْحَانِ *fundamenta melodiarum* censeo]. Certa vero octava electa, sonos ipsius consonos ab dissonis distingui oportere; quam rem qui perficere velit, ei adiumento esse posse tabulas praemissas, de quibus supra dictum est, pag. 120—126. Quod ita exponit Fârâbensis fol. 108. recto: ثُمَّ نُمَيِّزُ بَيْنَ ٱلْمُتَلَائِمَاتِ مِنْهَا وَبَيْنَ ٱلْمُتَنَافِرَةِ وَذَلِكَ أَنْ نَأْخُذَ كُلَّ وَاحِدَةٍ مِنْ نَغَمِ ذَلِكَ ٱلنَّوْعِ وَنُدْخِلَهَا فِى الْجَدَاوِلِ ٱلَّتِى سَلَفَتْ وَنَأْخُذَ مُلَائِمَاتِهَا وَمُنَافِرَاتِهَا وَنُمَيِّزُ بَيْنَ مُلَائِمَاتِهَا ٱلْعُظْمَى وَبَيْنَ ٱلْوُسْطَى وَبَيْنَ ٱلصُّغْرَى وَقَدْ يُمْكِنُ تَمْيِيزُ ذَلِكَ بِتِلْكَ الْجَدَاوِلِ بِأَعْيَانِهَا ثُمَّ نَصِيرُ بَعْدَ ذَلِكَ اِلَى جَدَاوِلِ ٱلْاِنْتِقَالَاتِ i. e. „deinde distinguimus consonos illorum sonorum ab dissonis; quod quidem perficitur, si illius octavae sonos singulos in tabulas illas, quas praemisimus, inferimus, eosque, qui illis consoni vel dissoni sunt, inde sumimus. Porro consonantias distinguimus maximas, medias et minores; quarum quidem distinctio ex iisdem tabulis peti potest. Tum vero, illis peractis, ad tabulas transitionum procedimus [vide supra pag. 126.]." Denique quomodo melodia, quae iam rite composita sit, ad certum rhythmum adstringatur, exponit. De exornationum quoque generibus, ut اَلتَّكْثِيرُ *augmento* et اَلتَّفْخِيمُ *corroboramento*, quibus adhibitis melodia reddatur elegantior, dicit variis, atque de rhythmorum exornatione. De ratione, quae inter rhythmi musici partes et metrorum poeticorum partes intercedat, fol. 108. vers. dicit haec: وَٱلْأَجْزَآءُ ٱلْعُظْمَى تَقُومُ فِى ٱلْأَلْحَانِ مَقَامَ ٱلْأَبْيَاتِ فِى ٱلْأَشْعَارِ وَٱلْأَجْزَآءُ ٱلْوُسْطَى تَقُومُ فِيهَا مَقَامَ [أَجْزَآءِ] ٱلْمَصَارِيعِ وَٱلْأَجْزَآءُ ٱلصُّغْرَى تَقُومُ فِيهَا مَقَامَ أَجْزَآءِ ٱلْمَصَارِيعِ i. e. „partes melodiae maiores explent locum distichorum carminis; partes illius mediae explent locum [partium] hemistichiorum; partes vero illius minores explent locum partium hemistichiorum [sive pedum prosodicorum]." Vocabulum

أَجْزَآءِ *partium* illud, quod uncinis inclusum posuimus, per incuriam notarii in scripturam arabicam intrusum esse videtur.

Ita Fàrâbensis de melodiis, quae ex instrumentorum musicorum sonis componuntur, dicit. Quibus absolutis, extremo libri capite fol. 109—123. ad melodias eas transit, quae ex gutturis humani sonis parantur; quas hoc loco vocat: ٱلْأَلْحَانُ ٱلَّتِي تَتَأَلَّفُ عَنِ ٱلنَّغَمِ ٱلْكَائِنَةِ بِٱلتَّصْوِيتِ ٱلْإِنْسَانِيِّ i. e. melodias, quae componuntur ex sonis iis, quas edit vox humana; vide supra pag. 116. nam in his sonis componendis non acuminis et gravitatis tantum rationem esse habendam, sed ad alias quoque eorum qualitates animadverti oportere. Deinde de pedibus verborum prosodicis dicit, quomodoque ad verba versiculorum carminis soni ex gutture humano editi adplicari possint, explicat. Porro fol. 121. de variis melodiarum classibus, varios animi motus concitantibus, dicit, deque discriminibus melodiarum multis, quae in hac re aliquid momenti habent. Quodsi in melodiam unam momenta, ex quibus affectus animi pendent, recipiantur nimis multa, inde eas exsistere melodias perhibet, quae ٱلْمَتِينَةُ *solidae* nuncupantur: فَتَصِيرُ لِذٰلِكَ بَعْضُهَا كَامِلَةً وَبَعْضُهَا نَاقِصَةً وَبَعْضُهَا مُتَوَسِّطَةً وَإِذَا ٱجْتَمَعَتْ هٰذِهِ ٱلْفُصُولُ كُلُّهَا وَٱسْتَقْصَتْ رُبَّمَا عَرَضَ عَنْهَا فِي ٱللَّحْنِ أَنْ يَصِيرَ ثَقِيلَ ٱلْمَسْمُوعِ فَلَا يُبْلَغُ بِهِ إِلَى ٱلْمَقْصُودِ كَمَا قَدْ يَعْرِضُ لِسَائِرِ الْحَوَاسِّ مَتَى ٱسْتَقْصَى لَهَا أَمْرٌ مَحْسُوسٌ بِهَا وَكَمَا يَعْرِضُ لِلذِّهْنِ عِنْدَ ٱسْتِقْصَآءِ ٱلْمَعْقُولَاتِ وَهٰذِهِ فَلْتُسَمَّى ٱلْأَلْحَانَ ٱلْمَتِينَةَ وَهٰذِهِ ٱلْأَحْوَالُ قَدْ تُكْسِبُ ٱلْأَلْحَانَ فَخَامَةً غَيْرَ أَنَّ ٱلْمَقْصُودَ لَيْسَ يُبْلَغُ بِهَا إِلَّا بِعُسْرٍ i. e. „sunt propterea melodiae nonnullae perfectae, aliae imperfectae, aliae mediae. Quodsi vero discrimina illa coniunguntur omnia, conferunturque cuncta, tum saepe accidit, ut talis quaedam melodia gravis esse videatur auditui, neque id, quod propositum erat, ea efficiatur; quod quidem etiam ceteris sensibus, si res, quam percipiunt, iis proponitur tota simul, accidere solet, atque intellectui quoque, si ea, quae mente percipiuntur, exponuntur omnia simul. Quae huius generis sunt, nuncupantur ***melodiae solidae.*** Quae per constitutionem talem robur quoddam soni quidem accipiunt, sed id, quod propositum erat, non efficiunt, nisi difficulter.“

Porro de melodiis iis, quae لَحْنٌ وَافٍ *melodia constans*, et لَحْنٌ حَائِلٌ *melodia declinans*, vocantur, fol. 121. vers. exponit haec: وَقَدْ يَعْرِضُ فِيهَا مَا يَعْرِضُ فِي

ٱلْأَقَاوِيلِ ٱلشِّعْرِيَّةِ ٱلْمَوْزُونَةِ أَنْ يَكُونَ بَعْضُ أَجْزَآئِهَا مُنَبِّهَةً عَلَى بَعْضٍ فَمَتَى عَرَضَ ذَلِكَ وَكَانَ مَا نَبَّهَ مِنْهَا عَلَى نَغْمَةٍ رَدَفَتْهُ تِلْكَ ٱلَّتِي نُبِّهَ عَلَيْهَا فَلْيُسَمَّى ذَلِكَ ٱللَّحْنُ ٱلْوَافِيَ وَإِنْ كَانَ مَا نَبَّهَ مِنْهَا عَلَى شَيْءٍ رَدَفَتْهُ غَيْرُ ٱلَّذِى نُبِّهَ عَلَيْهِ فَلْيُسَمَّى ذَلِكَ ٱللَّحْنُ الحَائِلَ i. e.: „Atque nonnunquam in melodiis perinde ut in dictis poeticis metricis accidit, ut quaedam earum pars alius cuiusdam partis praesagium adferat. Quod ubi fit, si sono ei, qui sonum alium praesagivit, sonus ille ipse, quem praesagivit, subiungitur, melodia dicitur esse ***constans.*** Si vero sono ei, qui alium praesagivit, non ipse ille, quem praesagivit, sed alius quisquam subiungitur, tum melodia dicitur esse ***declinans.***"

11. *De locutionibus illis, quibus Isfâhânensis cantilenarum rhythmos et modos describit.*

Locutiones illae, quibus Isfâhânensis in cantilenarum libro rhythmos modosque earum cantilenarum, de quibus dicit, locis permultis describit musicos, [vide supra pag. 33.] duas potissimum res definiunt, et primo quidem genus rhythmi, quem ***tactum*** nuncupamus, deinde vero digitos quosdam, digitorumque curricula, quae ad certos citharae sonos pertinere videntur, qui ex chorda, quae digitis variis premitur, eliciuntur. Ligamenta certe citharae, quae chordam in partes varias dividunt, quarum quaevis suum edit sonum, ex digitis nomina trahere, exposuimus supra pag. 78. 85. 114. Genera vero illarum locutionum, quibus Isfâhânensis utitur, distingui possunt tria.

1. Locutiones pleniores.

ثَقِيلٌ أَوَّلُ مُطْلَقٌ فِي مَجْرَى ٱلْبِنْصِرِ gravis primus missus in curriculo annularis.

ثَانِي ثَقِيلِ مُطْلَقٌ فِي مَجْرَى ٱلْوُسْطَى gravis secundus missus in curriculo medii.

خَفِيفُ ثَقِيلٍ بِإِطْلَاقِ ٱلْوَتَرِ فِي مَجْرَى ٱلْبِنْصِرِ levis gravis cum missione chordae in curriculo annularis.

لَحْنُهُ مِنْ خَفِيفِ ٱلثَّقِيلِ ٱلْأَوَّلِ بِإِطْلَاقِ ٱلْوَتَرِ فِي مَجْرَى ٱلْوُسْطَى modus illius [cantilenae] est ex levi gravis primi cum missione chordae in curriculo medii.

لَحْنُهُ مِنَ ٱلْقَدْرِ ٱلْأَوْسَطِ مِنَ ٱلثَّقِيلِ ٱلْأَوَّلِ بِٱلْبِنْصِرِ فِي مَجْرَاهَا modus illius [cantilenae] est ex mensura media gravis primi cum annulari in curriculo ipsius [annularis].

خَفِيفُ ثَقِيلٍ أَوَّلْ بِٱلْوُسْطَى فِى مَجْرَى ٱلْوُسْطَى levis gravis primi cum medio in curriculo medii.

خَفِيفُ ثَقِيلٍ بِالْخِنْصِرِ فِى مَجْرَى ٱلْوُسْطَى levis gravis cum minimo in curriculo medii.

ثَقِيلٌ أَوَّلُ بِٱلسَّبَّابَةِ فِى مَجْرَى ٱلْبِنْصِرِ gravis primus cum indice in curriculo annularis.

رَمَلٌ بِٱلسَّبَّابَةِ فِى مَجْرَى ٱلْبِنْصِرِ Ramal cum indice in curriculo annularis.

Rariores haec sunt:

رَمَلٌ بِٱلسَّبَّابَةِ وَٱلْبِنْصِرِ Ramal cum indice et annulari, pag. ٧٣

ثَانِى ثَقِيلٍ بِٱلْوُسْطَى وَالْخِنْصِرِ gravis secundus cum medio et minimo, pag. ٤١

2. Locutiones breviores.

خَفِيفُ ثَقِيلٍ بِٱلْوُسْطَى levis gravis cum medio.

ثَانِى ثَقِيلٍ بِٱلْوُسْطَى gravis secundus cum medio.

خَفِيفُ ثَقِيلٍ بِٱلْبِنْصِرِ levis gravis cum annulari.

ثَانِى ثَقِيلٍ مُطْلَقٌ gravis secundus missus.

رَمَلٌ بِٱلْوُسْطَى Ramal cum medio.

خَفِيفُ رَمَلٍ بِٱلْوُسْطَى levis Ramali cum medio.

مَأْخُورِىٌّ بِٱلْبِنْصِرِ machûricus cum annulari.

3. Locutiones brevissimae.

رَمَلٌ Ramal, pag. ٧٣

هَزَجٌ Hesedsch, pag. ٤١

ثَقِيلٌ أَوَّلُ gravis primus, pag. ٧١

خَفِيفُ ثَقِيلٍ levis gravis, pag. ٤١

Quod ad has locutiones brevissimas, partesque locutionum pleniorum breviorumque primas adtinet, iis varia illa rhythmi genera, de quibus supra pag. 126 — 160.

exposuimus, significari, satis in aperto est. Quaenam vero vel rhythmorum, vel sonorum, genera *digiti illi, digitorumque curricula,* in locutionibus plenioribus et brevioribus ab Isfâhânensi commemorata describant, ex libro Fârâbcusis comperire non potui. Isfâhânensis vero has modorum vel rhythmorum distinctiones, quae ad digitos pertinent, ab Ishâk ben ibrahîm Maussilensi, citharoedo illo clarissimo, qui ao. p. H. 235. supremum diem obiit, inventas esse perhibet, seque *commentarium* رِسَالَةً scripsisse, qui distinctiones illas explicaret. Locus autem, quo Isfâhânensis haec tradit, in articulo libri cantilenarum magni exstat eo, qui de Ishâko ben ibrahîm exponit, estque hic: وَهُوَ صَحَّحَ
أَجْنَاسَ ٱلْغِنَـآءِ وَطَرَائِقَهُ وَمَيَّزَهُ تَمْيِيزًا لَمْ يَقْدِرْ عَلَيْهِ أَحَدٌ قَبْلَهُ وَلَا تَعَلَّقَ بِهِ أَحَدٌ
بَعْدَهُ وَلَمْ يَكُنْ قَدِيمًا مُمَيَّزًا عَلَى هَذَا الْجِنْسِ إِنَّمَا كَانَ يُقَالُ ٱلثَّقِيلُ وَثَقِيلُ
ٱلثَّقِيلِ والْخَفِيفُ وَخَفِيفُ الْخَفِيفِ وَهَذَا عَمْرُو بْنُ بَانَةَ وَهُوَ مِنْ تَلَامِيذِهِ يَقُولُ فِي
كِتَابِهِ ٱلرَّمَلُ ٱلْأَوَّلُ وَٱلرَّمَلُ ٱلثَّانِي ثُمَّ لَا يَزِيدُ فِي ذِكْرِ ٱلْأَصَابِعِ عَلَى ٱلْوُسْطَى
وَٱلْبِنْصِرِ وَلَا يُعَرِّفُ الْمَجَارِيَ ٱلَّتِي ذَكَرَهَا إِسْحَاقُ فِي كِتَابِهِ مِثْلُ مَا مَيَّزَ ٱلْأَجْنَاسَ
فَجَعَلَ ٱلثَّقِيلَ ٱلْأَوَّلَ أَصْنَافًا فَبَدَأَ فِيهِ بِإِطْلَاقِ ٱلْوَتَرِ فِي مَجْرَى ٱلْبِنْصِرِ ثُمَّ تَلَاهُ بِمَا
كَانَ مِنْهُ بِٱلْوُسْطَى عَلَى هَذِهِ ٱلْمَرْتَبَةِ ثُمَّ جَعَلَ ٱلثَّقِيلَ ٱلْأَوَّلَ صِنْفَيْنِ ٱلصِّنْفُ ٱلْأَوَّلُ
مِنْهُمَا هَذَا ٱلَّذِي ذَكَرْنَاهُ وَٱلصِّنْفُ ٱلثَّانِي ٱلْقَدْرُ ٱلْأَوْسَطُ مِنَ ٱلثَّقِيلِ ٱلْأَوَّلِ
وَأَجْرَاهُ الْمَجْرَى ٱلَّذِي تَقَدَّمَ مِنْ تَمْيِيزِ ٱلْأَصَابِعِ والْمَجَارِي وَأَلْحَقَ جَمِيعَ ٱلطَّرَائِقِ
وَٱلْأَجْنَاسِ بِذَلِكَ وَأَجْرَاهَا عَلَى هَذَا ٱلتَّرْتِيبِ ثُمَّ لَمْ يَتَعَلَّقْ بِفَهْمِ ذَلِكَ أَحَدٌ
بَعْدَهُ فَضْلًا عَنْ أَنْ يُصَنِّفَهُ فِي كِتَابِهِ فَقَدْ أَلَّفَ جَمَاعَةٌ مِنَ ٱلْمُغَنِّينَ كُتُبًا مِنْهُمْ
يَحْيَى ٱلْمَكِّيُّ وَكَانَ شَيْخَ الْجَمَاعَةِ وَأُسْتَاذَهُمْ وَكُلُّهُمْ كَانَ يَفْتَقِرُ إِلَيْهِ وَيَأْخُذُ
عَنْهُ غِنَـآءَ الْحِجَازِ وَلَهُ صَنْعَةٌ كَثِيرَةٌ حَسَنَةٌ مُتَقَدِّمَةٌ وَقَدْ كَانَ إِبْرَاهِيمُ ٱلْمَوْصِلِيُّ
وَٱبْنُ جَامِعٍ يَضْطَرَّانِ إِلَى ٱلْأَخْذِ عَنْهُ أَلَّفَ كِتَابًا جَمَعَ فِيهِ ٱلْغِنَـآءَ ٱلْقَدِيمَ وَأَلْحَقَ
فِيهِ ٱبْنُهُ ٱلْغِنَـآءَ الْمُحْدَثَ إِلَى آخِرِ أَيَّامِهِ فَأَتَيَا فِيهِ فِي أَمْرِ ٱلْأَصَابِعِ بِتَخْلِيطٍ عَظِيمٍ
حَتَّى جَعَلَا أَكْثَرَ مَا جَنَّسَاهُ مِنْ ذَلِكَ مُخْتَلِطًا فَاسِدًا وَجَعَلَا بَعْضَهُ فِيمَا زَعَمَا تَشْتَرِكُ

ٱلْأَصَابِعُ كُلُّهَا فِيهِ وَهَذَا مُحَالٌ وَلَوِ ٱشْتَرَكَتِ ٱلْأَصَابِعُ لَمَا ٱحْتِيجَ إِلَى تَمْيِيزِ ٱلْأَغَانِي وَتَصْيِيرِهَا مَقْسُومَةً عَلَى صِنْفَيْنِ ٱلْوُسْطَى وَٱلْبِنْصِرِ وَٱلْكَلَامُ فِي هَذَا طَوِيلٌ لَيْسَ مَوْضِعُهُ هٰهُنَا وَقَدْ ذَكَرْتُهُ فِي رِسَالَةٍ عَمِلْتُهَا لِبَعْضِ إِخْوَانِي مِمَّنْ سَأَلَنِي شَرْحَ هَذَا لَهُ فَأَثْبَتُّهُ وَٱسْتَقْصَيْتُهُ ٱسْتِقْصَآءً يُسْتَغْنَى بِهِ عَنْ غَيْرِهِ وَهَذَا كُلُّهُ فَعَلَهُ إِسْحَاقُ وَٱسْتَخْرَجَهُ بِتَمْيِيزِهِ حَتَّى أَتَى عَلَى كُلِّ مَا رَسَمَتْهُ ٱلْأَوَائِلُ مِثْلَ أُقْلِيدَسَ وَمَنْ قَبْلَهُ وَمَنْ بَعْدَهُ مِنْ أَهْلِ ٱلْعِلْمِ بِٱلْمُوسِيقِيِّ وَوَافَقَهُمْ بِطَبْعِهِ وَذِهْنِهِ فِيمَا قَدْ أَفْنَوْا فِيهِ ٱلدُّهُورَ مِنْ غَيْرِ أَنْ يَقْرَأَ لَهُمْ كِتَابًا أَوْ يَعْرِفَهُ i. e. „Ille autem definivit genera cantus, eiusque classes, iisque in distinguendis modum quendam tenuit, quem, qui ante eum exstiterant, invenire non poterant, neque retinuerunt qui post eum vixerunt. Antea enim hoc modo cantus non distinguebatur, sed dicebatur tantummodo: *gravior*, et: *gravior gravioris*, atque: *levior*, et: *levior levioris*. Amr ben bâne, qui ex illius discipulis est, in libro suo ponit: ***Ramal primus***, et: ***Ramal secundus***; quod ad commemorationem *digitorum* adtinet, non additur ab eo, nisi: *medius*, et: *annularis*; non definit *curricula* illa, quae Ishâk in libro suo commemorat. Exemplum distinctionis generum, qua ille [Ishâk] utitur, hoc est. *Graviorem primum* in species plures dividit, primamque speciem ponit *missionem chordae in curriculo annularis*; cui subiungit eandem speciem cum *digito medio* in eodem gradu versantem. Deinde graviorem primum in classes duas dividit, quarum prima ea est, de qua modo diximus, altera vero *mensura media* gravioris primi. Quam classem, quod ad distinctionem digitorum et curriculorum adtinet, ita, ut modo expositum est, digerit. Ceteras deinde classes, generaque omnia, illis subiungit, eademque ratione digerit. Post Ishâkum vero huic rei perspiciendae operam dedit nemo, multo minus eam in libris suis exposuerunt. Libros quidem conscripserunt cantores plures. Ex quibus Jachja Mekkanus fuit, coetus antistes et magister, ad quem recurrebant omnes, ut cantum Hidschâsicum discerent; qui ipse modos musicos multos probatos, eximiosque, composuit, cuiusque institutione Ibrahim Maussilensis et Ebn dschâmi non uti non potuerunt. Hic igitur homo librum composuit, quo cantum veterem complexus est, cuique ipsius filius cantum recentiorem, usque ad finem ipsius vitae in colligendo procedens, subiunxit. Quo in libro componendo, quod ad rem digitorum adtinet, in confusionem inciderunt magnam ita, ut plurima eorum, quae adcuratius definire voluerunt, misere mixta traderent. Quin ad nonnullas illarum cantilenarum digitum quemvis pertinere putarunt; quod fieri plane non potest. Nam si

digitus quivis adhiberi posset, opus non fuisset distinguere cantilenas, easque dispertire in species duas, *digitum medium* et *annularem*. Sed longum est hanc rem persequi, neque ad hunc locum accommodatum. Iamque eam in commentario exposui, quem in usum cuiusdam amici conscripsi, qui, ut hoc ipsi explicarem, a me petiit; quo quidem in libello hoc ita plene tractavi, ut homines alium evolvere supersedere possint. Ishâk igitur illa perfecit omnia, ingenioque suo adiutus ea invenit adeo, ut quaecunque homines veteres, ut Euclides, et qui ante eum et post eum vixerunt artis musicae periti, iam consignaverant, ipse reperiret cuncta, et, quia ingenii acumine excellebat, eodem modo, quo veteres illi, res, quae per decursum temporum iam perierant, exponeret, quanquam librum ab illis hominibus conscriptum legerat nullum, neque noverat."

Commentarii modorum musicorum, quem conscripsit Isfâhânensis, etiam eo loco, quo de Ibrahîm ben el mahdi dicit, mentionem facit. Nam ubi de altercationibus, quae inter Ibrahîmum ben el mahdi et Ishâkum ben ibrahîm el maussili de partitione modorum factae sunt, exponit, denique addit haec: وَشَرَحْتُ ٱلْعِلَلَ مَبْسُوطَةً فِي كِتَابٍ أَلَّفْتُهُ فِي ٱلنَّغَمِ شَرْحًا لَيْسَ هٰذَا مَوْضِعَهُ وَلَا يَصْلُحُ فِيهِ وَأَمَّا ٱلتَّجْزِئَةُ وَٱلْقِسْمَةُ فَإِنَّهُمَا أَفْنَيَا أَعْمَارَهُمَا فِي تَنَازُعِهِمَا فِيهَا i. e. „explicui autem ipse causas in libro quodam, quem de sonis composui, atque ita quidem, ut explicationem illam hoc loco proponere non conveniat, neque huic loco accommodatum sit. Quod vero ad partitionem et distinctionem modorum adtinet, duumviri illi in disputationibus de hac re institutis consumserunt vitam." Quibus de altercationibus supra pag. 25. dicens, pro Ishâko ben ibrahîm el maussili perperam eius patrem posui, Ibrahîmum el maussili sive Maussilensem. ***Digitorum*** et ***curriculorum***, quae Ishâk ille distinxerat, mentionem plurics infert Isfâhânensis. In capite libri cantilenarum eo, quod vitam Ishâki enarrat, leguntur haec: تَذَاكَرُوا يَوْمًا ٱلْهَزَجَ عِنْدَ ٱلْمَأْمُونِ فَقَالَ عَمْرُو بْنُ بَانَةَ مَا أَقَلَّهُ فِي ٱلْغِنَاءِ ٱلْقَدِيمِ فَقَالَ إِسْحَاقُ مَا أَكْثَرَهُ فِيهِ ثُمَّ غَنَّاهُمْ ثَلَاثِينَ هَزَجًا فِي إِصْبَعٍ وَاحِدَةٍ وَمَجْرًى وَاحِدٍ i. e. „commemorarunt aliquo die Hesedschum [vide supra pag. 131.] apud El mamûnum. Tum amr ben bâne: „quam rarus ille est in cantu antiquo!" Ishâk vero: „quam frequens ille est in eo!" statimque iis cecinit triginta Hesedschos, ad digitum unum, curriculumque unum, pertinentes." Atque in capite eo, quo vita Ibrahîmi ben el mahdi exponitur, scripta sunt haec: وَبَيَّنَ لَهُ شِعْرَهُ وَإِيقَاعَهُ وَبِسَاطَهُ

وَمَجْرَاهُ وَإِصْبَعَهُ وَتَجْزِئَتَهُ وَقِسْمَتَهُ وَمَخَارِجَ نَغَمَاتِهِ وَمَوَاضِعَ مَقَاطِعِهِ وَمَقَادِيرَ أَوْزَانِهِ

i. e. „tum ille [Ishâk] explicuit ei [Ibrahîmo ben el mahdi] carmen illius [cantilenae], eiusque rhythmum, et stratum, et curriculum, digitumque, et partitionem, divisionemque, exitus sonorum, locos incisionum, quantitatesque metrorum."

Quodsi commentarium illum, quo de *digitis curriculisque* Isfàhânensis se exposuisse perhibet, iam evolvere possemus, quinam modi musici digitis illis et curriculis definiantur, facile perspiceremus. Sed quibus locis commentarii illius exemplaria inveniantur, nescimus. Quum *ligamenta* citharae arabicae, igiturque etiam soni ad ligamenta singula pertinentes, ex digitis nomina trahant [vide supra pag. 85. 88.], Ishàkum *digitis* et *curriculis digitorum* ligamenta, sive sonos ex ligamentis eductos, significasse, coniici potest. Sed quasnam ligamentorum, sive sonorum ex ligamentis eductorum, compositiones vel mixturas verba: بِٱلسَّبَّابَةِ فِى مَجْرَى ٱلْبِنْصِرِ *cum indice in curriculo annularis*, et quae huius generis sunt cetera, significent, ex solis verbis illis non satis certe cognoscitur. *Curriculum annularis* quidem significare potest sonos illos quinque, quos ligamentum annularis continet, in chordas quinque distributos, pag. 88. Sed quaeritur, quid verba: *cum indice*, definiant, quum etiam indicis ligamentum non sonum unum, sed sonos quinque, contineat. Atque ita apud Isfàhânensem saepe ponuntur مُطْلَقٌ *missus*, *chorda missa*, vel بِإِطْلَاقِ ٱلْوَتَرِ *cum missione chordae*; mitti vero potest non chorda una, sed quaevis.

In libro musico ab Abd el kâdiro, qui vixit annis post Fàrâbensem circiter quadringentis, composito, de quo supra pag. 35. diximus, de sex *digitis* sive modis musicis, apud musicos antiquiores usitatis, quaedam traduntur, quae utrum ad digitos eos, quos Ishâk ben ibrahîm el maussili distinxerat, re vera pertineant, necne, quidem nescimus; sed, utut res haec sese habet, hoc loco illa adponere, a proposito non alienum esse videtur. Exstant autem in codicis Lugdunensis pag. 107. suntque haec:

باب حادی عشر

در بیان اصابع السته وطریقه القدیم ودور آنها در ادوار سته ایقاعیه وبیان اصناف انتقالات جزویه در مبادی ذی الکل احد

اصابع سته میان قدما مشهور ومتداول بوده است وایشان بآن عمل می کردند ودر اصطلاح ایشان اصبع موجب را کویند چنانک کویند مواجب

ستّه ای اصابع السّته وآن امتزاج نغمات دساتین اوتار عود بود وامکنهء آنرا
بمطلقات اوتار امزاج دهند ومواجب شش آمد وهر یکی را اصبعی خوانند پس
موجب اول از جانب ثقل امتزاج نغمات زاید ووسطی قدیمه این ابعاد ا
ب ه ح وموجب ثانی امتزاج نغمات مجنّب با وسطی قدیمه ابعاد ا ج
[و]ه ح اما موجب ثالث امتزاج نغمات مجنّب با وسطی وبعضی زلزل فرس
خوانده اند ابعاد ا ج و ح اما موجب رابع وآن امتزاج نغمات
سبّابه ووسطی قدیمه است ابعاد ا د ه ح اما موجب خامس امتزاج
نغمات سبّابه ووسطی فرس ابعاد ا د و ح اما موجب سادس وآن
امتزاج نغمات سبّابه وبنصر بود ابعاد ا د ز ح اما مطلقات مستعمله
بدل از نغمات خنصر است این بود مواجب ستّه قدیمه که آنهارا اصابع
خوانند ونغمات زاید در آن دستان بر وتر بم ب وبر وتر مثلث ط وبر
وتر مثنی یو وبر وتر زیر کج وبر وتر حادّ ل اما نغمات مجنّب [ج
ی یز کد لا] ونغمات بنصر ز ید کا کح له ودر حالت
تلحین نسبت داده اند ضروب ستّهء قدیمه را باصابع ستّهء قدیمه وگفته اند
ثقیل اول مطلق وثقیل اول مزموم وثقیل اول مسرّج وثقیل اوّل معلّق
وثقیل اول محمول وثقیل اول مجنّب وکذلک ما ینسب به الالحان مثلا رمل
مزموم یا رمل مسرّج هم گاه ضروب در آن اصابع دایم شوند طریق قدیم
سی وشش می شوند

Id est:

„Caput undecimum.

Explicantur digiti sex, modusque vetus, et quomodo illi in circulis rhythmicis sex existant singulis; explicantur porro genera transituum specialium, in principiis octavae acutissimae versantia.

Digiti sex apud veteres pervulgati erant ita, ut traderentur posteris, hominesque iis uterentur. Quando vocabula technica usurpabant, digitum adpellabant *factorem*; igitur de *factoribus sex* sive digitis sex exponunt. Qui quidem factores sunt quaedam mixturae sonorum ligamentorum eorum, quae in chordis citharae exstant. Quorum locos miscent chordis missis, unde factores sex exsistunt, quos singulos adpellant *digitum*. Itaque factor *primus*, si a termino sonorum graviori proficiscimur, est mixtura sonorum ligamenti accedentis et medii antiqui, continens haec intervalla: 1. 2. 5. 8. Factor *secundus* est mixtura sonorum lateralis et medii antiqui, haec intervalla continens: 1. 3. 5. 8. Factor *tertius* est mixtura sonorum lateralis et medii illius, quem nonnulli Salsalum Persarum adpellant, haec intervalla continens: 1. 3. 6. 8. Factor *quartus* est mixtura sonorum indicis et medii antiqui, haec intervalla continens: 1. 4. 5. 8. Factor *quintus* est mixtura sonorum indicis et medii Persarum, haec intervalla continens: 1. 4. 6. 8. Factor *sextus* est mixtura sonorum indicis et annularis, continens intervalla haec: 1. 4. 7. 8. Chordae missae vero, ubi usurpantur, explent locum ligamenti digiti minimi. Hi igitur sunt factores illi veteres sex, quos *factores* nuncupant. Soni ligamenti *accedentis* sunt, quod ad hoc ligamentum in chorda gravissima positum adtinet, sonus 2. in chorda tertia sonus 9. in chorda secunda sonus 16. in chorda inferiori sonus 23. in chorda acuta sonus 30. Soni ligamenti lateralis [sunt 3. 10. 17. 24. 31.]. Soni ligamenti annularis sunt 7. 14. 21. 28. 35. In modulatione vero genera rhythmi sex antiqua ad digitos sex antiquos retulerunt ita, ut dicerent: gravis primus missus, gravis primus frenatus, gravis primus instratus [i. e. ephippio instructus], gravis primus suspensus, gravis primus onustus, gravis primus lateralis sive a latere ductus. Atque ita definiuntur modulationes ceterae, ut Ramal frenatus, vel Ramal instratus. Ubi vero rhythmi in digitos illos distinguuntur, modi antiqui exsistunt triginta sex."

Qui *factores* sex ut adcuratius intelligatur, quosnam citharae persicae sonos complectantur singuli, figuram illius citharae in libro Abd el kâdiri pag. 52. delineatam hoc loco repraesentabimus. Qua in figura singulorum ligamentorum soni singuli iis litteris sive numeris arabicis, quos supra pag. 40. enumeravimus, quibusque Abd el kâdir ubique utitur, distincti sunt. Quibus numeris adscripsimus nostros, qui iis respondent, quosque in translatione loci ex libro Abd el kâdiri modo adlati posuimus. Quo quidem in loco وسطى قديمه *medius antiquus* id ligamentum adpellatur, quod in figura citharae وسطى الفرس *medius Persarum* nuncupatur; contra زلزل فرس *Salsal Persarum* vel وسطى فرس *medius Persarum* in loco illo ligamentum id vocatur, quod in figura

Cithara persica.

Terminus gravior.

		بم	مثلث	مثنى	زير	حاد	
		gravissima.	tertia.	secunda.	inferior.	acuta.	
مطلق الوتر	1.	ا	8. ح	15. يه	22. كب	29. كط	chorda missa.
الزايد	2.	ب	9. ط	16. يو	23. كج	30. ل	accedens.
المجنب	3.	ج	10. ى	17. يز	24. كد	31. لا	lateralis.
السبابه	4.	د	11. يا	18. يح	25. كه	32. لب	index.
وسطى الفرس	5.	ه	12. يب	19. يط	26. كو	33. لج	medius Persarum.
وسطى الزلزلة	6.	و	13. يج	20. ك	27. كز	34. لد	medius Salsali.
البنصر	7.	ز	14. يد	21. كا	28. كح	35. له	annularis.
الخنصر	8.	ح	15. يه	22. كب	29. كط	36. لو	minimus.

Terminus acutior.

citharae وسطى الزلزلة *medius Salsali* vel Salsalae dicitur; confer ea, quae supra pag. 83. de horum ligamentorum nominibus dicta sunt.

In inscriptione loci pag. 184. ex libro Abd el kâdiri a nobis adlati pro singulari وطريقة القديم *modusque vetus* fortasse pluralis وطرايق القديم *modique veteres* ponendus est, quum Abd el kâdir paulo infra saepe pluralem الطرايق *modi* ponat, quo rhythmi genera, *gravem primum*, *gravem secundum*, *levem gravis*, *Ramalum*, ceteraque significat. In enumeratione sonorum factoris secundi ab librario pro sono ه sive 5. perperam scriptus est sonus يو sive 16. atque in enumeratione sonorum factoris tertii pro sono و sive 6. perperam adnotatus est sonus ه sive 5. Deinde signa sonorum ligamenti lateralis ج ى يز كد لا sive 3.10.17.24.31. quae uncinis circumclusa adiecimus, ab librario per incuriam omissa sunt, ac fortasse etiam aliorum ligamentorum, quae illo loco laterali subiungi poterant, enumerationem omisit; nam ab ligamento laterali statim ad annularem procedit, praetermissis indice et utroque medio.

Singulos factores vero Abd el kâdir illo loco non solum *sonis*, quos continent, adnotatis descripsit, sed etiam *intervallis*, ex quibus factores componuntur, ita consignatis, ut signa eorum adscriberentur signis sonorum. Signa autem intervallorum minorum ab Abd el kâdiro usurpata sunt haec. Littera ط *t* significat intervallum, quod inter sonos 1. et 4. interest, id est بعد طنيني *intervallum toni integri*; littera ج *g* vero intervallum id, quod inter sonos 1. et 3. interest, sive duas tertias toni integri; littera ب *b* intervallum id, quod inter sonos 1. et 2. interest, id est trientem toni integri. Quae signa in codice Lugdunensi explicantur pag. 13. His igitur intervallorum signis positis, factores singulos Abd el kâdir etiam hoc modo descripsit:

factor	primus	continet	intervalla	ب ط ط	b t t.
factor	secundus	continet	intervalla	ج ج ط	g g t.
factor	tertius	continet	intervalla	ج ط ج	g t g.
factor	quartus	continet	intervalla	ط ب ط	t b t.
factor	quintus	continet	intervalla	ط ج ج	t g g.
factor	sextus	continet	intervalla	ط ط ب	t t b.

Deinde Abd el kâdir [cod. Lugdun. pag. 107.] hanc subiungit tabulam, modos illos antiquos triginta sex [vide supra pag. 186.], quos genera rhythmi sex ad singulos factores sive digitos relata pariunt, repraesentantem:

الطرايق						
الثقيل الاول	المطلق	المزموم	المسرّج	المعلّق	المحمول	المجنّب
الثقيل الثانى	المطلق	المزموم	المسرّج	المعلّق	المحمول	المجنّب
خفيف الثقيل	المطلق	المزموم	المسرّج	المعلّق	المحمول	المجنّب
الرمل	المطلق	المزموم	المسرّج	المعلّق	المحمول	المجنّب
خفيف الرمل	المطلق	المزموم	المسرّج	المعلّق	المحمول	المجنّب
الهزج	المطلق	المزموم	المسرّج	المعلّق	المحمول	المجنّب

Id est:

„Genera rhythmi:

Gravis primus	missus	frenatus	instratus	suspensus	onustus	lateralis.
Gravis secundus	missus	frenatus	instratus	suspensus	onustus	lateralis.
Levis gravis	missus	frenatus	instratus	suspensus	onustus	lateralis.
Ramal	missus	frenatus	instratus	suspensus	onustus	lateralis.
Levis ramali	missus	frenatus	instratus	suspensus	onustus	lateralis.
Hesedsch	missus	frenatus	instratus	suspensus	onustus	lateralis.“

Qua in tabula *genera rhythmi* أَلطَّرَايِقُ primos linearum locos occupant, tanquam ordines, qui singuli in classes sex ex digitis enascentes dividuntur. Cui tabulae Abd el kâdir alteram, eosdem modos triginta sex repraesentantem, subiungit, in qua digiti أَلأَصَابِعُ primos linearum locos obtinent, tanquam ordines, qui singuli in classes sex ex generibus rhythmi enascentes dispertiuntur. Quae tabula, latine reddita, haec est:

الاصابع digiti.

dig. miss.	grav. prim.	grav. alt.	grav. lev.	ram.	lev. ram.	hes.
dig. fren.	grav. prim.	grav. alt.	grav. lev.	ram.	lev. ram.	hes.
dig. instr.	grav. prim.	grav. alt.	grav. lev.	ram.	lev. ram.	hes.
dig. susp.	grav. prim.	grav. alt.	grav. lev.	ram.	lev. ram.	hes.

dig. onust.	grav. prim.	grav. alt.	grav. lev.	ram.	lev. ram.	hes.
dig. later.	grav. prim.	grav. alt.	grav. lev.	ram.	lev. ram.	hes.

Quibus expositis, genera illa rhythmi sex, septimumque quoddam, quod اَلْفَاخِتِيُّ *el fâchiti* sive columbarium nuncupatur, Abd el kâdir per intervallorum quaternariorum species septem diversas variari perhibet, quarum specierum sex eaedem esse videntur, quas supra pag. 188. digitis singulis sex tribui diximus. Verba Abd el kàdiri, quae in codice Lugdunensi pag. 108. exstant, haec sunt: ومـــا اينجا بدين طـــريق اقسام سبعه ء ذى الاربـــع را در هفت دور ايقاعى داير كردانيديم وعكسه ايضا وبدان ادوار سته دور فاختى اضافه كرديم تا هفت دايره شود وبراى انها هم جداول وضع كرديم برين مثال

الطرايق	تشكيل الوضع الاول					
التقيل الاول	. ططب	. طبط	. بطط	. طجج	. ججط	. جطج . ججب
التقيل الثانى	. ططب	. طبط	. بطط	. طجج	. ججط	. جطج . ججب
خفيف التقيل	. ططب	. طبط	. بطط	. طجج	. ججط	. جطج . ججب
الرمل	. ———	. ———	. ———	. ———	. ———	. ——— . ————
خفيف الرمل	. ———	. ———	. ———	. ———	. ———	. ——— . ————
الهزج	. ———	. ———	. ———	. ———	. ———	. ——— . ————
الفاختى	. ———	. ———	. ———	. ———	. ———	. ——— . ————

Id est: „Eademque ratione hoc loco species intervallorum quaternariorum septem in circulos [i. e. genera] rhythmi septem intulimus singulos, inversumque quoque perfecimus [i. e. etiam circulos rhythmi in species intervallorum intulimus singulas]. Circulis autem illis sex [qui supra commemorati sunt] quum circulum *columbarium* adiecerimus, circuli exstiterunt septem. Itaque iterum tabulas delineavimus, hoc modo comparatas:

Figura delineationis primae.

Genera rhythmi.							
Gravis primus	t t b	t b t	b t t	t g g	g g t	g t g	g g g b
Gravis secundus	t t b	t b t	b t t	t g g	g g t	g t g	g g g b

Levis gravis	t t b	t b t	b t t	t g g	g g t	g t g	g g g b
Ramal	t t b	t b t	b t t	t g g	g g t	g t g	g g g b
Levis ramali	t t b	t b t	b t t	t g g	g g t	g t g	g g g b
Hesedsch	t t b	t b t	b t t	t g g	g g t	g t g	g g g b
Columbarius	t t b	t b t	b t t	t g g	g g t	g t g	g g g b“

In tabula altera primos linearum locos *intervalla illa quaternaria* sive *digiti* occupant singulaque per septem circulos rhythmi in species septem variantur. Quae tabula latine reddita haec est:

Figura delineationis alterius.

الاصابع digiti.							
t t b	grav. pr.	grav. alt.	lev. grav.	ram.	lev. ram.	hes.	columb.
t b t	grav. pr.	grav. alt.	lev. grav.	ram.	lev. ram.	hes.	columb.
b t t	grav. pr.	grav. alt.	lev. grav.	ram.	lev. ram.	hes.	columb.
t g g	grav. pr.	grav. alt.	lev. grav.	ram.	lev. ram.	hes.	columb.
g g t	grav. pr.	grav. alt.	lev. grav.	ram.	lev. ram.	hes.	columb.
g t g	grav. pr.	grav. alt.	lev. grav.	ram.	lev. ram.	hes.	columb.
g g g b	grav. pr.	grav. alt.	lev. grav.	ram.	lev. ram.	hes.	columb.

Quam tabulam, quae in cod. Lugdun. pag. 109. exstat, locus quidam arabice scriptus excipit, qui, quum Abd el kâdir sua persice consignaverit, ex libro alio sumtus, vel ab scriptore alio adiectus esse videtur. Atque ad eius latus positum est vocabulum: حاشية i. e. adnotatio margini inscripta. Qui locus quum de singulorum *digitorum* sonis dicat, eum adponere, rationi consentaneum esse duximus: وَٱعْلَمْ أَنَّ مُطْلَقَ ٱلْبَمِّ يُسَمَّى مُطْلَقًا لِأَنَّهُ لَيْسَ قَيْدَ ٱلْوَتَرِ وَعَلَامَتُهُ ق وَمُطْلَقُ ٱلْمَثْلَثِ يُسَمَّى مُخَمَّسًا لِأَنَّهُ لَمَّا أُلِّفَ ٱلْبَمُّ مَعَ مُطْلَقِ ٱلْمَثْلَثِ بِنَغَمَاتٍ مُلَايِمَةٍ فَإِذَا قُيِّدَ عَلَى مُطْلَقِ ٱلْمَثْلَثِ يَكُونُ نَغْمَةً خَامِسَةً لِلْبَمِّ إِذَا أُلِّفَتْ مُطْلَقَ ٱلْبَمِّ مَعَ مُطْلَقِ ٱلْمَثْلَثِ بِنَغَمَاتِ إِصْبَعِ ٱلْمُطْلَقِ وَهِيَ ا ب ء ح فَمُطْلَقُ ٱلْمَثْلَثِ جَآءَ ٱلْبَمِّ وَهُوَ رَابِعُ مُطْلَقِ ٱلْبَمِّ فَإِذَا قُيِّدَ عَلَيْهِ فَهِيَ نَغْمَةٌ خَامِسَةٌ لِمُطْلَقِ ٱلْبَمِّ وَلِذَا سُمِّيَ مُخَمَّسًا وَكَذَا ٱلْمَثْنَى بِٱلنِّسْبَةِ إِلَى ٱلْمَثْلَثِ وَٱلزِّيرُ إِلَى ٱلْمَثْنَى وَالحَادُّ إِلَى ٱلزِّيرِ فَمُطْلَقُ ٱلْبَمِّ مُطْلَقٌ وَٱلْبَاقِي مُقَيَّدَاتٌ أَيْ مُخَمَّسَاتٌ وَعَلَامَتُهَا س وَمُرَادُ ٱلْقَوْمِ [فِي] أَلْفَةِ ٱلْوَتَرَيْنِ بِإِحْدَى

ٱلْأَصَابِعِ وَٱلضُّرُوبِ فَتَتَأَلَّفُ مُطْلَقُ ٱلْبَمِّ مَعَ مُطْلَقِ ٱلْمِثْلَثِ بِنَغَمَاتِ إِصْبَعِ ٱلْمُطْلَقِ
وَهِيَ ا ب ه ح وَمُطْلَقُ ٱلْمِثْلَثِ مَعَ مُطْلَقِ ٱلْمَثْنَى بِنَغَمَاتِ إِصْبَعِ ٱلْمَزْمُومِ وَهِيَ
ا ج ه ح وَمُطْلَقُ ٱلْمَثْنَى مَعَ مُطْلَقِ ٱلزِّيرِ بِنَغَمَاتِ إِصْبَعِ ٱلْمُسَرَّجِ وَهِيَ ا ج و
ح وَمُطْلَقُ ٱلزِّيرِ مَعَ مُطْلَقِ ٱلحَادِّ بِنَغَمَاتِ إِصْبَعِ ٱلْمُعَلَّقِ وَهِيَ ا د و ح وَبَعْدَ
مُطْلَقِ ٱلحَادِّ لَيْسَ مُطْلَقٌ آخَرُ حَتَّى يُؤَلَّفَ مَعَهُ وَبَقِيَ إِصْبَعَانِ وَهِيَ إِصْبَعُ ٱلمَحْمُولِ
وَإِصْبَعُ ٱلمُجَنَّبِ فَيُؤَلَّفُ مُطْلَقُ ٱلْبَمِّ مَعَ ٱلْمِثْلَثِ مُكَرَّرًا بِنَغَمَاتِ ٱلْإِصْبَعَيْنِ وَهِيَ ا
د ه ح و ا د ز ح فَإِنْ قُلْتَ مَا تَرْجِيحُ ٱلْبَمِّ عَلَى ٱلْأَوْتَارِ قُلْتُ وَجْهُ
ٱلتَّرْجِيحِ أَنَّ مُطْلَقَ ٱلْبَمِّ أَصْلُ مَجْمُوعِ ٱلْأَوْتَارِ فِي ٱلْإِصْطِحَابِ يَحْدُثُ ٱصْطِحَابُ جَمِيعِ
ٱلْأَوْتَارِ مِنْهُ فِي ٱلحَقِيقَةِ لِأَنَّ ٱلْمِثْلَثَ جَآءَ ٱلْبَمِّ وَٱلْمَثْنَى جَآءَ ٱلْمِثْلَثِ وَٱلزِّيرُ
جَآءَ ٱلْمَثْنَى وَٱلحَادُّ جَآءَ ٱلزِّيرِ وَمُقَيَّدُ ٱلْمُقَيَّدِ مُقَيَّدٌ فَهُوَ ٱلْمَطْلُوبُ i. e. „scito sonum missum chordae gravissimae ideo ***missum*** nuncupari, quia chorda [quando sonum illum edit] plane non constricta est [i. e. non digito pressa est]; nota huius soni est ق littera. Sonus missus chordae tertiae vero ***quintanus*** vocatur, quoniam ubi chorda gravissima cum sono misso chordae tertiae per sonos consonos copulatur, et deinde sonus missus chordae tertiae constringitur, tum hic fit sonus ille, quem chorda gravissima habet quintum. Quodsi sonum chordae gravissimae cum misso chordae tertiae per sonos digiti missi, qui 1. 2. 5. 8. sunt, copulas, tum missus chordae tertiae in chordam gravissimam cadit, quum missus chordae gravissimae cum habeat sonum quartum, igiturque, si ille [missus chordae tertiae] constringitur, tum missus chordae gravissimae eum habet sonum quintum, proptereaque ***quintanus*** adpellatur. Eandemque rationem chorda secunda habet ad tertiam, chorda inferior ad secundam, atque acutissima ad inferiorem. Missus chordae gravissimae est [re vera] ***missus***; ceteri sunt constricti sive ***quintani***, notaque eorum est س littera. Ubi de copulatione duarum chordarum per unum digitorum vel generum facta dicunt, eo significant missum chordae gravissimae cum misso chordae tertiae copulari per sonos digiti missi, qui quidem sunt 1. 2. 5. 8.; missum chordae tertiae cum misso chordae secundae per sonos digiti frenati, qui sunt 1. 3. 5. 8.; missum chordae secundae cum misso chordae inferioris per sonos digiti instrati, qui sunt 1. 3. 6. 8.; missum chordae inferioris cum misso chordae acutissimae per sonos digiti suspensi, qui sunt 1. 4. 6. 8. Post missum chordae acutissimae non superest missus alius,

qui cum illo copulari possit. Sed supersunt digiti duo, digitus onusti et digitus lateralis. Copulatur igitur missus chordae gravissimae cum chorda tertia iterum per sonos illorum digitorum, qui sunt 1. 4. 5. 8. et 1. 4. 7. 8. Quodsi quaeris, cur chorda gravissima ceteris anteponatur, responderi oportet, ideo illam anteponi, quia missus chordae gravissimae est radix consociationis chordarum coniunctarum, ex qua chordarum omnium coninnctio re vera oritur. Nam chorda tertia in gravissimam incurrit, chorda secunda in tertiam, chorda inferior in secundam, chorda acutissima in inferiorem, et qui sonus constringit alium constrictum, ipse constrictus est; quod id est, quod quaerebatur."

Vocabulum فِي uncinis inclusum, quod ante أَلْفَقْبَةِ positum est, ex coniectura tantum adieci. Ex iis autem, quae scriptor ille arabicus, cuius nomen ignoramus, hoc loco exponit, coniiccre possumus vocabulo مُطْلَقٌ *missus*, ubi apud Ispahânensem, nomine chordae non addito, ponitur [vide supra pag. 184.], missum chordae gravissimae, tanquam missorum omnium principalem, significari.

Jam vero de iis, quae ab Fârâbensi de Arabum musica tradita sunt, satis dictum est, quum propter spatii angustiam hoc loco has res longius persequi non liceat. De arte Moslemorum musica, eiusque mutationibus sensim factis, quicunque disserere vult, eum primo quae in libris arabicis traduntur ab iis, quae libri persici et turcici exponunt, diligenter distinguere oportere censeo, ne, quae fortasse diversa fuerunt, incommode misceantur prius, quam vera eorum ratio cognita sit. Quae nuper Kiesewetterus, vir musicae antiquae peritissimus, in libro eo, qui: ***Die Musik der Araber, Leipz. 1842.*** inscriptus est, docte pertractavit, maximam partem ex libris persicis sumta esse mihi videntur; quae est ratio illius quoque commentarii, quem de musica Arabum Villoteau, Gallus, composuit. Vocabula artis arabica et persica Kiesewetterus non omnia bene explicuit. Illud enim exempli gratia, quod pag. 25. ab eo ***Messel*** scribitur, mensuramque quandam chordarum, explicatu difficillimam, significare dicitur, nil esse suspicor, nisi vocabulum arabicum usitatissimum مَثَلٌ *simile*, *aequale*, quo posito numerum quemvis cum alio comparant, ut supra pag. 128. خَمْسَةُ أَمْثَالِ ٱلْأَوَّلِ *quinque aequalia primo* i. e. quintuplum primi, أَرْبَعَةُ أَمْثَالِ ٱلزَّمَانِ ٱلْأَوَّلِ *quattuor aequalia tempori primo* i. e. quadruplum temporis primi, مِثْلَيِ ٱلثَّانِي *duo aequalia secundo* i. e. duplum secundi. Itaque ***Messel*** sive ***Misl*** id est, quod vernacule Mal dicitur, quando ponuntur: dreymal den ersterwähnten Raum.

Caput tertium.

De libri cantilenarum magni consilio et ratione, eiusque exemplaribus manu scriptis.

Libri cantilenarum magni auctori nomen fuit Abul faradsch ali ben el hossein ben mohammed ben achmed, Koraischita, Omajjida; adpellabatur etiam ٱلْكَاتِبُ ٱلْأَصْبَهَانِيُّ *notarius Ispahânensis*, vel etiam brevius: *Ispahânensis*. Ab Merwâno ben mohammed, chalifarum Omajjidarum qui Damasci habitaverant postremo, originem ducebat, natus in oppido Ispahânae anno p. H. 284. imperante El mutadid billa, chalifa Abbâssida. Ex Persia in Bagdâdam, imperii arabici sedem, ingenuarumque artium domicilium, translatus, litterarum studio Ali Ispahânensis ita strenue operam dedit, ut mox summum splendorem sua doctrina consequeretur, et in numero illustrissimorum illius urbis magistrorum reponeretur. Patronum et fautorem ibi per multos annos habuit consiliarium Moiss eddaulae, principis Buweihidae, wesîrum Mohallabidam ٱلْوَزِيرُ ٱلْمُهَلَّبِيُّ illum, cui nomen erat Abu mohammed el hassan ben mohammed ben hârûn el esdi el mohallabi, qui ao. p. H. 339. munus wesîri suscepit, diemque supremum obiit ao. p. H. 352. quem hominem eximia virtute et liberalitate praeditum fuisse perhibent Ebn challikân, ed. Wüstenfeld nro. 177. atque Abulfeda, annal. tom. 2. pag. 454. 480. Prae ceteris vero antiquiorum Arabum historiam investigandam sibi sumsit Ali Ispahânensis, quaecunque de tribubus et genealogiis, de proeliis, carminibus et cantilenis veterum tradebantur memoria paene incredibili complexus. Quas et ipsas res in libris suis exposuit, inter quos et amplitudine, et claritudine, eminet *liber cantilenarum magnus*, quo in componendo per annos quinquaginta versatus esse dicitur. Quem quum absolvisset, exemplar unum ingentis huius operis Seif eddaulae, Hamdanidae, principi Halebensi, patrono hominum litteratorum celeberrimo, obtulit, qui mille dînâros sive nummos aureos ei dedit, tenuitatem praemii, quod infra tanti muneris oblati dignitatem esset, excusans. Permultum libro cantilenarum magno tribuebat Fachr eddaulae, principis Buweihidae, wesîrus, qui vulgo ٱلصَّاحِبُ ٱبْنُ عَبَّادٍ *comes Ebn abbâd* adpellabatur, cui nomen erat أَبُو ٱلْقَاسِمِ

إِسْمَاعِيلُ بْنُ عَبَّادٍ ٱلطَّالَقَانِيُّ Abul kâssim ismâil ben abbâd Tâlakânensis, qui diem supremum obiit ao. p. H. 385. vide Ebn challikânum, ed. Wüstenfeld nro. 85. ed. Slane pag. 109. et Abulfedae annales, tom. 2. pag. 587. Qui homo, laude cuiuscunque generis florens, librorumque praeclarorum auctor, bibliothecam locupletissimam sibi comparaverat, librum cantilenarum Ispahânianum vero dulcissimum suum narratorem سَمِيرٌ nuncupare solebat. Atque Adâd eddaula quoque, princeps Buweihida, ingenii magnitudine clarus, librum cantilenarum Ispahânianum et domi, et in itinere versans, semper secum habuisse fertur. Quantis laudibus scriptores Arabes multi, ex quibus Ebn chaldûn, historicus probatissimus, fuit, illum librum extulerint, Quatremerius in Ephemeridibus orientalibus Parisiensibus novis, tom 16. ao. 1835. pag. 396. seqq. exposuit. Gentilibus quoque suis, principibus Omajjidis, qui illo tempore Hispaniae praeerant, Ali Ispahânensis libros complures, ad historiam Arabum pertinentes, conscripsit; quos clam ad illos transmisit, ne Abâssidae ipsi succenserent. De vita decessit Bagdâdae ao. p. H. 356.

Libros ab Ispahânensi conscriptos praeter librum cantilenarum magnum Ebn challikân, ed. Wüstenfeld nro. 451. enumerat hos: كِتَابُ ٱلْقِيَانِ liber de cantricibus, كِتَابُ ٱلْإِمَآءِ ٱلشَّوَاعِرِ liber de ancillis poetriis, كِتَابُ ٱلدِّيَارَاتِ liber de regionibus, كِتَابُ دَعْوَةِ ٱلتُّجَّارِ liber de invitatione [postulatione?] mercatorum, كِتَابُ مُجَرَّدِ ٱلْأَغَانِي liber solas cantilenas complectens, كِتَابُ أَخْبَارِ جَحْظَةَ ٱلْبَرْمَكِيِّ liber de rebus Dschaschdae, Barmekidae, مَقَاتِلُ ٱلطَّالِبِيِّينَ de caede Abutalibidarum [Alidarum], كِتَابُ ٱلْحِكَايَاتِ liber narrationum, أَدَابُ ٱلْغُرَبَآءِ disciplina peregrinorum. Omajjidis Hispanis Ebn challikân Ispahânensem hos libros conscripsisse perhibet: كِتَابُ نَسَبِ بَنِي عَبْدِ شَمْسٍ liber genealogiae Abdschemssitarum, كِتَابُ أَيَّامِ ٱلْعَرَبِ أَلْفٍ وَسَبْعِمِايَةِ يَوْمٍ liber procliorum Arabum, de proeliis mille et septingentis exponens, كِتَابُ ٱلتَّعْدِيلِ وَٱلْإِنْتِصَافِ فِي مَآثِرِ ٱلْعَرَبِ وَمَثَالِبِهَا liber ponderationis et iudicationis merita Arabum, eorumque vitia, exponens, كِتَابُ جَمْهَرَةِ ٱلنَّسَبِ liber genealogiae universalis, كِتَابُ نَسَبِ بَنِي شَيْبَانَ liber genealogiae Scheibânitarum, كِتَابُ نَسَبِ ٱلْمَهَالِبَةِ liber genealo-

giac Mohallabidarum, كتاب نسب بنى تغلب ونسب بنى كلاب liber genealogiae Thaalabidarum et genealogiae Kilâbidarum, كتاب الغلمان المغنين liber de famulis cantoribus. Praeterea vero libros alios Ispahânensem confecisse addit Ebn challikân. Illum autem librorum ab Ispahânensi conscriptorum indicem ex Ebn challikâno retulit Quatremerius loc. cit. pag. 387. Sed pro كتاب القيان *liber cantricum*, quod apud Ebn challikânum ed. Wüstenfeld. nro. 451. positum est, rectumque esse mihi videtur, apud Quatremerium scriptum est: كتاب النبات *le livre des plantes.* Titulum libri illum, qui كتاب الديارات est, Quatremerius interpretatur: *traité des monastères*; sed monasteria, quantum scio, دير et in plurali أديار dicuntur; ديارات vero Fîrûsâbâdensis regiones et mansiones significare dicit. Pro كتاب الحكايات *liber narrationum*, quod apud Ebn challikânum ed. Wüstenfeld. nro. 451. legitur, ab Quatremerio positum est: كتاب الحانات *Recueil d'airs.* Vocabulum الحانات recte scriptum censeo; legitur etiam in adnotatione Gothana, de qua mox dicetur. Sed significare hoc vocabulum existimo *oenopolia*, quia etiam de oenopolis الخمارون libellum scripsit Ispahânensis, cantilenae vero non الحانات sed ألحان vocari solent; حانات est pluralis vocabuli حانة *oenopolium.*

Indicem librorum ab Ispahânensi compositorum alium adnotatio quaedam suppeditat, epitomae libri cantilenarum magni, quae in bibliotheca Gothana adservatur, praemissa, qua de vita et scriptis Ispahânensis disseritur. Ad finem adnotationis enim haec posita sunt: وللاصفهاني تصانيف عديدة منها كتاب الاغاني الكبير كتاب مجرد الاغاني كتاب التعديل والانتصاف في أخبار القبائل وأنسابها كتاب مقاتل الطالبيين كتاب الاماء الشواعر كتاب المماليك الشعراء كتاب أدب الغرباء كتاب الديارات كتاب تفضيل ذى الحجة كتاب الاخبار والنوادر كتاب الطفيليين كتاب الخمارين والخمارات كتاب الحانات كتاب نسب المهالبة كتاب نسب بنى عبد شمس كتاب نسب بنى شيبان كتاب مناجيب الخصيان عمله للوزير المهلبي كتاب الغلمان كتاب أخبار جحظة كتاب مجموع الاخبار والآراء كتاب

ٱلْفَرْقِ وَٱلْمِعْيَارِ فِي ٱلْأَوْغَادِ وَٱلْأَجْوَارِ وَلَهُ قَصَايِدُ وَأَشْعَارٌ i. e. „Ispahânensis opera plura conscripsit, ex quibus sunt liber cantilenarum magnus, liber solas cantilenas complectens, liber ponderationis et iudicationis, historias tribuum, eorumque genealogias, exponens, liber de caede Abutâlibidarum, liber de ancillis poetriis, liber de servis poetis, liber de disciplina peregrinorum, liber de regionibus, liber de praeferendo Dsul hiddscha mense, liber historiarum et rerum memorabilium, liber de iis, qui non invitati ad convivia accedebant, liber oenopolarum [sive vinariorum] et feminarum vinariarum, liber oenopoliorum, liber genealogiae Mohallabidarum, liber genealogiae Abdschemssitarum, liber genealogiae Scheibânitarum, liber de uxoribus eunuchorum, quem wesîro Mohallabidae scripsit, liber de famulis, liber de rebus Dschachdae, liber historiarum collectarum, consiliorumque, liber mensurae et moduli famulos et clientes spectans. Carmina quoque, et versus composuit.“ Pro الاجوار *clientes* in codice الاحوار scriptum est; quod utrum rectius positum sit, necne, nescio.

De consilio, quo Ispahânensis, quum librum cantilenarum magnum contexeret, usus est, haec fere dici possunt. Homines artis musicae periti plures, ut Iûnis el kâtib, Ishâk ben ibrahîm Maussilensis, Iachja el mekki sive Mekkanus, Achmed ben jachja el mekki, Alawijje, Amr ben bâne, aliique, quum libros, quibus cantilenas clariores complecterentur, partim non satis adcurate scriptos, composuissent, Ispahânensis librum hujus generis novum, cui plena fides tribui posset, condere instituit, eumque كِتَابُ ٱلْأَغَانِي ٱلْكَبِيرِ *librum cantilenarum magnum* inscripsit. Quem ita digerere voluit, ut primo verba cantilenarum referret, deinde modum musicum, quem singulae cantilenae sequerentur, breviter definiret, et denique de poeta, verborum cantilenae auctore, et de musico, modi musici ad verba illa aptati conditore, copiosius diceret. Quod ad cantilenarum, ab Ispahânensi in librum suum receptarum, delectum adtinet, prae ceteris cantilenas has eo complexus est:

1. Primas posuit ٱلْمِايَةَ ٱلصَّوْتِ الْمُخْتَارَةَ centum cantilenas selectas, quas Harûno arraschîdo, chalifae, ex cantilenis, quae illo tempore clariores erant, musici tres elegerant. Cui cantilenarum corpori selecto deinde, imperante El wâthiko, chalifa, aliquid mutationis Ishâk ben ibrahim, musicus magni nominis, adtulit; nonnullas enim cantilenas, quae in corpus illud receptae fuerant, suppressit, et pro iis substituit alias. Quae cantilenae centum in nonnullis libri cantilenarum magni exemplaribus numeris distinguuntur, in margine positis. Ita in margine codicis Petropolitani pag. 210. haec scripta

sunt: اَلصَّوْتُ ٱلْعَاشِرُ مِنَ ٱلْمِائَةِ الْمُخْتَارَةِ i. e. cantilena decima centum selectarum, atque pag. 247. قِفْ عَلَى ٱلصَّوْتِ ٱلسَّادِسَ عَشَرَ مِنَ ٱلْمِائَةِ الْمُخْتَارَةِ i. e. adtende ad cantilenam sextam decimam centum selectarum. In codice Parisiensi maiori, qui in volumina quattuor dispertitus est, cantilenis, quae ex centum selectis sunt, plerumque praemittuntur haec: صَوْتٌ مِنَ ٱلْمِائَةِ الْمُخْتَارَةِ i. e. cantilena ex centum selectis. Descriptio cantilenarum centum selectarum, earumque auctorum historiae, in codice Petropolitano paginas 3 — 1036. implent. De cantilenis illis septem, quae زَيَانِبُ يُونُسَ *Seinabae Iunissi* adpellatae sunt, quarumque mentio supra pag. 17. facta est, Ispahânensis illo libri loco dicit, qui de Iûnis el kâtib, musico, exponit, cod. Petrop. pag. 498. 499.

2. Cantilenis centum selectis Ispahânensis subiungit tres alias, quae vocantur: ٱلْأَصْوَاتُ ٱلَّتِى تَجْمَعُ ٱلنَّغَمَ ٱلْعَشَرَ i. e. cantilenae illae, quae pertinent ad sonos decem, sonos dico citharae decem principales; cod. Petrop. pag. 1018 — 1036. Adiicitur una, ad sonos pertinens octo, pag. 1036 — 1042.

3. Deinde Ispahânensis ponit cantilenas tres, quae nuncupantur ٱلْأَرْمَالُ ٱلثَّلَثَةُ الْمُخْتَارَةُ i. e. Ramali tres selecti, cod. Petrop. pag. 1042 — 1061.

4. Quibus subiunguntur cantilenae Mabedi quinque, quae adpellantur أَصْوَاتُ مَعْبَدٍ ٱلْمَعْرُوفَةُ بِٱلْقَابِهَا i. e. cantilenae Mabedi certis cognominibus distinctae, cod. Petrop. pag. 1061 — 1074. de quibus supra dictum est pag. 13.

5. Porro cantilenae Mabedi septem, quae مُدُنُ مَعْبَدٍ i. e. civitates Mabedi nuncupabantur, cod. Petrop. pag. 1074 — 1115. de quibus supra diximus pag. 13.

6. Porro ٱلسَّبْعَةُ ٱلَّتِى جُعِلَتْ لِٱبْنِ سُرَيْجٍ بِإِزَآءِ سَبْعَةِ مَعْبَدٍ i. e. cantilenae septem ab Ebn soreidscho compositae, quae aemulae oppositae sunt septem cantilenis Mabedi, cod. Petrop. pag. 1115 — 1119. de quibus diximus pag. 12.

7. Cantilenas illas apud Ispahânensem excipiunt أَغَانِى الْخُلَفَآءِ وَأَوْلَادِهِمْ وَأَوْلَادِ أَوْلَادِهِمْ i. e. cantilenae ab chalifis, eorumque filiis et nepotibus, compositae,

ccd. Petrop. pag. 1120 — 1281. Quibus cx principibus, cantilcnarum compositoribus, partim qnidem, quod ad antiquiores adtiuet, fide suspecta, fuisse dicuntur Omar bcn abd el asis Omajjida, El wâthik billa Abbàssida, El montassir billa, El motass billa, El motadid billa, Ibrahim ben el mahdi, Olajja bint el mahdi, Abu îssa ssâlich beu harûn arraschîd, Abd alla beu mûssa el hâdi, Abd alla ben mohammcd el amîn, Abn îssa bcn el motewckkil, Abd alla ben cl motass billa.

8. Denique ab Ispahânensi adiecta cst سَائِرُ ٱلْغِنَآءِ ٱلَّذِى عَرَفَ لَهُ قِصَّةً تُسْتَفَادُ i. e. reliqua carum cantilenarum pars, dc quibus aliquid fructuosi compercrat, text. arab. pag. 3. Quac cantilcnae dimidiam ferc opcris partem, eamque posteriorem implent.

Cantilcnis illis vero, quibus tanquam fundamentis, totus Ispahânensis liber quasi superstructus est, permultae aliae mixtae sunt, dc quibus ct ipsis disseritur ita, ut de carum anctoribus, modis mnsicis, historiisque, dicatur. Primam omnium text. arab. pag. 9. eam Ispahânensis, quae sic incipit:

ٱلْقَصْرُ فَٱلنَّخْلُ فَٱلْجَمَّآءُ بَيْنَهُمَا

Castellum et palmetum, et Dschammâa, sita inter illa

ideo ponit, quia ex tribus illis nobilissimis cst, quae Harûno arraschido, chalifac, ex cantilcnis centum sclectis, tanquam pracstantissimae, electac csse dicuntur text. arab. pag. 7. Cuius cantilcnac verba quum composuisset Abu katîfa, poeta, modum musicum vero Mabcd confccisset, Ispahânensis primo de Abu katîfa dicit text. arab. pag. 11. deindc de Mabedo text. arab. pag. 29. Atque hoc modo Ispahânensis de cantilenarum singularum, quas series ab ipso constituta continet, auctoribus, sive antiquiores fuerunt, sive recentiores, cx ordine dicere pergit. Modos cantilenarum musicos ea ratione, iisque verbis, quibus Ishâk ben ibrahîm Maussilensis in iis definiendis uti solebat, describit, text. arab pag. 5. prooem. pag. 181. 182. Iis vero, quae de poetarum ct musicorum, cantilenarum auctorum, historiis tradit, multa inserit ad generalem Arabum, tum veterum, tum recentiorum, historiam pertinentia. Cantilenarum verba plerumque ex carminibus longioribus, partim vetustis, partim novis, sumebantur. Ishâk ben ibrahîm Maussilensis exempli gratia modum musicum composuit, ad primos Moallakae Amrui ben kulthum versiculos aptatum; qui versiculi sunt:

أَلَا هُبِّي بِصَحْنِكِ فَٱصْبَحِينَا ‏ وَلَا تُبْقِي خُمُورَ ٱلْأَنْدَرِينَا

مُشَعْشَعَةً كَأَنَّ ٱلْحُصَّ فِيهَا ‏ إِذَا مَا ٱلْمَآءُ خَالَطَهَا سَخِينَا

Age, adesdum cum poculo, nobisque propina, non parcens mero Endcrûnico,
Lyaeum dilutum, in quo crocus inesse videtur, ubi aqua se ei miscuit calida!

Quem modum musicum, ab Ishâko compositum, Ispahânensis describit eo loco, quo de Amro ben kulthum, poeta Taglibita, dicit, cod. Petrop. pag. 1311. Citharoedi verba versiculorum illorum, quibus modos musicos aptabant, interdum paulo mutabant, nonnunquamque versiculos, quos ceterorum auctores non panxerant, iis adiiciebant; quemadmodum Ispahânensis text. arab. pag. 66. versiculos ab Omaro ben abi rebîa, poeta, compositos, qui in حَذَرَا et عُمَرَا et أَمَرَا desinebant, ab cantoribus ita mutatos esse dicit, ut in أَمَرَكْ et حَذَرَكْ et عُمَرَكْ desinerent. Ex carminibus longioribus citharoedos plerumque aliquot versiculos, quibus modum musicum aptarent, elegisse, ex iis, quae de versiculis, qui sic incipiunt:

أَمِنْ آلِ نُعْمٍ أَنْتَ غَادٍ فَمُبْكِرُ

Num a gente Noomae venis, atque festinas

text. arab. pag. 59. tradita sunt, multisque libri Ispahaniani locis aliis intelligitur. Interdum citharoedos Arabes ab monachis christianis modum musicum mutatos esse, Ispahanensis perhibet. In loco sui libri eo, qui de كَعْبٌ ٱلْأَشْقَرِىُّ Kaab Aschkarita, poeta, exponit, de quadam cantilena tradit haec: وَهٰذَا صَوْتٌ زَعَمُوا أَنَّ مَالِكًا صَنَعَهُ عَلَى لَحْنٍ سَمِعَهُ مِنَ ٱلرُّهْبَانِ i. e. „haec est cantilena, quam Mâlekum ad modum melodiae, quam ex monachis audiverat, composuisse ferunt." Atque in loco illo, qui de ٱلْأَسْوَدُ بْنُ عُمَارَةَ El aswad ben omâra, poeta, exponit, apud Ispahânensem haec leguntur: وَقَدْ غَنَّى بَعْضُ أَهْلِ ٱلْحِجَازِ فِي هٰذَيْنِ ٱلْبَيْتَيْنِ غِنَاءً رَهْبَانِيًّا i. e. „Duobus illis versiculis Hidschâsensis quidam aptavit cantum quendam monachicum." Alkamam ben abda, poetam clarum, qui ex antiquioribus fuit, carmen, quod composuerat, regi Gassânidae, ut eius animum vehementius commoveret, cantando recitasse Fârâbensis cod. Lugdun. fol. 7. perhibet: وَكَذٰلِكَ ٱلنَّغَمُ ٱلْمُلِذَّةُ لَمَّا كَانَتْ إِذَا قُرِنَتْ بِٱلْأَقَاوِيلِ أَصْغَى إِلَيْهَا ٱلسَّامِعُ

إِصْغَآءً وَحُوِّلَ وَدَامَ عَلَى ٱسْتِمَاعِهَا أَكْثَرَ مِنْ غَيْرِ مَلَلٍ وَلَا ضَجَرٍ قَرَنَهَا بِٱلْأَقَاوِيلِ فَصَارَ بِهَا إِلَى مَطْلُوبِهِ كَمَا حُكِيَ عَنْ عَلْقَمَةَ بْنِ عَبْدَةَ ٱلشَّاعِرِ حَيْثُ صَارَ إِلَى الحَارِثِ بْنِ أَبِي شَمِرٍ مَلِكِ غَسَّانَ فِي حَاجَتِهِ فَلَمْ يُصْغِ لِقَوْلِهِ حَتَّى لَحَّنَ شِعْرَهُ وَغَنَّى بِهِ بَيْنَ يَدَيْهِ فَقَضَى حِينَئِذٍ حَاجَتَهُ i. e: „Eademque ratione quum, ubi soni grati verbis iunguntur, auditor iis auscultet, atque ut diutius sine taedio et molestia ea audiat, adducatur, homines sonos cum verbis iungunt, eoque id quod volunt efficiunt; quemadmodum narratur, Alkamam ben abda, poetam, aliquid petiturum, ad El hârethum ben abi schamir, regem Gassanidarum, accessisse, regem vero eius verbis aurem non praebuisse, quoad Alkama ad carmen suum melodiam aptasset, idque regi cecinisset; quo facto, rex id quod ille petebat ipsi concessit.“ Verbum وَحُوِّلَ ex coniectura tantum posui; in codice وحود scriptum est.

Cantorum nonnullorum clariorum, qui ex iis sunt, de quibus in libro cantilenarum magno exponitur, mentio apud Fârâbensem quoque fit; in cod. lugdun. fol. 4. vers. enim haec posita sunt: وَكَثِيرًا أَيْضًا مَا يَجْتَمِعُ هَاتَانِ الهَيْئَتَانِ فِي وَاحِدٍ بِعَيْنِهِ مِثْلَ مَا كَانَ فِي أَكْثَرِ ٱلْمُتَقَدِّمِينَ مِنَ ٱلْعَرَبِ مِنْ أَهْلِ تِهَامَةَ والحِجَازِ مِثْلَ ٱبْنِ سُرَيْجٍ وَٱلْغَرِيضِ وَجَمِيلَةَ وَمَعْبَدٍ وَأَمْثَالِهِمْ وَكَذٰلِكَ فِي كَثِيرٍ مِمَّنْ كَانَ قَبْلَهُمْ فِي ٱلْفُرْسِ مِثْلَ فَلَهِيدَ ٱلَّذِى كَانَ فِي زَمَانِ كِسْرَى أَبَرْوِيزَ ٱبْنِ هُرْمُزَ مَلِكِ فَارِسَ وَفِي كَثِيرٍ مِنْ مُتَأَخِّرِى ٱلْعَرَبِ وَمَنْ فِي عِدَادِهِمْ مِنْ أَهْلِ ٱلْعِرَاقِ مِثْلَ إِسْحَاقَ وَمُخَارِقٍ i. e. „Atque porro saepe facultates illae duae [*quae ad musicam penitus addiscendam adiuvant*] in homine uno simul adsunt. Quemadmodum hoc in Arabum antiquorum, Tihâmensium et Hidschâsensium, plerisque, ut Ebn soreidscho, El garîdo, Dschemîla, Mabedo, ceterisque, qui his similes sunt, factum est, itemque in Persarum, qui ante illos vixerunt, multis, ut in Felehîdo, qui tempore Chosrois Aperwîs, filii Hormosi, Persarum regis, vivebat, et denique in multis Arabum recentiorum, et Irâkensium, qui in eorum numerum referri possunt, ut in Ishâko et Mochâriko.“ Pro ٱبْنِ سُرَيْجٍ in codice سرىج positum est; quod ad nomen فَلَهِيذ Felehîd adtinet, littera prima et quarta in codice Lugdunensi sine punctis diacriticis scriptae sunt, propterea que de vera huius nominis pronuntiatione dubitamus.

Omnis quum poetarum, tum musicorum, vitarum, in libro cantilenarum magno expositarum, numerus circiter quadringentas et quadraginta explet. Epitomas vero

operis huius ampli viri docti Arabes concinnarunt plures; qui ab Hadschi chalîfa in lexico bibliographico edit. Flügel tom. 1. pag. 367. fuisse dicuntur hi:

1. Wesîrus Abul kâssim el hossein ben ali ben el hossein, qui vulgo El magribi ٱلْمَغْرِبِي i. e. Mauritanus adpellatur, decessitque ao. p. H. 418. ao. p. Ch. 1027. De quo dicitur apud Ebn challikânum nro. 195.

2. Princeps Iss el mulk mohammed ben obeid alla ben achmed el harrâni el mosabbichi el kâtib ٱلْحَرَّانِي ٱلْمُسَبِّحِي ٱلْكَاتِب qui decessit ao. p. H. 420. ao. p. Ch. 1029. Ab Flügelio quidem loc. cit. pro Obeid alla positum est Abd alla, pro El mosabbichi vero ٱلْمَسِيحِي El messîchi. Sed ab Ebn challikâno ponitur Obeid alla, edit. Wüstenfeld. nro. 664. atque Tydeman specimen Ibn chalicani, nro. 664. not. Nomen gentilitium huius hominis vero, ab avo ductum, esse El mosabbichi, ex loco illo Ebn challikâni, edit. Wüstenfeld, nro. 664. pag. 66. certo comperitur. Quem hominem concinnasse مُخْتَار ٱلْأَغَانِي وَمَعَانِيهَا *delectum cantilenarum, earumque argumentorum*, etiam Ebn challikân perhibet.

3. Abul kâssim abd alla ben mohammed, qui vulgo ٱبْنُ نَاقِيَا Ebn nâkijâ adpellatur, decessitque ao. p. H. 485. ao. p. Ch. 1092. A Flügelio loc. cit. pro Ebn nâkija ponitur ٱبْنُ بَاقِيَا Ebn bâkijâ; sed apud Ebn challikânum, edit. Wüstenfeld, nro. 355. et Tydeman specimen nro. 355. scriptum est Ebn nâkijâ. Quo ab homine epitome libri cantilenarum confecta esse ad Ebn challikâno quoque fertur; ponit enim haec: وَٱخْتَصَرَ ٱلْأَغَانِي فِي مُجَلَّدٍ وَاحِدٍ i. e. „atque confecit ille epitomen cantilenarum, volumine uno complexam." Hadschi chalîfa hunc hominem etiam *notarium Halebensem* ٱلْكَاتِب ٱلْحَلَبِي adpellat.

4. Ebn ennadsîr ٱبْنُ ٱلنَّذِير de quo Hadschi chalîfa plura non exposuit.

5. Iudex Dschemâl eddîn mohammed ben sâlim, qui vulgo ٱبْنُ وَاصِل Ebn wâssil adpellatur, Hamâtensis; decessit ao. p. H. 697. ao. p. Ch. 1297. Quo de homine Abul feda annal. tom. 5. pag. 144. 146. dicit, praeter alia ponens haec: وَٱخْتَصَرَ ٱلْأَغَانِي ٱخْتِصَارًا حَسَنًا i. e. „atque epitomen cantilenarum confecit egregiam." Ipse Abul feda hunc hominem habuit magistrum, adiicitque illo loco: وَصَحَّحْتُ عَلَيْهِ

أَسْمَآءَ مَنْ لَهُ تَرْجَمَةٌ مِنْ كِتَابِ ٱلْأَغَانِي i. e. „atque didici ab eo recte pronuntiare nomina eorum hominum, de quibus exponitur in libro cantilenarum.“

6. Abul hossein achmed ben arraschîdi [arraschîd?] ٱبْنُ ٱلرَّشِيدِيّ cuius mentionem fecisse Ebn el mokarramum dicit Hadschi chalîfa. Atque re vera in exordio epitomes Gothanae, de qua infra dicemus, haec scripta sunt: قَالَ ٱلْمُصَنِّفُ رَحِمَهُ ٱللّٰهُ أُقَدِّمُ هُنَا حِكَايَةً وَجَدْتُهَا فِي آخِرِ مُخْتَصَرٍ مِنْ هَذَا ٱلْكِتَابِ ٱخْتَصَرَهُ ٱلرَّشِيدُ [ٱلرَّشِيدِيُّ] أَبُو ٱلْحُسَيْنِ أَحْمَدُ بْنُ ٱلرَّشِيدِ بْنِ ٱلزُّبَيْرِ i. e. „Dicit auctor [huius libri]: praemittam hic narratiunculam, quam inveni in fine epitomes huius libri, quam concinnavit Arraschîd [Arraschîdi sive Raschîdensis?] abul hossein achmed ben arraschîd ben essobeir.“

7. Ebn el mokarram sive Dschemâl eddîn mohammed ben el mokkarram Anssârita ٱبْنُ ٱلْمُكَرَّمِ ٱلْأَنْصَارِيُّ qui decessit ao. p. H. 711. ao. p. Ch. 1311. De epitome libri cantilenarum, quam concinnavit, ab Hadschi chalifa traduntur haec: وَمُخْتَارُهُ مُرَتَّبٌ عَلَى ٱلْحُرُوفِ سَمَّاهُ مُخْتَارَ ٱلْأَغَانِي فِي ٱلْأَخْبَارِ وَٱلتَّهَانِي i. e. „epitome, quam confecit, ex ordine litterarum disposita est, atque inscripta: delectus cantilenarum pertinens ad historias et recreationes.“

8. Eddachwâr ٱلدَّخْوَارُ de quo Hadschi chalifa praeter nomen nihil adposuit.

Exemplaria libri cantilenarum magni in bibliothecis Occidentis exstant plura, quorum, quantum scio, unum tantum adeo integrum est, ut totum opus contineat. De singulis iam dicamus.

1. Codex Parisiensis maior, in quattuor volumina sive partes dispertitus, quo opus integrum contineri videtur; quo de codice Quatremerius in Ephemeridibus orientalibus Parisiensibus novis, tom. 16. Paris 1835. pag. 395. exposuit. In volumine primo, quod satis eleganter et emendate scriptum est, insunt folia 390. In secundo insunt folia 369. in tertio 493. in quarto 374. Tria vero haec volumina posteriora ab manibus diversis, minusque eleganter, et minus emendate, quam primum exarata sunt. Hunc codicem circa annum 1801. quum exercitus Gallorum ex Aegypto decederet, Raigius, Gallus, homo litterarum orientalium studiosus, ex illa terra Lutetiam Parisiorum adtulit, ubi in bibliotheca regia iam adservatur. Cuius codicis scriptura ad hunc librum meum edendum usus sum.

2. Codex Parisiensis minor, qui et ipse ab Raigio Lutetiam adlatus est, ibique in bibliotheca regia adservatur. Tria sunt eius volumina, ab manibus diversis exarata, quibus partes huius operis variae continentur. Volumine primo continetur exordium operis; secundo finis partis primae, sive illius partis, quam exemplaris maioris volumen primum complectitur; tertio, quod litteris mauritanicis, satisque curiose, scriptum est, finis partis secundae, exordiumque partis tertiae. Cuius codicis mentionem fecit Quatremerius loc. cit. pag. 396.

3. Codex Parisiensis minimus, quem in bibliotheca societatis orientalis Parisiacae adservari, parvamque tantum huius operis partem continere, Wolffius perhibuit in Ephemeridibus orientalibus Gottingensibus tom. 2. pag. 214.

4. Codex Petropolitanus, in volumina duo dispertitum, quorum in primo folia 337. insunt, in secundo 327. Finis voluminis primi in narratore illo Arabe, qui Hammâd errâwije adpellabatur, est; finis alterius in Warkâ ben soheir, poeta. Complectitur hic codex dimidiam circiter huius operis partem, eamque priorem, atque ab una eademque manu totus scriptus esse videtur. Volumen primum subscriptio quaedam, ad finem posita, anno p. H. 1138. exaratum esse dicit; quae fini voluminis secundi subiuncta est subscriptio, legi non potest, quoniam consulto eam atramento obleverunt, ne legeretur. Scriptura huius codicis satis adcurata est; quo ut uti possem, eximia Fraehnii benignitas concessit.

5. Codex Hammerianus, quem Hammerus benigne mecum communicavit. Est unum tantum volumen, sed valde crassum, in quo insunt folia 704. Dimidiam circiter huius operis partem continet, eamque posteriorem. Primus eorum hominum, de quibus in eo dicitur, est Abun nodair, poeta, cui nomen erat Amr ben abd el malik el basri; extremus est Omâra ben okail, poeta. Subscriptio, quae ad finem adiecta est, hunc codicem anno p. H. 1162. exaratum esse dicit. Scriptura eius satis mendosa est, negligenterque ab manibus diversis exarata.

6. Codex Londinensis, qui in museo Brittannico adservatur, litteris mauritanicis exaratus. Quem Ewaldus ex particulis viginti, in quas totum opus librarius dispertiverat, unam continere dicit, in Ephemeridibus orientalibus Gottingensibus, tom. 2. pag. 192. Insunt in illo codice vitae quattuordecim tantum hominum, quorum primus est Adi ben seid, poeta, extremus vero Dsul isba, poeta; quae vitae ex iis sunt, quae primo codicis Parisiensis maioris volumine continentur.

7. Codex Escurialensis, quem Casirius in Bibliotheca Arab. Hispan. Escurial.

tom. 1. pag. 347. nro. 907. his verbis descripsit: „Codex nitide exaratus, citra anni notam, quo continetur tomus prior operis musici, quod *magna tonorum collectio* i. ٱلْجُزْءُ ٱلْأَوَّلُ مِنْ كِتَابِ ٱلْأَغَانِي ٱلْكَبِيرِ inscribitur. Id Abulpharagius Ali Ben Alhassani Ben Mohamad Ispahanensis, rei musicae peritus, anno Egirae 313. composuit, distribuitque in tomos duos, quorum prior hic centum et quinquaginta cantiunculas complectitur, insertis tum quattuordecim praestantium musicorum, tum quatuor insignium cantatricum, Caliphis gratissimarum, vitis.“ Quibus ex Casirii verbis, quantam libri cantilenarum magni partem codex Escurialensis comprehendat, non satis adcurate perspici potest; atque mirum sane videtur, quod Casirius quattuordecim tantum musicorum, quattuorque cantatricum, vitas in codice illo enarrari dicit, poetarum vero vitas ab Ispahânensi expositas, quae multo plures quam vitae musicorum sunt, prorsus tacet. Fortasse vero Casirius illius libri argumentum non satis diligenter exploravit.

Praeterea epitomae libri cantilenarum magni nonnullae in bibliothecis Occidentis exstant. Quas cognitas habeo, hae sunt.

1. Epitome Londinensis, in Museo Brittannico adservata, quam ab Ebn wâssilo, Hamâtensi, concinnatam esse, atque poetarum sexaginta duo vitas, non ex ordine nominum poetarum alphabetico dispositas, exhibere dicit Ewaldus in Ephemeridibus orientalib. Gottingensib. tom. 2. pag. 192. Cuius epitomes mentionem fecit Hadschi chalifa in lexico bibliographico, edit. Flügel, tom. 1. pag. 367. Auctorem illius fuisse dicit Hadschi chalifa: ٱلْقَاضِى جَمَالُ ٱلدِّينِ مُحَمَّدُ بْنُ سَالِمِ ٱلْمَعْرُوف بِٱبْنِ وَاصِلِ الحَمَوِىّ ٱلْمُتَوَفّى سَنَةَ ٦٩٧ i. e. iudex Dschemâl eddîn mohammed ben sâlim, qui vulgo adpellatur Ebn wâssil, Hamâtensis, qui decessit anno 697. [ao. p. Ch. 1297.].“ Vide quae supra, pag. 202. de hoc homine dicta sunt.

2. Epitome Gothana, cuius mentionem in praefatione pag. 3. feci, uno volumine complexa, in quo septingenta folia insunt. Vitas hominum circiter trecentorum et nonaginta continet breviatas, atque ex ordine litterarum dispositas, quarum indicem Mollerus in catalogo codicum manuscriptorum Gothanorum orientalium particul. 2. pag. 178 — 215. proposuit. Vitam Abu nowâsi, poetae, quae in libro cantilenarum magno non exstat, quanquam Ispahânensis de Abu nowâso multa passim adfert, huius epitomes auctor adiecit. Scriptura codicis Gothani, quod ad veritatem adtinet, est mediocris. Exaravit eum ao. p. H. 1148. ao. p. Ch. 1735. homo, qui in subscriptione ad finem adiecta se esse dicit: أَفْقَرُ ٱلْوَرَى وَأَحْوَجُهُمْ لِمَغْفِرَةِ رَبِّهِ ٱلْمُعِينِ دَرْوِيش بْن مُحَمَّد

ٱلشَّهِيرُ بِٱبْنِ ٱلْمُهِينِيِّ ٱلْحَنَفِيُّ مَذْهَبًا ٱلدِّمِشْقِيُّ مَوْطِنًا i. c. miserrimum hominum, indigentissimumque veniae impctrandae ab domino opitulante, Dcrwischum ben mohammed, qui vulgo adpellctur Ebn cl muhini, Hanifitam quidem religione, Damasco habitantem." Quam epitome Gothanam in pracfatione pag. 3. quum cius auctor se imperantibus Dâhiritis Turcis scripsisse dicat, ex epitome illa, quam Ebn el mokarram [vid. pag. 203.] confecit, excerptam esse conicci. In exordio enim huius epitomes praeter alia posita sunt haec: وَلَقَدْ عُرِضَ عَلَى بَعْضِ أُمَرَآءِ ٱلدَّوْلَةِ ٱلطَّاهِرِيَّةِ [ٱلظَّاهِرِيَّةِ؟] ٱلتُّرْكِيَّةِ نُسْخَةٌ مِنْ مَصَرَعِ ٱلْعُشَّاقِ وَكُنْتُ حَاضِرًا عِنْدَهُ i. e. „oblatum est principi cuidam prosapiae Tâhiricae [Dâhiricae?] turcicae exemplar libri Masra el uschschâk [i. e. clades amantium], me praesente." Quam prosapiam Dâhiricam esse putabam familiam El malik eddâhiri barkûk, qui circa annum p. H. 784. p. Ch. 1382. sultanus Aegypti factus est. Sed epitome Gothana iam mihi ea esse videtur, quam ipse Ebn el mokarram conscripsit. Nam Hadschi chalifa ab Ebn el mokarramo commemorari tradit Abul hosseinum achmed ben erraschîd, epitomes alius auctorem, huiusque hominis mentio fit in exordio epitomes Gothanae; vide quae supra pag. 203. exposita sunt. Porro Hammerus in annalibus litterariis Vindobonensibus tom. 100. pag. 69. auctorem epitomes Gothanae in exordio illius capitis, quod vitam Abu nowâsi enarrat, profiteri dicit, se esse: „Abd allam mohammed ben el mokarram." Quod ad nomina: ***Abd alla mohammed***, adtinet, aliquid mendi iis subesse suspicor, quum homo Arabs nominibus duobus, qualia Abd alla et Mohammed sunt, uti non soleat; fortasse pro Abd alla nomine ponendum est Abu abd alla, praenomen sive Kunja. Epitomes scripturam hoc temporis momento inspicere non possum. Sed, utut res haec sese habet, ex loco illo auctorem epitomes Mohammedem ben el mokarram esse, intelligi potest. Quod si recte putatum est, Dâhiridae, de quibus auctor epitomes dicit, fortasse sunt filii El malik eddâhiri bibars, qui eo tempore, quo Ebn el mokarram vivebat, imperabant Aegypto. Primo codicis Gothani folio adnotatio inscripta est, sive تَرْجَمَةٌ enarratio, quae de Ispahânensis vita et scriptis exponit; cuius supra pag. 196. mentionem fecimus.

Quibus pertractatis, ad librum cantilenarum magnum latine reddendum accedimus; translationem vero in capita dispertiemus, singulis capitibus adnotationes nonnullas subiuncturi. Paginas scripturae arabicae in margine translationis significavimus, numeris illarum paginarum adpositis.

Liber cantilenarum magnus latine redditus.

Caput primum.

Continet exordium libri.

Nomine Dei misericordis, miseratoris! 2.

Hic est liber, quem composuit Ali ben el hossein ben mohammed, Koraischita notarius, qui vulgo adpellatur El ispahâni. Collegit enim, quas cognitas habebat, et quas aliunde colligere poterat, cantilenas arabicas, quum veteres, tum recentiores, singulasque ita recensuit, ut de versiculorum auctore, melodiaeque conditore, diceret, deinde modum musicum ita definiret, ut rhythmum et digitum, ad quos cantilenae singulae propter modum suum referuntur, describeret, et denique, si unum idemque carmen citharoedi plures tractarunt, de iis exponeret. Quas cantilenas explicuit, breviterque illustravit, explanatis tum vocabulis insolentioribus et obscurioribus, tum, quas sciri oportet, inflectionum rationibus, carminumque metris, ex quibus partitio carminis, et divisio melodiarum, perspiciuntur. Sed non exhausit cantilenas hoc libro, neque eas adtulit omnes; nam librum singularem, tali rei destinatum, composuit, qui narrationes continet nullas, cantilenas vero, quum antiquiores, tum recentiores, complectitur omnes. Hoc vero libro eas tantum pertractare voluit, quarum de poeta, vel cantore, vel causa, propter quam carmen dictum, vel melodia condita est, quaedam adnotata invenit, quae aliquid utilitatis habere possunt, quorumque cum expositione expositio cantilenae apto modo coniungi potest. Quae, quam brevissime potuit, consignavit, atque ita ut ab supervacaneis, earumque rerum, quae parum utilitatis praebent, congestione, quoad fieri posset, se abstineret. Capiti autem cuivis flores idoneos intexuit, luminaque, quae ei conveniunt, et elegantias; quae quum lector considerat, ab utilitate una ad alteram deinceps feretur, modo in sermonibus severioribus, modo in facetiis, versans, atque in narrationibus, et vitis, carminibusque, ad famosa Arabum proelia, resque ab iis gestas, quae celebrantur, pertinentibus, regumque paganorum, chalifarumque moslemorum, historiis, quas novisse hominem eruditum decet, quasque callere iuvenes oportet, quasque scrutari etiam qui maturiores sunt supersedere nequeunt, quoniam ex monumentis praestantissimis electae sunt, ex ipsis fontibus sumtae, ex fodinis ipsarum eductae, ab hominibus earum peritis traditae.

Auspicatus est autem hunc librum, eiusque exordium cepit, ab commemorandis centum cantilenis illis, quae Arraschîdo, principi credentium, cui Deus faveat, delectae sunt; quas quidem ex universo cantu sibi eligere Ibrahîmum Maussilensem, Ismaîlum
3. ben dschâmi, et Folaichum ben el aurâ, iusserat. Quae quum postea ad El wâthikum billa, cuius Deus misereatur, delatae essent, Ishâko ben ibrahîm mandavit, ut ex cantilenis eas sibi eligeret, quae praestantiores quam id, quod antea electum fuerat, esse existimaret, utque pro eo, quod huius generis non esset, cantilenas substitueret egregiores, magisque dignas quae delegerentur; quod ille perfecit. Cui syllogae [*huius libri auctor*] subiunxit cantilenas ab viris aliis, qui ex cantoribus clarioribus, hominibusque huius artis peritis, fuerunt, electas; porro eas melodias, quae sonos decem eos complectuntur, quibus omnes cantilenarum et instrumentorum soni continentur, Ramalosque tres selectos, ceterasque huius generis melodias, claritudine eminentes, ut civitates Mabedi, quae cantilenae septem sunt, et cantilenas septem ab Ebn soreidscho compositas, quae illis aemulae oppositae sunt, ut optio daretur, utras praeferrent, et cantilenas Mabedi certis cognominibus distinctas, et Seinabas Iûnissi, notarii. Hae enim cantilenae ex nobilioribus et primariis sunt, quibus alias praemitti non convenit. Subiunxit vero iis [*huius libri auctor*] cantilenas chalifarum, eorumque filiorum, ceterasque, de quibus aliquid fructuosi, quod narratur, vel aliquid festivi, quod traditur, compercrat. Nam non cuivis cantilenae est historia, neque earum, quibus historia est, quaevis utilitatem praebet, neque earum, quae utilitatem praebent, quaevis splendorem habet, qui lectorem admiratione, voluptateque auditorem, adficiat. In fronte carminum, ad quae cantum aptaverunt, singulorum consignata est cantilena una, tanquam signum et indicium, quo versus ii, quibus modos musicos aptaverunt, a ceteris distinguantur. Atque crebra inter cantilenas illas, earumque historias, interposita sunt carmina, ad eandem materiam pertinentia, quibus et ipsis cantus aptatus est, quanquam ex cantilenis delectis non sunt, neque ex classibus illis, supra constitutis; sed tamen istic ea adponi oportuit, quia, si separatim consignata essent, aut narrationes adeo abruptas iis adiici oportuisset, ut a carminibus ceteris plane diversa facta essent, aut narrationes iterari nonnullas; quod utrumque ab huius libri ratione alienum fuisset. Interdum vero cantilenae sese offerunt, quorum historiae adeo longae, quorumque auctorum vitae adeo copiosae sunt, et cum cantilenis historiisque aliis connexae, ut non eo loco exponi possint totae, ne, iis insertis, narrationes, quae iam pertractantur, prorsus interrumpantur; quapropter cantilenarum talium expositio ad locos eos, quibus convenit, atque ad argumenta ipsi similia, remittitur, quibus adiungi potest ita, ut rerum aliarum ordinem non turbet, neque suo intercessu ea, quae cohaerent, discerpat; quod ubi fit, harum rerum commemoratio aptior erit, et magis idonea.

Dicit huius libri auctor: fortasse qui hoc opus perlustrat, aegre feret nos id non in capita distinxisse, quae aut singulos cantus modos, aut singulas cantorum classes, ex ipsorum temporibus gradibusque diversis constitutas, aut singulorum poetarum carmina, ad quae cantus aptatus est, comprehenderent. Sed causae, quae ne ita hanc materiam digereremus prohibebant, atque ut modum a nobis retentum amplecteremur suadebant, exstiterunt plures. Quarum prima in eo posita est, quod, quum initium dicendi ab cantilenis tribus illis delectis sumsissemus, auctores earum ex Mohâdscheris et Anssâriis erant, quorum primus Abu katîfa est, qui in poetarum clarissimorum primariorumque referri nequit, alter vero Omar ben abi rebîa, tertius Nossaib. Quum igitur prima huius libri pars hoc modo constituta esset, iamque in eo poetae certo ordine recenseri non possent, parti primae subiuncta est extrema, et contexta ex ratione eorum, quorum suppeditabat commemoratio. Atque eadem est ratio partis reliquae centum cantilenarum delectarum; nam sine certo poetarum vel cantorum ordine congestae sunt. Neque huius libri consilium in eo positum fuit, ut certae classes constituerentur, sed id tantum nobis propositum fuit, ut eas, quae in eo consignatae sunt, cantilenas cum historiis suis exponeremus; unde fit, ut huic libro illa res nihil incommodi adferat. Causa altera haec est, quod cantilenae paucae sunt, quibus non cantores plures modos canendi diversos aptaverint; quae propterea ex modorum ordine collocari nequeunt, quum modus nullus sit, neque cantor ullus, cui rectius quam alteri tribui possint. Causa alia ea est, quod, nisi illum disserendi modum amplexi essemus, in his rebus enarrandis, quum de virorum singulorum cantu et historiis, et de Ishâki, hominumque aliorum, cantilenis, diceremus, aut ea, quae scriptores et narratores de iis memoriae prodiderunt, adferri oportuisset omnia, etsi multa in iis inessent supervacanea, parumque fructuosa; quod si factum esset, non mansissemus in pacto eo, ut supervacanea excluderemus. Aut nonnullam tantum harum rerum partem exponi oportuisset; quo facto, hunc librum ad ubertatem aliorum non accedere existimassent. Atque ita poetarum quoque historiae comparatae sunt; quodsi enim alicuius poetae carmina, quibus modi musici aptati sunt, retulissemus ita, ut ab iis non discederemus, nisi expositis iis omnibus, tum in eandem rem incidissemus, animusque lectoris ab ea alienatus esset, taedioque cor adfectum. Hoc enim animis hominum est insitum, ut ab re alia ad aliam devertere malint, relictisque iis, quae tritae sunt, ex rebus novis recreationem quaerant, quoniam quodcunque adgredimur animo est exoptatius quam id, de quo decedimus, et quodcunque exspectamus mentem nostram magis commovet quam id, quod praesens adest. Quae quum ita sint, ille, quem amplexi sumus, rerum expositarum ordo est iucundior et venustior, eum-

que in finem institutus, ut libri lector, dum ab narratione alia ad aliam, expositioneque una ad alteram, ab rebus gestis antiquis ad recentiores, ab principe ad mancipium, ab rebus seriis ad facetias, defertur, maiori legendi cupiditate incendatur, studiosiusque libri argumenta perscrutetur; quod eo magis efficietur, quod ea, quae in hoc libro consignavimus, sui generis optima sunt, eorumque, quae de his rebus homines conscripserunt, praestantissima, commentariorumque hanc materiam pertractantium medulla. Quaecunque de cantilenarum generibus, quibus singulae tribuuntur, exposuimus, vocabulis iis, quae Ishâk ben ibrahîm Maussilensis usurpabat, expressa sunt; quod etiam tum factum est, si genus cantilenae ab homine alio definitum retulimus. Nam vocabula, quibus Ishâk utebatur, hoc tempore inter nos recepta sunt, repudiatis viris eis, qui ab illo dissentiebant; ex quibus fuerunt Ibrahîm ben el mahdi, Muchârik, Alawijja, Amr ben bâna, Mohammed ben el hârith ben basch-ehîr. Quibus hominibus qui adsentiunt, gravem [rhythmum] primum, eiusque levem, adpellant gravem secundum, eiusque levem; gravem secundum vero, eiusque levem, nuncupant gravem primum, eiusque levem. Sed iam modus ille loquendi improbatur, estque inusitatus; vocabula vero ab Ishâko recepta nunc usurpant homines.

Dicit huius libri auctor: quod ad eum componendum me impulit in eo positum fuit, quod quidam de viris nostris principibus ut eum conscriberem mihi mandavit, se comperisse significans, librum illum, quem Ishâki esse ferunt, re vera ab eo confectum esse dici non posse, praetereaque parum utilitatis adferre, seque igitur illius scripti sinceritatem in dubium vocare, quum maior familiarium Ishâki pars, maximeque omnium ipse Hammâd, Ishâki filius, id repudiassent. Saneque, per vitam meam, vera sunt quae hic homo dixit, recteque librum illum improbavit. Mihi enim dixit Mohammed ben chalaf wakî: ab Hammâdo audivi, quum diceret: „Meus pater hunc librum non composuit, neque eum vidit unquam. Cui rei est argumento, quod ad maiorem carminum, quae in illo libro consignata, certis auctoribus tributa, et cum narrationibus coniuncta sunt, partem modos musicos non aptavit quisquam unquam, praetereaque quae de cantoribus, modorum auctoribus, ibi traduntur, maximam partem falsa sunt. Quos pater condidit cantus sui commentarios, ii librum illum subditicium esse satis demonstrant. Neque eum composuit, nisi librarius quidam, qui meo patri erat, post eius mortem, excepta concessione illa, quae prima libri pars est; eam enim pater scripsit, nisi quod narrationes, quae in ea exstant. a nobis traditae sunt omnes.“ Haec sunt ea, quae ab Abu bekro audivi, qui ea narrabat; verborum vero modo plus est, modo minus. Porroque mihi dixit Achmed ben dschafer dschachda, sibi librarium, qui illum librum conscripsit,

notum fuisse; adpellatum eum esse Sindium librarium, tabernamque in parte Bagdâdi orientali, in hospitio fimi, ipsi fuisse, librisque Isbâko transscribendis eum operam dedisse; ad librum illum componendum vero eum cum quodam socio conspirasse. Deinde quod ad cantilenas in illum librum receptas adtinet, earum modi ibi non sunt definiti, 6.
neque ipsae earum omnium, quae inter homines circumferuntur, partem efficiunt idoneam, neque tantam utilitatem praebent, ut rei studio satisfaciant. Itaque hoc negotium, viro illo postulante, suscepi, quamquam molestiam inde trahebam, commentariumque huius generis res tractantem, per tempora futura duraturum, quem mihi semper tributuri sunt, a me edi aegre ferebam, etiamsi utilia multa contineret, splendidaque multa ad litteras pertinentia. A Deo vero veniam eorum petimus, quae ipsi displicent, sive dicta sunt, sive facta, oramusque ut delictis et peccatis, dictisque ab eo reprobatis, ignoscat. Ipse enim ille est, qui praesidium auxiliumque nobis praestat, eique confidimus, atque ad eum recurrimus. Bene precetur Deus Mohammedi, eiusque genti, sub cuiusvis sermonis initium, eiusque finem, salutemque ei impertiat! Sors nostra Deus est, qui tuetur et adiuvat, perpraestansque est patronus.

De centum cantilenis delectis.

Tradidit nobis Abu achmed jachja ben ali ben jachja astronomus, dixitque: narravit mihi pater, dixitque: narravit mihi Ishâk ben ibrahîm Maussilensis, se ab patre accepisse haec. Quum Arraschîd cantores, qui illo tempore multi erant, sibi ex universo cantu cantilenas tres eligere iussisset, ex communi consensu cantilenas tres delegerunt, quas adponam infra si Deus celebrandus vult. Addidit Ishâk: quae quum aliquando, quum apud El wathik billa, credentium principem, adessem, narrarentur, ex cantu antiquo cantilenas eligere me iussit. Proinde ex uniuscuiusque aetatis hominum cantilenis eas, quas praestantes et recte compositas esse viri docti communi consensu existimaverunt, elegi, singulisque nomen auctoris adposui. Deinde eas, quae ab hominibus recentioribus, quos vel hoc tempore, vel paulo prius, aequales habuimus, conditae sunt, circumspexi, easque, quae antiquioribus similes, vel ad earum modos confectae sunt, ex iis selegi. Itaque has quoque recepi, quum iis, licet recentiori tempore ortis, quae iis deberentur detrahere nollem; nam aetate quavis homines ad ea, quae recta sunt, nituntur, quamquam primi ad optima quaeque pervenerunt antiqui.

Tradidit mihi Achmed ben dschafer dschachda, dixitque: narrarunt mihi haec Harûn ben el hassan ben sahl, et Abul obeis ben hamdûn, atque Ebn dakkâk, qui est Mohammed ben achmed ben jachja, vulgo vero adpellatur Ebn dakkâk. Dixit autem

7. sic: „Arraschîd cantores illos cantilenas centum eligere iussit; quod fecerunt. Deinde ex his decem eligere eos iussit; quod item fecerunt. Denique ex his tres eligere eos iussit; quod item fecerunt.“ Deinde eadem, quae Jachja ben ali, adiecit, atque, quod ad unam trium illarum cantilenarum adtinet, cum illo consentiebat, quod ad duas vero adtinet, ab illo dissentiebat.

Jachja ben ali enim, testibus usus supra commemoratis, ex tribus illis cantilenis modum Mabedi fuisse perhibet, qui ex specie levi generis gravis primi est, ad hos versiculos, quos Abu katîfa composuit, aptatum:

Castellum, ac palmetum, et Dschammâa, illis interposita,
Exoptatiora sunt meo cordi quam aedes Dschairûni.

Porro modum Ebn soreidschi, qui ex genere gravi secundo est, ad hos versiculos, quos Omar ben abi rebîa composuit, aptatum:

Questus esset equus badius cursum quum eum fatigassem,
Clareque loquutus esset, si modo posset verba facere.

Porro modum Ebn muchrisi, qui item ex genere gravi secundo est, ad hos versiculos, quos Nossaib composuit, aptatum:

Num concitavit amorem tuum mansio illa antiqua?
Ita est; nam in ea adsunt illius, quod te vexat, vestigia.

Dschachda vero, ad viros eos, a quibus sua accepit, provocans, ex tribus illis cantilenis modum Ebn muchrisi fuisse perhibet, qui ex genere gravi secundo est, ad hos versiculos, quos El medschnûn composuit, aptatum:

Quandocunque te opprimet tempus, o Omm mâlik,
Negotium hoc erit fati perimentis, negotiumque meum.

Porro modum Ibrahîmi Maussilensis, qui ex specie levi generis gravis secundi est, ad hos versiculos, quos El ardschi composuit, aptatum:

Ad Dschaidâam iam emiserunt illi legatum
Ut eam constristet. Ne comitem habeat hic legatus!

Porro modum Ebn muchrisi, qui ex Hesedscho esse dictus est, ad hos versiculos, quos Nossaib composuit, aptatum:

Num concitavit amorem tuum mansio illa antiqua?
Ita est; nam in ea adsunt illius, quod te vexat, vestigia.

Narravitque ille, ad magistros suos provocans, nullum in universo cantu exstare sonum, qui non in tribus cantilenis illis insit.

Tradidit mihi El hassan ben ali utrarius, dixitque: narravit nobis Mohammed ben el kâssim ben mihruweih, dixitque: narravit mihi Abd alla ben abi saîd, librarius, dixitque: narravit mihi Abu tauba ssâlich ben mohammed, dixitque: narravit mihi Mohammed ben dschobeir, cantor, dixitque: narravit nobis Ibrahîm ben el mahdi haec: quum Arraschîd cantilenarum omnium, quae unquam cantatae essent, praestantis- 8.
simam sibi eligere cantores iussisset, modum Ebn muchrisi elegerunt, ad hos Nossaibi versiculos aptatum:

Num concitavit amorem tuum mansio illa antiqua?

Addiditque idem: ad hos versiculos composuerunt circulum magnum sive modos multos. Sed quae ab Abu achmed jachja ben ali tradita sunt, veriora mihi esse videntur. Quam sententiam primo suadent magnum illud discrimen, quod inter cantilenas ab eo commemoratas atque ceteras, si modum egregie et recte compositum, et exordia incisaque iuste constituta, spectamus, intercedit, operaque quae in iis conficiendis locata est ita, ut his cantilenis ceterae neque pares sint, neque similes. Deinde huic sententiae argumento est, quod Dschachda, ad magistros suos provocans, ex tribus illis cantilenis unam fuisse perhibet ab Ibrahîmo Maussilensi compositam, qui ipse ex iis viris fuit, qui Arraschîdo cantilenas illas elegerunt. Quibus in elegendis socios habuit Ismaîlum ben dschâmi et Folaichum, qui illo non inferiores, sed fortasse praestantiores, fuerunt. Quomodo igitur hi homines in eligendis cantilenis cum Ibrahîmo in eo consensisse dici possunt, ut in cantilenas tres, ex universo cantu eligendas, ceterisque praeferendas, unam reciperent ab Ibrahîmo compositam? Nonne illi, si hoc fecissent, ipsi sibi Ibrahîmum praetulissent, tanquam praestantiorem, peritiorem, clarioremque? Qua de re illi plane non ita sentiebant. Nam haec mihi tradidit Jachja ben ali ben jachja astronomus, cui ab Hammâd ben ishâk narrata fuerant, qui a patre ea acceperat. Aliquando eius pater [I s h â k] suum patrem, Ibrahimum ben meimûn, salutandi causa adiit. Cui Ibrahîm: „mi filiole, nullum sane novi hominem, cui, quantum pietatis tu mihi praestas, tantum probaverunt liberi. Qua re me tibi obligatum esse sentio. Num quid tibi in optatis est, quod pro amore tuo tibi largiri possim?" Respondi [e g o, I s h â k]: „haec res, pro te devovear! plane ita se habet ut dicis; te vivum diu mihi servet Deus! Unum vero a te petam. Morietur senex ille cras vel perendie, nec eum audivero unquam, hominesque mihi dicent: unde hoc, quum tanti eum feceris?" Tum pater: „quis ille?" Respondi: „Ebn

dschâmi." Pater vero: „recte dixisti, mi filiole, ephippia imponite!" Itaque ad Ebn dschâmium perreximus; pater, me comitem habens, ad eum introivit, eique dixit: „o Abul kâssim, iam te adeo, aliquid petiturus. Quodsi vis, convicieare mihi, quin, si vis, lapidibus me pete! sed id, quod peto, a te mihi concedendum est. Homo hic, servus tuus, fratrisque tui filius, Ishâk, quum talia mihi exposuisset, statim cum eo huc profectus sum, teque oro, ut ipsi id quod petit concedas." Respondit Ebn dschâmi: „faciam hoc ea
9. conditione, ut apud me resideatis, ut pultem et carnem assam vobis adponam; tum de vino meo aliquid depromam bibendum, vobisque aliquid canam. Quodsi nuntius a chalifa ad nos mittitur, ad illum pergemus; sin secus, diem transigemus soli." Tum pater: „quae iam audivi, iis obtemperabo" iumentaque abduci iussit. Ebn dschâmi vero pultem, et carnem assam, vinumque suum palmeum nobis adposuit, cibumque cepimus, bibimusque. Deinde quum ille nobis aliquid canere coepisset, patris existimationem apud me deminui, dignitatem Ebn dschâmii vero augeri, sensi, quod eo processit, ut postremo ars patris fere nulla esse mihi videretur. Quum iam hilaritate mirabili pleni essemus, nuntius a chalifa ad nos missus est. Igitur statim uterque in iumentum inscendit, unaque cum iis profectus sum. Inter viam pater mihi dixit: „quid iudicas de Ebn dschâmio, mi filiole?" Ego: „num respondendi officio me exsolves? devovear pro te!" Pater: „non exsolvam te; itaque dic!" Tum ego: „te, quo praestantiorem non noveram ullum, quum in canendo cum Ebn dschâmio conferrem, tantum dignitatis amittere mihi visus es, ut fere nullus esses." Illi itaque ad Arraschîdum perrexerunt; ego vero domum redii, quia Arraschîdi adeundi potestas illo tempore mihi nondum facta fuerat. Postero die pater me ad se vocavit, dixitque: „mi filiole, ingruit hiems, commeatuque tibi opus est [magna autem pecuniae summa ante ipsum posita erat]; itaque quae necessaria sunt, hac pecunia tibi para." Tum ad patrem accessi, manumque et caput eius exosculatus sum; pecuniam auferri iussi, ipseque pone incessi. Sed pater me inclamavit: „o Ishâk, ad me redi!" Quum rediissem, pater: „num scis, quam ob causam hanc pecuniam tibi dedi?" Ego: „scio, devovear pro te!" Pater: „quamnam igitur ob causam?" Respondi: „quia de te et Ebn dschâmio incorrupte iudicavi." Pater: „vere dixisti, mi filiole; procede recta via!" Atque talia de duobus illis hominibus tradita sunt multa, quae alibi a nobis exponentur, in locos eos, in quibus idonee ponuntur, dispertita; hoc loco vero id quod retulimus satis est. Ergo Ibrahîmum tanti fecisse Ebn dschâmium, quamquam inter eos invidia et obtrectatio intercedebant, tamenque Ibrahîmum in delectu, quem cum Ebn dschâmio instituebat, cantilenam a semet ipso compositam eligere ausum esse, tanquam cantilenis ceteris praeferendam, atque in hac re Ebn dschâmium et Folaichum ei adsensos esse, ita falsum est, ut cogitari nequeat.

Verum, utut res haec sese habet, cantilenas illas duas, quas Dschachdam retulisse diximus, ab iis, quae Jachja ben ali enumeravit, diversas, subiungemus cantilenis ab Jachja relatis, deindeque cantilenas, quae electae sunt, adiiciemus ceteras.

Prima igitur cantilenarum ab Abul Hassan ali ben jachja traditarum haec est, ad quam aptarunt modos duos:

> **Castellum, ac palmetum, et El dschammâa, illis interposita,**
> **Exoptatiora sunt meo cordi quam portae Dschairûni;**
> **Usque ad El balâtum, atque ea, quae continentur El karâïnis,**
> **Aedes sitae sunt, quae respuunt turpitudinem et dedecus.**
> **Celant quidem homines secreta, sed ego tamen ea exploro;**
> **Non cognoscent vero illi, quoad moriar, id quod abscondo.**

Metrum versiculorum est ex specie prima generis expansi. Castellum, cuius mentionem facit hoc loco, est castellum Saîdi ben el âs, in El arssa situm. Palmetum, de quo dicit, Saîdo erat, situmque illo loco inter castellum et El dschammâam. Haec vero fundus quidam Saîdi erat. Totam illam possessionem post mortem Saîdi nactus est Moâwija ben abi sofjân, qui ab illius filio, Amro, eam emit, aere alieno, quod ille habebat, suscepto; qua de re exponetur infra. Portae Dschairûni erant Damasci. Legitur ab aliis حَاذَتْ quod ab إِلْحَاذَاةُ *e regione esse alicui* ductum est. Elkarâïnae [i. e. *coniunctae*] erant aedes quaedam filiorum Saîdi ben el âs, inter se connexae, quae propter hanc coniunctionem nomen illud acceperunt. Verbum نَزَحْنَ id quod بَعُدْنَ *remotae sunt* significat, atque أَلنَّازِحُ est أَلْبَعِيدُ *remotus*; praeteritum نَزَحَ est, atque نُزُوحٌ nomen actionis. Vocabulum أَلْهُونُ idem valet quod أَلْهَوَانُ *dedecus*. Poeta quidam, metro Redscheso usus, dixit haec:

> **Non viluit qui principi similis, tecto,**
> **Gladius penetrans, similis cuspidi acutae,**
> **Qui tuebatur semet ipsum ab dedecore.**

Vocabulum مَكْنُونٌ [in his versiculis usurpatum] id valet quod أَلْمَسْتُورُ *tectus* et أَلْخَفِيّ *absconditus*, ductumque est ab أَلْكَنّ *tegere*. Carmen illud ab Abu katîfa, Moaitida, compositum est, modus musicus ab Mabedo. Duos autem hic modos ad carmen illud aptavit. Quorum alter est levis gravis primi cum digito medio in ipsius curriculo, ut perhibet Ishâk; qui est modus ille delectus. Alter est gravis primus cum digito medio, si modi ita denominantur, ut Ishâk ea denominabat, ut perhibet Amr ben bâna.

Adnotationes

ad exordium libri cantilenarum.

Folia libri mei, quae arabica continent, typis exscripta, me rogante, hortanteque Fraehnio, viro longe celeberrimo, arabs aegyptius, مُحَمَّد عيّاد الطّنطاوى Mohammed ajjâd ettantâwi, litteris patriis apprime imbutus, qui iam Petropoli habitat, curiose perlustravit, et quaecunque emendanda esse iudicabat, in margine adnotavit. Itaque, quae ab eo consignata sunt, infra passim relaturus sum. Quibus ea adiiciam, quae ad arabica vel explicanda, vel emendanda, Henricus Orthobius Fleischerus, vir linguae arabicae scientissimus, litteris pluribus ad me perscripsit. Exordium hoc libri cantilenarum Quatremerius gallice reddidit in Ephemeridibus asiaticis Parisiensibus novis, vol. 16. pag. 400—419. Paginae vero, ad quas in his adnotationibus lectores relegantur, eae sunt, quae scripturam arabicam meam continent, typis exscriptam. Ubicunque de scriptura codicis Parisiensis dicitur, maximus ille significatur, qui in volumina quattuor dispertitus est.

Pag. 2. lin. 2. Vocabulum ٱلْكَاتِبُ *notarius*, eum hominem significare coniicio, qui in libris transscribendis versatur, atque hac arte victum quaerit. Ebn challikân, qui virorum doctorum multorum nominibus titulum illum ٱلْكَاتِبُ adiicit, in vita Ebn el châsini, ed. Wüstenfeld. nro. 61. ponit haec: أَبُو ٱلْفَضْلِ أَحْمَدُ بْنُ مُحَمَّدِ بْنِ ٱلْفَضْلِ بْنِ عَبْدِ الخَالِقِ ٱلْمَعْرُوفُ بِٱبْنِ الخَازِنِ ٱلْكَاتِبُ ٱلشَّاعِرُ ٱلدَّيْنَوَرِىُّ ٱلْأَصْلِ ٱلْبَغْدَادِىُّ ٱلْمَوْلِدِ وَٱلْوَفَاةِ كَانَ فَاضِلًا نَادِرَ الخَطِّ أَوْحَدَ وَقْتِهِ فِيهِ i. e. „Abul fadl achmed ben mohammed ben elfadl ben abd el châlik, qui vulgo Ebn el châsin adpellatur, notarius, poeta, ex Dainawaro oriundus, sed Bagdâdi natus et mortuus, erat homo ingenio valens, qui literas ita nitide pingebat, ut hac re aequalibus praestaret omnibus;“ pauloque post in eadem vita posita sunt haec: كَتَبَ مِنَ ٱلْمَقَامَاتِ نُسَخًا كَثِيرَةً وَهِيَ مَوْجُودَةٌ بِأَيْدِى ٱلنَّاسِ i. e. „scripsit exemplaria multa libri El mekâmât, quae etiamnunc inter manus hominum versantur.“ Porro Ebn challikân in vita Dschowainensis, ed. Wüstenfeld. nro. 179. ponit haec: أَبُو عَلِيٍّ الحَسَنُ بْنُ عَلِيِّ بْنِ إِبْرَاهِيمَ ٱلْمُلَقَّبُ فَخْرَ ٱلْكُتَّابِ الجُوَيْنِىُّ ٱلْأَصْلِ ٱلْبَغْدَادِىُّ ٱلْكَاتِبُ ٱلْمَشْهُورُ كَتَبَ كَثِيرًا وَنَسَخَ كُتُبًا تُوجَدُ فِى أَيْدِى ٱلنَّاسِ بِأَوْفَرِ ٱلْأَثْمَانِ لِجُودَةِ خَطِّهَا وَرُغْبَتِهِمْ فِيهِ i. e. „Abu ali el hassan ben ali ben

ibrahîm, qui Fachr el kuttâb [i. e. *gloria notariorum*] cognominabatur, ex Dschowaino oriundus, Bagdâdensis, notarius clarus, scripsit multa, atque transscripsit libros, qui etiamnunc inter manus hominum versantur, magnoque pretio stant, quia scriptura eorum est nitida, quam homines magni faciunt."

Pag. 2. lin. 3. Pro مَا حَضَرَهُ *quod aderat apud ipsum, quod ipsi in promptu erat,* ab Fleischero et Tantâwio مَا حَضَرَهُ adnotatum est. Fîrûsâbâdensis et حَضِرَ et حَضَرَ *adfuit*, atque حَضَرَهُ *adfuit apud eum*, usurpari perhibet. Sed حَضَرَ fortasse usitatius est, quod et Freytagius in lexico attulit. Certe حَضَرَ in Korâno ponitur, edit. Hinckelmann. sûr. 2. v. 127. 176. sûr 4. v. 22. sûr. 5. v. 105.

Pag. 2. lin. 4. طَرِيقَة hoc loco est totus modus musicus in universum; إِيقَاع est rhythmus; vide supra pag. 126. إِصْبَع *digitus* est certa sonorum, ex quibus modus musicus conditur, compositio; vide supra pag. 181 — 193.

Pag. 2. lin. 6. عِلَلُ إِعْرَابِهِ *rationes inflectionum eius* esse videntur causae sive leges grammaticae, quae quaenam nominum et verborum inflectiones propter vocabula antecedentia, vel ut sensus recte significetur, ponendae sint, declarant. Huius generis enim explanationes, quae structuram orationis et inflectiones vocabulorum enarrant, verborumque obscuriorum interpretationes, Ispahânensis versiculis iis, ad quos modi delecti pertinent, adiicere solet, e. g. iis versiculis, ab Omaro ben abi rebîa compositis, qui pag. ٣٩ leguntur. Vocabulo عِلَل etiam artis musicae leges significantur. In vita Ishâki ben ibrahîm Maussilensis ab Ispahânensi ponuntur haec: وَيَفْهَمُ مِنْ غَامِضِ عِلَلِ ٱلصَّنْعَةِ مَا لَا يَفْهَمُهُ غَيْرُهُ i. e. „cognitas habebat etiam difficiliores compositionis musicae leges, quas non noverant ceteri." Atque Obeidallam ben abdalla ben tâhir librum فِي ٱلنَّغَمِ وَعِلَلِ ٱلْأَغَانِي i. e. de sonis, legibusque cantilenarum, conscripsisse Ispahânensis perhibet.

Pag. 2. lin. 12. pro شُقَق reddidi *flores* vel serta. Est autem illud vocabuli شُقَّة pluralis, quod Fîrûsâbâdensis *laqueum* significare dicit, qui collis agnorum capellarumque imponitur; ductum enim est ab شَقَّ *irretitur*. Deinde hoc vocabulum ad laqueos ex floribus contextos, sive serta, traduci coniicio, qui vernacule Gewinde von Blumen, gallice *guirlandes*, *festons*, vocantur; nam Ebn ijâs أَبْن إِيَاس geographus Arabs librum illum, qui de geographia exponit, inscripsit شُقَق ٱلْأَزْهَار *laquei florum* sive *serta*

florum, catal. codic. oriental. Lugdunens. pag. 478. nro. 1713. Itaque Ispahânensem hoc loco vocabulo نُشَق narrationes illas varias, quas tanquam serta florea vitis poetarum et musicorum intertexuit, significasse existimo.

Pag. 2. lin. 13. لُمَع est pluralis vocabuli لُمْعَة *nitor, splendor, lumen, locus nitens.* Weyersius in Ephemeridibus illis, quae Orientalia inscriptae sunt, vol. 1. pag. 392. vocabulum hoc لُمَّع pronuntiari censet, esseque vocabuli لامِع *nitens, specimen fulgens,* pluralem. Sed Firûsâbâdensis edit. Calcutens. pag. 1443. in articulo دأل libri cuiusdam mentionem facit, quem adpellat شَرْح اللُّمَع للأَصْفَهَانِي *explicationem luminum, ab Isfahânensi compositam.* Vocabulum فِقَر ab singulari فِقْرَة ductum primo vertebras spinae dorsi significat, deinde monilia formam illarum vertebrarum referentia, atque sententias artificiose dictas, quae membra habent similiter cadentia, Harîr. pag. 29. 170.

Pag. 2. lin. 17. مُنْتَخَلَة in utroque codice positum est, neque Tantâwius id emendandum esse adnotavit; sed rectius tamen مُنْتَخَلَة *selecta* poni censeo. Vocabulum مَضَانّها in linea sequenti positum, quod a singulari مَضَنَّة ductum esse potest, exstat in codice Petropolitano; sed ab librariis negligentioribus saepe ض pro ظ scribitur, igiturque restitui oportet مَظَانّها *loci existimationis*, loci, quibus quid inveniri existimatur, fontes rerum, quod in codice Paris. scriptum est. Ita Ispahânensis in vita Jachjae Mekkani, cod. Petrop. pag. 701. posuit haec: فَضَبَطَ ٱلْغِنَاءَ وَأَخَذَهُ مِنْ مَظَانّه وَدَوَّنَهُ i. e. „tum ille [Ishâk ben ibrahîm Maussilensis] consignavit cantum, cumque ex fontibus sumsit, atque in librum digessit.“ Lin. 20. quod ad Ibrahîmum Maussilensem adtinet, de eo supra dictum est pag. 26. de Ismâîlo ben dschâmi vero pag. 25. de Folaicho ben el aurâ pag. 24.

Pag. 3. lin. 3. Pro يَبدل pone يُبْدِل *permutaret.* Lin. 4. verba فَفَعَلَ ذَلِكَ ad Ishâkum pertinent. Sed subiectum verbi وَأَتْبَعَ *atque adiecit* perinde ut verbi وَأَتْبَعَ illius, quod infra lin. 11. ponitur, non Ishâk, sed ipse Ispahânensis est, pertinetque igitur وَأَتْبَعَ ad وَبَدَأ فيه quod pag. 2. lin. 19. scriptum est. Nam quae post وَأَتْبَعَ utrumque enumerantur cantilenae, partes efficiunt libri cantilenarum magni, ab Ispahânensi collecti, ut supra pag. 198. exposui; quas cantilenas ad syllogen priorem, ab Ishâko in-

stauratam, Ispahânensis adiecit. Lin. 4. pro غَيْرِ هَؤُلَاءِ pone in nominativo غَيْرُ هَؤُلَاءِ *alii.* De variis illis cantilenis, quarum mentio lin. 6—11. fit, supra pag. 198. diximus. Lin. 8. et 9. pro وَخَيَّرَ بَيْنَهُمَا *atque optio alterius instituta est* Fleischerus rectius poni adnotavit: وَخُيِّرَ بَيْنَهُمَا *atque optio alterius data est*, Mabedi dico, et Ebn soreidschi, quemnam praeferrent, septenorum utriusque modorum ratione habita. Lin. 11. verba وَأَتْبَعَ ذٰلِكَ ab Quatremèrio loc. cit. pag. 402. reddita sunt: *Ishak ajouta à son recueil*; sed subiectum verbi أَتْبَعَ esse Ispahânensem, modo exposui. Pro عَرِفَ pone عَرَفَ *cognovit.* Lin. 18. pro وَفِي كِلْتَا الْحَالَتَيْنِ in cod. Petrop. perperam وَفِي تِلْكَ الْحَالَتَيْنِ scriptum est. Pro لِمَا يَجِيءُ بِهِ *ei quod adfert* in cod. Petrop. positum est لِمَا يَجْرِي بِهِ *ei quod adferre solet.* Lin. 20. pro جَمْعًا fortasse rectius جَمِيعًا *simul* ponitur, quod usitatius est; in cod. Petrop. جمعاء scriptum exstat. Lin. 22. pro غَيْرَ قَاطِعٍ اَتِّسَاقٍ ab Tantâwio غَيْرَ قَاطِعٍ اَتِّسَاقَ adnotatum est. Utramque horum verborum constructionem licitam esse demonstravit Sacy gramm. arab. tom. 2. par. 306. Quibusnam vero locis obiectum in accusativo positum magis aptum sit, neque ab Sacyo, neque ab Ewaldo gramm. arab. par. 642. satis certe definiri potuit. Lin. 23. quum يَكُونُ praecedat, pro أَشْكَلُ وَأَلْيَقُ accusativos أَشْكَلَ وَأَلْيَقَ poni oportet.

Pag. 4. lin. 1. تَرَكْنَا ab typothetis perperam pro تَرْكُنَا exscriptum est. Lin. 7. pro عَلَى نَسَبِ *ex ratione originis* in cod. Petrop. عَلَى سَبَبِ *ex ratione causae* scriptum est; Fleischerus fortasse عَلَى حَسْبِ *ex ratione* poni oportere coniecit; Tantâwius عَلَى نِسَبِ *ex ratione originum* scribi iussit. Atque persaepe sane Ispahânensis, ubi alicuius cantilenae verba retulit, ea quae نِسْبَةُ الصَّوْتِ *origo cantilenae*, sive descriptio cantilenae, ab eo vocantur, subiungit; quibus quum de versiculorum metro et auctore, tum de modi cantilenae musici genere et auctore, exponuntur, nonnullaque interdum, quae ad verba versiculorum explicanda faciunt, adiiciuntur. Quarum originum maior pars breviter exponitur, ut eae quae text. arab. pag. 151. 156. 158. 161. leguntur; nonnullae vero copiosius enarrantur; quo ex genere ea sunt quae text. arab. pag. 10. traduntur, ad cantilenam أَلْقَصْرُ فَالنَّخْلُ pertinentia. Historias hominum, quorum mentio in his originibus fit, Ispahânensis gradatim addit, atque ita in narrando ab homine alio ad alium sensim progressus, totum opus contexit. Quum in origine ea, quae text. arab. pag. 10. enarratur, Abu katifae, poetae, Mabedique, musici, mentio fiat,

primo de his hominibus Ispahânensis exponit. Lin. 15. pro كَثْرَة formam magis solitam كُثْرَة ponendam esse censent Fleischerus et Tantâwius. Lin. 16. pro ٱلْغَنَآء in cod. Paris. ٱلْقَنَآء positum est. Lin. 15. verba وَأَنْ نَأْتِيَ *atque ut adferremus* sic scripta in cod. Petrop. et codicis Parisiensis apographo, ab Aïda exarato, exstant, neque Tantâwius ea mutanda esse censuit. Quae si retinentur, ex مَا شَرَطْنَاهُ *id quod stipulati sumus* pendent, sensusque eorum est: stipulati iam sumus, nonnulla tantum huius argumenti hoc libro adlatum iri; quemadmodum text. arab. pag. 2. lin. 7. scripsit لَمْ يَسْتَوْعِبْ كُلَّمَا غُنِّيَ بِهِ *non adtulit omnia ea, quae canebantur.* Sed Fleischerus scribi oportere arbitratur: أَوْ أَنْ نَأْتِيَ *aut ut adferremus* ita, ut haec ad مِنْ أَنْ نَأْتِيَ lin. 14. pertineant. Quod rectius esse coniicio, atque Quatremèrius quoque recepit, qui loc. cit. pag. 405. posuit haec: *ou, si nous n'eussi onsdonné qu'une partie des faits.* Lin. 15. pro فَيَنْتَسِبَ a Tantâwio فَيَنْتَسِبُ adnotatum est; in cod. Petrop. فينسب legitur. Lin. 18. pro نَفْغَرُ ab Tantâwio نَفْغُرُ adnotatum est; Fîrûsâbâdensis hoc verbum ut مَنَعَ et سَمِعَ et نَصَرَ flecti perhibet. Quae lin. 17. 18. 19. ab وَكَذٰلِكَ ad نُبُوَّة posita sunt, Quatremèrius loc. cit. pag. 405. sic reddidit: „*Il en est de même de l'histoire des poëtes: si nous nous fussions contenté de citer la musique faite sur un morceau de poésie, sans aller plus loin, et sans compléter ce qui concerne cette matière, nous aurions produit sur les esprits une impression de dégoût;*“ quae ab iis, quae Ispahânensis scripsit, plane aliena sunt. Lin. 21. pro وَٱلْمُنْتَظَرُ أَغْلَبُ *quod exspectatur, potentius est,* in cod. Petrop. وَٱلْمُبْتَكَرُ أَغْلَى *quod recens accedit, pretiosius est*, scripta sunt.

Pag. 5. lin. 4. رِوَايَةُ ٱلنِّسْبَةِ *traditio originis* hoc loco ea potissimum sunt, quae de modo cantilenae musico traduntur; vide quae de نِسْبَةُ ٱلصَّوْتِ paulo supra diximus. Igitur Ispahânensis significat haec: „ubicunque modum cantilenae musicum definivi, vocabulis musicis ab Ishâko introductis usus sum, quamquam multa eorum, quae de singularum cantilenarum modis musicis retuli, non ab Ishâko, sed ab hominibus aliis tradita accepi, qui vocabula musica usurpabant alia.“ Quae ab Quatremèrio loc. cit. pag. 406. non ita reddita sunt. Lin. 5. pro عَلَوِيَّة potius عَلُّوِيَّة scribendum esse Fleischerus coniecit, quia poetae Turcae cuidam nomen عَلُّوِي fuisse videtur, cuius mentio fit in Catalogo libror. manuscriptor. Lipsiens. ab Naumanno ao. 1838. edito, pag. 550. Tantâwius nomen عَلَوِيَّة mutandum esse non censuit. Lin. 17. pro خَطَّآءً ab Tantâwio خَطَّأ adno-

tatum est. Lin. 18. سِوَى ٱلرُّخْصَةِ *excepta concessione;* quo vocabulo Fleischero hoc loco disputatio quaedam significata esse videtur, libro illi praemissa, qua veterum magistrorum, qui de arte musica mitius senserant, nonnullumque eius usum licitum esse censucrant, dicta exponebantur; quam disputationcm libro auctor eum in finem praefixerat, ne propter commentarium de arte musica, veris moslemis invisa, compositum vituperaretur; vide quae de hac re supra a nobis adlata sunt pag. 7. Atque ita qui de artc poetica, eiusque historia, commentarios conscripserunt moslemi, ea Mohammedis, eiusque discipulorum, dicta praemittere solent, quae poesin licitam esse declarant. Lin. 19. pro فَإِنَّ أَبِي in cod. Petrop. قَالَ أَبِي scriptum est. Lin. 20. مِنْ أَبِي بَكْرٍ *ab Abu bekro;* est fortasse praenomen Hammâdi, filii Isĥâki, de quo lin. 12. dicitur. Quatremérius loc. cit. pag. 407. nomen Abi bekri suppressit.

Pag. 6. lin. 2. لَهُ *illi, propter illum,* ad virum principem illum, de quo pagina antecedenti lin. 9. dictum est, pertinere vidctur. Lin. 3. pro تَخَلَّدُوا ab Tantâwio تُخَلِّدُوا adnotatum est. Ispahânensis se gravatum esse dicit, hunc librum edere, quia moslemi severiores artcm musicam suspectam habebant, veniamque a Deo petit, quod in iis, quae hoc libro enarrantur, passim insunt quae ab sanctitate abhorrent. Lin. 6. pro عِنْدَ مُفْتَتَحِ كُلِّ قَوْلٍ in cod. Petrop. عِنْدَ كُلِّ مُفْتَتَحِ قَوْلٍ posita sunt. Lin. 9. de أَبُو أَحْمَدَ يَحْيَى apud Ebn challikânum dicitur, ed. Wüstenf. nro. 812. Lin. 12. pro أَنَا ذَاكِرُهَا in codice alio أَذْكُرُهَا legi, in margine codicis Petropolitani adnotatum est. Lin. 15. pro وَنُسَبِّبُهُ Quatremérius وَنَسَبْتُهُ pronuntiasse vidctur; nam loc. cit. pag. 409. hoc vocabulum ab eo redditum est: *et dont ils indiquent d'une manière certaine le musicien;* sed personam primam ponendam esse, totius loci sensus demonstrare mihi videtur. Lin. 17. pro مُشَبَّهًا ab Tantâwio مُشْبِهًا adscriptum est.

Pag. 7. Lin. 5. 8. 10. 12. 15. 17. pro لَحْنٌ accusativum لَحْنًا pone, quia haec verba ex أَنَّ lin. 5. pendent. Lin. 7. pro بَيْنَهُمَا in epitome Gothana hoc loco مَنْزِلَةٌ *mansio* positum est, pro أَبْيَاتٍ vero أَبْوَابٍ *portae,* quod et ab Ispahânensi infra scribitur text. ar. pag. 9. 10. Sed hoc loco أَبْيَاتٍ in codice Parisiensi et in Petropolitano exstat, idque retinui, quoniam saepenumero ab Ispahânensi unus idemque versiculus locis diversis diverse scribitur; nam qui apud Arabes carmina recitabant, sacpe suo arbitratu verba nonnulla mutasse videntur, quod et in terris aliis contigisse constat. De مَجْزُونٌ dicetur infra ad pag. 10. Lin. 9. pro تَشَكَّى in epitome Gothana شَكَى فِي

scriptum est. Pro يَسْطِيعُ in cod. Par. et Petrop. يَسْتَطِيعُ exaratum esse videtur; sed يَسْطِيعُ scribendum esse metrum Tawîl demonstrat. Lin. 11. pro مِمَّا apud Quatremérium loc. cit. pag. 411. مِمَّنْ scriptum est. Lin. 14. pro ٱلْقَاصِيَاتِ ab Quatremério loc. laud. ٱلْقَاصِيَاتِ *longinquae*, in epitome Gothana ٱلْقَاسِيَاتِ *durae* positum est. Lin. 16. جَيْدَآءُ significat *collo alto praeditam*, propterea que ab Quatremério loc. laud. redditum est: *cette femme au beau cou.* Sed hoc loco Dschaidâa est nomen feminae, quam El ardschi, poëta, deperibat; cuius in vita apud Ispahânensem leguntur haec: كَانَ ٱلْعَرْجِىُّ يُشَبِّبُ بِأُمِّ مُحَمَّدِ بْنِ هِشَامٍ وَهِىَ مِنْ بَنِى ٱلْحَارِثِ بْنِ كَعْبٍ وَيُقَالُ لَهَا جَيْدَآءُ i. e. „El ardschi carminibus celebrabat matrem Mohammedis ben hischâm, quae ex tribu El hareth ben kaab erat, adpellabaturque Dschaidâa."

Pag. 8. lin. 4. دَوْرٌ كَبِيرٌ *circulus magnus* magnum rhythmorum diversorum numerum significare videtur. Nam دَوْرٌ *circulus*, *periodus*, membra rhythmorum musicorum maiora nuncupantur pag. 152. unde factum est, ut commentariorum, qui de arte musica Moslemorum exponunt, nonnulli inscriberentur فِى ٱلْأَدْوَارِ *de periodis.* Lin. 6. ad جُودَة Tantâwius adnotavit: افصح جَوْدَة i. e. *elegantius* جَوْدَة *ponitur.* Lin. 6. مَقَاطِّهَا *cartilaginum*, *incisorum*, in apographo codicis Parisiensis ab Aïda confecto scriptum est, in cod. Petrop. vero مَقَاطِعِهَا *exitus*, *terminationes*, quod rectius esse existimo. Nam Fârâbensis cod. Lug. fol. 119. rect. de مَقَاطِع ٱلْأَلْحَانِ *terminationibus modorum* musicorum variis disserit; quo loco praeter alia dicit haec: وَمَا كَانَ مِنْهَا خَارِجًا عَنِ ٱلْعَادَةِ وَكَانَتْ نَغَمُهَا مَمْدُودَةً فَنِهَايَاتُهَا وَمَقَاطِعُهَا يَنْبَغِى أَنْ تَكُونَ كَذٰلِكَ وَمَا كَانَ نَغَمُهَا قَصِيرَةً أَوْ كَانَتْ مُتَوَسِّطَةً فَمَقَاطِعُهَا أَيْضًا كَذٰلِكَ وَٱلْمَقَاطِعُ ٱلْقَصِيرَةُ ٱلَّتِى لَا تَسْتَوْفِى بِهَا كَمَالَ تَشَوُّقِ ٱلنَّفْسِ إِلَيْهِ مِنْ هٰذِهِ ٱلنَّغْمَةِ بَلْ تَبْقَى ٱلنَّفْسُ بَعْدَهَا مُتَشَوِّقَةً تُسَمَّى ٱلْمَقَاطِعَ ٱلْمَبْتُورَةَ i. e. „quicunque [*modi musici*] a more solito deflectunt, sonosque habent productos, eorum terminationes et exitus quoque ita comparatos esse oportet; qui vero sonos habent breves vel mediocres, eorum exitus quoque hanc rationem sequuntur. Exitus breves illi, quibus desiderium huius soni, quo anima tenetur, non exples totum, ita ut etiam post

eos anima desiderio flagret, *exitus abrupti* vocantur." Lin. 14. وَإِنِّي لَأَسْتَقِلُّ ذَلِكَ لَكَ in apographo codicis Parisiensis meo, ab Aïda confecto, scripta sunt, neque Tantâwius ea emendanda esse censuit. Verbum أَسْتَقَلَّهُ id quod حَمَلَهُ *suscepit, sustulit aliquid,* significat, Kâmûs ed. Calc. pag. 1531. et Harîri ed. Sacy pag. 39. Itaque illa significare possent: *sane suscipio hoc tibi* remunerandum, pietas tua officium gratitudinis tibi exhibendae mihi imponit, hocque officium suscipio. Quem sensum huic loco fortasse Quatremérius quoque tribuit, qui loc. laud. pag. 413. posuit: *Je sais apprécier tes sentiments pour moi.* Sed أَسْتَقَلَّهُ significat etiam: *parvum existimavit eum, contemsit eum;* igiturque sensus esse potest: sed hoc, quod modo dixi, parum esse existimo tibi, non satis esse praemii tibi conferendi. In codice Petropolitano scripta sunt: وَإِنِّي لَا أَسْتَقِلُّ ذَلِكَ لَكَ *neque hoc tibi contemno* i. e. atque aliquid magni pietate illa te mihi praestitisse probe sentio. Quibus verbis et ipsis quae Quatremérius posuit bene respondent. Lin. 17. pro وَإِذَا أُجِلُّ مِنْكَ هَذَا الْجَلَلَ in cod. Petrop. scripta sunt وانا احل منك هذا الحل atque Quatremérius loc. laud. pag. 413. posuit: *et chacun m'en témoigne sa surprise, sachant que je vous tiens d'aussi prés.* Sed verbum أُجِلُّ ad Ebn dschâmium pertinere verisimile fit ex iis, quae Ispahânensis scripsit infra: فَأَبْرَاهِيمُ يُجِلُّ أَبْنَ جَامِعٍ هَذَا الْجَلَلَ pag. 9. Quod ad مِنْكَ adtinet, aut ad Ibrahîmum pertinet, aut ad Ishâkum, si haec ex iis sunt, quae homines Ishâko dicebant. Lin. 23. pro أَطْعَمْتُكُمَا ab Fleischero أَطْعَمْتُكُمَا substituitur.

Pag. 9. lin. 4. كَلَا شَيْءٍ *sicut nihil;* ita apud Ispahânensem in vita Obeidallae ben abdalla ben tâhir de illius cantrice, quae شَاجِي *Schâdschi* adpellabatur, narrantur haec: فَلَمَّا غَنَّتِ ٱحْتَقَرْنَا أَنْفُسَنَا وَلَمْ تَزَلْ تِلْكَ حَالُنَا حَتَّى صَارَتْ فِي أَعْيُنِنَا كَالْجَبَلِ وَصِرْنَا كَلَا شَيْءٍ i. e. „quum vero puella illa caneret, parvi fecimus nosmet ipsos, quod eo processit, ut illa oculis nostri quasi mons esse videretur, ipsi vero nobis quasi nulli esse videremur." Lin. 5. فَرَكِبْنَا ab typothetis perperam pro فَرَكِبَا positum est, quod in utroque codice exstat. Lin. 8. pro صَغُرَتْ ab Tantâwio صَغُرَتْ adnotatum est. Lin. 8. مَضَيْنَا ab typothetis perperam pro مَضَيَا positum est, quod in utroque codice exstat. Lin. 9. لَمْ بَعْدُ valent: *nondum;* Sacy gramm. tom. 1. pag. 508.

Lin. 16. pro أَلْمُنَاقَشَةُ *ad calculos vocare aliquem* ab Tantâwio أَلْمُنَافَسَةُ *invidia, simultas*, adnotatum est, quod rectius esse existimo. Lin. 17. pro يَقْدَمُ ab Fleischero et Tantâwio يُقْدِمُ ponitur. Lin. 17. هُوَ ad Ibrahîmum pertinere videtur, pronomen vero quod in مَعَهُ inest, ad Ebn dschâmium. Lin. 21. أَبِي ٱلْحَسَنِ عَلِيّ بْنِ يَحْيَى in utroque codice exstant; quae si recte scripta sunt, hic homo fortasse filius fuit illius, qui anteced. linea et p. 6. lin. 9. يَحْيَى بْنُ عَلِيّ vocatur. Lin. 22. أَلْقَصْرُ فَٱلنَّخْلُ hunc versiculum Tebrîsensis in commentariis Hamâssam illustrantibus adtulit, Hamâs. ed. Freytag pag. 656. Lin. 23. vocabulum أَلْبَلَاطُ quod *locum planum, lapidibus stratum*, porroque *palatium*, significat, Fîrûsâbâdensis nomen vici in Damasco vel agro Damasceno siti قَرْيَةٌ بِدِمَشْق esse dicit.

Pag. 10. lin. 2. بِٱلْعَرْصَةِ in apographo codicis Parisiensis meo et in epitome Gothana scriptum est; vocabulum أَلْعَرْصَةُ *area* nomen loci cuiusdam apud Damascum siti esse videtur. In cod. Petrop. et ab Quatremério loc. laud. pag. 417. العرصة positum est. Lin. 4. أَبْتَاعَهُ *quod emit*; de emtione huius castelli text. arab. pag. 25. dicitur. Lin. 5. أَبْوَابُ جَيْرُونَ *portae Dschairûni*; Dschairûn magnum quoddam aedificium fuit, in urbe Damasco exstructum, in quo mercatus instituebatur omnium rerum venalium; quo ab aedificio non modo porta urbis vicina, sed templi quoque Damasceni maximi porta quaedam nomen بَابُ جَيْرُونَ *porta Dschairûnica* traxisse videtur. Qua de re Sacyus copiose in eo libro exposuit, qui inscriptus est: Relation de l'Egypte par Abdallatif, Paris 1810. pag. 442 — 446. Lin. 7. et 9. locos plures, quibus هُونٌ *opprobrium* et أَبْتَذَلَ *profanavit* posita sunt, attulit Quatremérius loc. laud. pag. 418. Lin. 9. pro مِثْلَ nominativum مِثْلُ substitui oportet. Versiculos hos ex metri Sarî specie septima esse existimo, Sacy gramm. ar. tom. 2. pag. 640. Freytag Arabische Verskunst pag. 246. 247. neque in iis aliquid mutandum esse censuit Tantâwius.

Caput secundum.

Continet vitam Abu katifae, poetae.

Vita Abu katîfae, ejusque genus.

Fuit ille Amr, filius El walîdi, filii Okbae, filii Abu moaiti, qui Abu moaitus adpellabatur Abân, filii Abu amri, filii Omajjae, filii Abd schemssi, filii Abd menâfi, filii Kussajji, filii Kilâbi, filii Morrae, filii Kaabi, filii Lowajji, filii Gâlibi. Ita haec tradunt genealogi. El heithem ben adi vero in libro eo, qui El methâlib [*vituperia*] inscriptus est, Abu amrum, filium Omajjae, fuisse perhibet servum Omajjae, cui nomen erat Dsekwâno, ab Omajja adoptatum. Additque idem haec: Dagfâlo, genealogo, qui visitatum venerat, Moâwija dixit: „quosnam vidisti ex nobilissimis Koreischitarum?" Tum ille: „vidi Abd el mottalibum, filium Hâschemi, et Omajjam, filium Abd schemssi." Moâwija: „describe illos mihi!" Dagfal: „Abd el mottalib fuit colore candido, statura alta, venusta facie, frontemque habebat lumine prophetiae dignitateque regia splendentem, filiique eum circumstabant decem, qui similes erant leonibus saltus." Tum illi Moâwija: „iam describe Omajjam!" Dagfal vero: „vidi eum seniculum, statura brevem, corpore macilentum, caecum, quem manu ducebat ipsius servus, Dsekwân." Tum Moâwija: „apage, inquit, erat hic ipsius filius, Abu amr." Respondit Dagfal: „hoc a vobis quidem perhibetur, traditurque; quod vero ipse cognovi, id est, quod tibi modo narravi." His expositis, redimus ad prosequendum genus Abu katîfae, procedentes ab Lowajjo, filio Gâlibi, qui fuit filius Fihri, filii Mâleki, filii Ennadri, filii Kenânae. Quem Ennadrum maior genealogorum pars auctorem generis Koraischitarum esse existimat ita, ut quoscunque genuit Ennadr, ex Koraischitis esse censeantur, quoscunque vero non procreavit ille, ex iis non sint. Sed sunt genealogi nonnulli, qui dicant: „non ita res se habet, sed Fihr ben mâlek fuit ipse Koraisch; quemcunque non genuit Fihr, ex Koraischitis non est." Iterum iam ad genus Abu katîfae redimus, et quidem ad Ennadrum, filium Kenânae, filii Chosaimae, filii Modrikae, filii Eljâssi, filii Modari, filii Nisâri. Filii Eljâssi adpellati sunt Chindifitae ab matre Chindifa, quod hujus feminae cognomen fuit; nomen ipsi erat Leila filia Holwâni, filii Imrâni, filii Elhâfi, filii Kodâae. Quae femina mater fuit Modrikae, Tâbechae, et Kamae, filiorum Eljâssi, filii Modari, filii Nisâri. Qui fuit filius Maaddi, filii Adnâni, filii Oddi, filii Odadi, filii Elhamaissai, filii Jaschdschubi;

quem alii Aschdschubum adpellant, filii Nâbiti, filii Kaidsâri, filii Ismâïli, filii Ibrâhimi.

12. Ita hoc genus enarrant genealogi Arabes. Ab Ebn schihâbo, Sahrita, vero, qui ex viris doctis, jurisque peritis Koraischitarum fuit, hoc traditum esse fertur: homines genealogi alii, qui ab Dagfalo sua accepisse perhibentur, Maaddum fuisse dicunt filium Adnâni, filii Odadi, filii Amîni, filii Schâdschîbi, filii Nâbiti, filii Thaalabae, filii Itri, filii Boraichi, filii Muhallimi, filii El awwâmi, filii El muchtamili, filii Râïmae, filii El ikjâni, filii Illae, filii Schuchdûdi, filii Eddarbi, filii Abkari, filii Ibrâhîmi, filii Ismâïli, filii Rosni, filii Awadschi, filii El mut-imi, filii Ettamachi, filii El kaswari, filii Atûdi, filii Dadai, filii Machmûdi, filii Essâïdi, filii Baswâni, filii Ithâmae, filii Daussi, filii Chassiri, filii Ennassâli, filii Komairi, filii Machschi, filii Modiri, filii Seiffijji, filii Nâbiti, filii Kaidsari, filii Ismâïli, Deo mactati, filii Ibrâhîmi, familiaris Dei, cui utrique, prophetisque suis omnibus, et legatis, Deus bene precetur, quosque consalutet!

Deinde ore consono Ibrâhîmum fuisse ferunt filium Asari; quo nomine hic homo arabice adpellatur, ut Deus venerandus, celebrandusque, in libro suo docuit; in pentateucho vero hebraice Tarech vocatur. Qui fuit filius Nâchûri, quem alii Ennâchirum adpellant, filii Esschârii, qui idem atque Schârûg est, filii Argui, qui idem atque Arrâïch est, filii Fâlegi, divisoris terrae, qui inter homines eam dispertivit, filii Aberi, filii Schâlechi, filii Arfachschîdi, qui idem atque Arrâfid est, filii Sâmi, filii Noachi, cui Deus bene precetur, quemque consalutet, filii Lameki, qui arabice Malakân adpellatur, filii El metûschalachi, qui idem atque El mathûb est, filii Achnuchi, qui idem atque Idrîs, propheta Dei, est, cui Deus bene precetur, quemque consalutet, filii Jardi, qui idem atque Arrâïd est, filii Mahlâïli, filii Kainâni, qui idem atque Kathân est, filii Anûschi, qui idem atque Ettâhir est, filii Schîthi, qui idem atque Hibat alla [*donum Dei*] est, atque etiam Schâth adpellatur, filii Adami, patris hominum; quibus viris, Mohammedique, prophetae, ipsiusque genti, Deus bene precetur, quosque consalutet!

Haec est genealogia ea, quam plerique homines tradunt, quamquam passim variatam. Propheta vero, cui Deus bene precetur, salutemque impertiat, contra genealogos dixisse fertur, et quae ab iis tradebantur improbasse. Traduntur etiam quaedam discrepantiae, praesertim quod ad nonnullos patres adtinet. Quibus de rebus in libro genealogiae ita exposui, ut plura adferre nihil opus sit.

Abu katifa eiusque cognati ex Anâbissis fuerunt, qui ex Omajjidis erant. Omajjae autem fuerunt filii undecim, quorum alius praenomine ab alius nomine ducto ad-
13. pellabatur; vocabantur enim El âs, Abul âs, El îs, Abul îs, Amr, Abu amr, Harb, Abu

Harb, Sofjân, Abu sofjân, El awîs; praenomina vera non habebant. Quibus ex hominibus Assios ألأعياص fuisse nobis tradiderunt Harami ben abil alâ, cui nomen Achmed ben mohammed ben ishâk fuit, atque Tûssensis, cui nomen Achmed ben Soleimân fuit. Qui quidem dixit: haee nobis narravit Essobair ben bekkâr, qui ab Mohammed ben eddachchâk, Hisâmita, ea acceperat, cui a patre tradita fuerant; qui dixit: Assii sunt El âs, Abul âs, El îs, Abul îs, atque El awîs. Porro ex illis hominibus Anâbissi fuerunt, qui hi sunt: Harb, Abu harb, Sofjàn, Abu sofjân, Amr et Abu amr. Adpellati vero sunt Anâbissi ideo, quia cum fratre suo, Harb ben omajja, in proelio Okkâdensi non cesserunt loco, sed seipsi constrinxerunt, pugnaruntque fortiter; quare leonibus comparati sunt. Nam leones *anâbissi* عنابس vocantur, cuius vocabuli singularis *anbassa* عنبسة est. De Assiis haec dixit Abdalla ben fodâla Assadita:

Ex Assiis vel ex gente Harbi homo est,
Qui splendet ut macula alba equi generosi.

Causa vero, propter quam hunc versiculum panxit, id fuit, quod Achmed ben abd el asîs, gemmarius, mihi tradidit, qui dixit: narravit nobis Omar ben sebabba, nobisque narravit Mohammed ben el abbâs, Jesîdita; qui dixit: narravit nobis Achmed ben el hareth, sericarius, dixitque: haec mihi narrarunt Madâïnensis atque Ebn gasâla; qui dixerunt: Abdalla ben fodâla ben scherîk, Wâlibita, deinde Assadita, qui ex gente Assad ben chosaima fuit, ad Abdallam ben essobair aeeessit, eique dixit: „pecunia mea evanuit, iumentumque meum laborat ungula.“ Tum ille: „adduc id!“ Adduxit igitur iumentum. Tum Abdalla: „fac procedere id, atque recedere!“ Quo facto, Abdalla: „obliga ungulam corio, idque consue setis; educ iumentum in regionem montanam, ut ungula refrigeretur; iter fac tempore frigido matutino et vespertino; tum convalescet.“ Ebn fodâla vero: „te adii iumentum petens, non medicamenta; male dicat Deus camelae, qua ad te vectus sum“ Cui Ebn sobair: „sane, atque ei, quem vexit!“ Tum ab eo discessit Ebn fodâla, dixitque haec:

Dicam servis meis: insternite meum iumentum!
Perequitabo enim vallem Mekkae sub noctem;
Sed quando per Dsât irk transibo,
Ad filium Kâhilicae non deversabor;
Intervallum inter nos ponent cursus iumentorum,
Atque suspensio vasium et perarum,
Camelusque quivis generosus, cui incusserunt camelae
Ungulas suas, et qui in locos altos enititur.
Petitionibus video apud Abu chobaibum

Negari, neque superest in hac terra Omajja;
Ex Assiis vero, vel ex gente Harbi, homo est,
Qui splendet ut macula alba equi generosi.

14. Abu chobaib est Abdalla ben essobair; sed verum eius praenomen erat Abu bekr. Habebat quidem filium, Chobaibum, qui ipsius liberorum erat natu maximus; sed praenomen ab hoc filio ductum Abdallae ben essobair non tribuebant, nisi qui convicium ei faciebant; qui praenomen illud tanquam cognomen ei imponebant. Ebn essobair, quum illi versiculi ad eum perlati essent: „novit Ebn fodâla, inquit, illam [Kâhilicam] matrum mearum pessimam fuisse, proptereaque de ea mihi exprobravit, quanquam haec femina ipsius amitarum optima fuit.“ Addit Jesîdita: hoc loco إِنَّ vocabulum id valet quod نَعَمْ *sane*, atque quasi profitetur idem, quod ille dixerat. Eodem modo usurpatum est in his, quae dixit Ebn kais arrukajjât:

Dixerunt illae: „iam canities tibi supervenit,
Atque senex factus es!“ Respondi: „sane ita est.“

Abu moait matrem habuit Aminam, filiam Abâni, filii Kolaibi, filii Rebîae, filii Ameri, filii Ssassaae, filii Moâwijae, filii Bekri, filii Hawâseni. Qua de femina Nâbiga ben dschaada dixit haec:

Consortes Koraischitarum facti sumus in pietate
Atque in genere ita, ut consortium fit in habena,
Per eos, quos pepererunt feminae Hilâlitarum,
Eosque, quos pepererunt feminae Abânitarum.

Amina illa nupsit Omajjae ben abd schems, eique peperit El âssum, Abul âssum, El îssum, Abul îssum, El awîssum, Ssafijjam, Taubam, et Arwam, filios Omajjae. Quo mortuo, ipsius filius, Abu amr, eam in matrimonium duxit; nam paganis hoc receptum erat, ut patris uxorem ducerent, patre exstincto. Itaque Amina post mortem Omajjae peperit Abu moaitum, cui filii Omajjae, quos Amina enixa erat, et fratres fuerunt, et patrui. Quae omnia mihi tradidit Tûssensis, qui ab Essobair ben bekkâr ea acceperat. Dixit autem Essobair: narravitque mihi patruus meus, Mossab, dixitque: Aminae filius, Abul âs, matrem fratri suo, Abu amro, in matrimonium dedisse fertur; nam tali matrimonio pagani utebantur. Quare Deus celebrandus venerandusque id vetuit. Haec enim sunt verba Dei, cui bene dicatur, laudesque tribuantur: „Mulieres, quas patres vestri duxerunt, nolite ducere, nisi si matrimonium antea contractum fuerit; nam turpe illud est, et odiosum, ab honestate alienum.“ Unde factum est, ut tale coniugium adpellare-

tur *matrimonium odiosum*. Captus est Okba, filius Abu moaiti, in proelio Bedrensi, eumque interfecit vinctum legatus Dei, cui bene precetur, salutemque impertiat Deus.

Hoc nobis narravit Mohammed ben dscherîr, Tabaristanensis, qui dixit: narravit id nobis Mohammed ben homaid, Rajjensis, qui dixit: narravit id nobis Salama ben el fadl, qui ab Mohammede ben ishâk id acceperat in narratione quadam, quam ille tradebat, longa; porroque idem mihi narravit Achmed ben mohammed ben el dschaad,
qui dixit: narravit ea nobis Mohammed ben ishâk, Musajjibita, dixitque: narravit ea nobis 15.
Mohammed ben folaich, qui ea acceperat ab Mûssa ben okba, cui ab Ebn schihâb tradita fuerant; qui omnes sic narrarunt: interfecit illum vinctum legatus Dei, cui, cuiusque genti, bene precetur Deus, salutemque impertiat. Quod quum iam fieri iussisset legatus Dei, Okba: „num ex Koraischitis me unum solum?“ Respondit ille: „sane!“ Tum Okba: „quisnam vero recipiet filiolos meos, me mortuo?“ Legatus Dei: „ignis“ inquit; propter eaque filii Abu moaiti adpellati sunt *filioli ignis*. De homine eo vero, qui Okbam obtruncavit, dissensio est. Sunt qui ab Alio, filio Abu tâlibi, cui Deus faveat, illum occisum esse ferant; quod ab nonnullis Kûfensibus traditum est.

Quod nobis narravit Achmed ben mohammed ben saîd ben okda, qui dixit: mihi id tradidit El mondsir ben mohammed, Lachmita, qui dixit: narravit ea nobis Soleimân ben abbâd, qui dixit: nobis ea narravit Abd el asîs ben abi thâbit, Medînensis, qui ab patre ea acceperat, cui tradita fuerant ab Mohammed ben abdalla ben hassan, qui ex patre ea audiverat, cui ab avo narrata fuerant, qui ab Alio, cui Deus faveat, ea audiverat; qui dixit: iubente propheta, cui Deus bene precetur, salutemque impertiat, Ali, qui consalutetur, die Bedrensi collum secuit Okbae ben abi moait atque Ennadro ben el hâreth. Ebn ishâk vero illum ab Assimo ben thâbit ben abil aklach, Anssârita, obtruncatum esse fert, ab Alio ben abi tâlib, qui consalutetur, Ennadrum ben el hâreth ben kelda.

Haec mihi tradidit Achmed ben abd el asîs, gemmarius, qui dixit: narravit ea mihi Omar ben schabba, qui dixit: mihi hoc narravit El hassan ben othmân, qui dixit: narravit ea mihi Ebn abi sâïda, cui ab Mohammed ben ishâk tradita fuerant, qui ab suis magistris ea acceperat; porroque ea mihi narravit Mohammed ben dscherîr, qui dixit: nobis ea narravit Ebn homaid, qui dixit, nobis ea narravit Salama, cui ab Ebn ishâk tradita fuerant, qui ab suis magistris ea acceperat; qui dixit: mortem intulit legatus Dei die Bedrensi Okbae ben abi moait vincto; illo enim iubente Assim ben thâbit collum secuit Okbae. Deinde ab Bedro ad Essafrâam accessit, ibique mortem intulit Ennadro ben

el hâreth ben kelda, qui ex gente Abd eddâr erat; iubente enim legato Dei, Ali collum ei secuit. Quod in El otheilo peractum esse perhibet Omar ben schabba. Tum illius soror, Koteila bint el hâreth, hos versiculos panxit, illum plorans:

O equitans, ad El otheilum te perventurum putamus
Diluculo diei quintae, si secunda iuvaris fortuna!
Dic mortuo cuidam, ibi sepulto, haec: „salutatio,
Qua cameli commoti non desinunt intremiscere,
A me ad te perfertur, atque lacryma fusa,
Quae fluctum suum emittit, aliaque, quae suffocat."
16 Num vero me audiet Ennadr quum eum evoco,
Si modo audit homo defunctus, qui non loquitur?
Continenter gladii fratrum eum persequuti sunt;
O Deus, cognationes quantae ibi discissae sunt!
Vinctus ille ducebatur ad necem, defessus,
Lente incedens ut catenatus, qui captivus est, constrictus.
O Mohammed, certe proles es feminae praecellentis
In gente sua, parensque tuus fuit parens generosus;
Nihil detrimenti passus esses, si ignovisses, saneque saepe
Ignovit homo, quanquam ira incensus erat, et odio;
Si vero pretium accipere voluisses, tibi attulissemus
Pretiosissima eorum, quae cara tibi sunt, et grata.
Ennadr tibi proximus erat eorum, quorum delicta puniisti,
Maximeque dignus, qui dimitteretur, si dimissio fieret.

Tum prophetam dixisse ferunt: „quodsi haec audivissem ante qum illum occideram, eum non occidissem." Carmen huius feminae vero generosissimum eorum, quae a feminis iniuria adflictis edita sunt, esse dicitur, sanctissimumque, modestissimum, et mitissimum.

Haec mihi narravit Achmed ben el dschaad, qui dixit: narravit ea nobis Abdalla ben mohammed ben ishâk utrarius, qui dixit: nobis ea narravit El walid ben moslim, qui dixit: nobis ea narravit Awsâïta, qui dixit: narravit mihi Jachja ben abi kothajjir quae ab Mohammed ben ibrahîm Teimita acceperat, qui dixit: mihi haec narravit Urwa ben essobair, qui dixit: interrogavi Abdallam ben amr: „dic mihi, quid atrocissimum sit eorum, quae polytheistae inflixerunt legato Dei!" Respondit: „quum legatus Dei in propatulo Kaabae esset, eo accessit Okba ben abi moait, vestemque suam collo legati Dei circumiecit, faucemque fortiter illi praestrinxit. Adgressus vero Abu bekr, humero illum prehendit, eumque ab legato Dei depulit, dixitque:" num homi-

nem ideo occidetis, quia dixit: „dominus meus est Deus!" El walîd ben okba vero frater erat Othmâni ben affân, quod ad matrem adtinet. Utriusque enim mater fuit Arwa bint korais, cuius mater fuit Omm hakîm el beidâ [*i. e. candida*], filia Abd el mottalibi ben hâschem ben abd menâf. El beidâ vero Abdallam, patrem legati Dei, habuit fratrem geminum. Arwa quam Okba ben abi moait post mortem Affâni duxerat, 17.
peperit illi El walîdum, Châledum, Omâram, et Omm kulthum; qui igitur fratres Othmâni, quod ad matrem adtinet, fuerunt omnes. Othmân, quum chalifa esset, El walîdum ben okba praefecit El kûfae. Sed vinum bibebat, precesque hominibus praeibat ebrius, verbaque ad preces adiiciebat. Quae quum testibus plana facta essent Othmâno, flagellis eum caedi iussit quantum lege statutum erat. De quo plura suo loco exponentur infra.

Abu katîfa amr ben el walîd praenomen habuit Abul walîd; nam Abu katîfa cognomen est, quod ei indiderunt. Mater eius erat filia Errabîi ben dsil chimâr, qui ex tribu Assad ben chosaima erat. Carmen illud Abu katîfa, quum Ebn essobair eum cum Omajjidis ex El medîna expulisset, cum aliis similibus panxit, desiderio illius civitatis flagrans. Cuius rei causam mihi narravit Achmed ben mohammed ben schebîb ben abi scheiba granarius, qui dixit: haec nobis narravit Achmed ben el hârith sericarius, qui ab El madâïnensi ea acceperat; porroque nonnulla eorum mihi tradidit Achmed ben mohammed ben el dschaad, qui dixit: nobis haec narravit Achmed ben soheir ben harb, qui dixit: mihi ea narravit pater, qui dixit: mihi ea narravit Wahb ben dscherîr, qui ex patre ea compererat, qui in libro eo, qui liber Asârikorum inscribitur, de his rebus exposuit; atque nonnulla ex libro quodam exscripsimus, qui ab El haitham ben adi compositus esse fertur; verba vero, quae ponuntur, ea sunt, quibus El madâïnensis in hac narratione utebatur, quoad perpetua est; ubi vero abrupta ponitur et varia, a quibusnam hominibus varia haec tradita sint, significabo. Dixit El haitham ben adi: nobis haec tradidit Ebn ajjâsch qui ab Mudschâlido ea acceperat: cui ab Schaabita, atque Ebn abil dschahm, et Mohammed ben el montaschir, tradita fuerant: El hossain, filius Alii, quorum utrique salus impertiatur, quum in El irâkam perrexisset, Ebn essobair ad id, quod propositum habebat, peragendum se accinxit. Vestem Maâfericam sibi induit, ventremque suum spithama demetiens: „venter meus, inquit, spithama tantum est; quid vero comprehendere potest spithama?" Vitia, quibus Omajjidae indulgebant, publice accusare, hominibusque, ut contra illos exsurgerent, persuadere coepit. Impunitatem ei concessit Jesîd per annum unum. Quo elapso, homines decem Syros Jesîd ad eum misit, quibus Ennoomân ben beschîr praeerat; quos decem homines adpellarunt Syri Arrakb

[i. e. *turmiolam.*] Erant autem illi Abdalla ben idâh Ascharita, Rauch ben sinbâa Dschodsamita, Saad ben amra Hamdânita, Mâlik ben hobaira Salûlita, Abu kebscha Saksakita, Siml ben amr Udsrita, Abdalla ben masûd, vel ut alii dicunt: ben masada, Fesârita, eiusque frater, Abdarrachmân, Scharîk ben abdalla Kinânita, atque Abdalla ben âmir, Hamdânita; quibus praefectum adiunxit Ennoomânum ben beschîr. Qui quum ad Essobairum pervenissent, Ennoomân saepe in propatulo Kaabae solus cum illo con-
18. versatus est. Quam ob causam Abdalla ben idâh aliquando Ebn essobairo: „o Ebn essobair, inquit, nihil illi Anssâritae chalifa mandavit, nisi quod et nobis mandatum est. Praefectum tantum illum nobis constituerunt, quanquam nescio, quid inter Mohâdscheros et Anssâritas intersit." Cui Ebn essobair: „quid mihi tecum negotii est? Ego instar columbae sum, quae ex columbis Mekkanis est. Ecquid audes columbarum Mekkanarum aliquam interficere?" Respondit ille: „imo certe, audeo! quaenam enim columbis Mekkanis debetur reverentia? Adfer mihi, o puer, arcum meum et sagittas!" Quae quum puer adtulisset, Abdalla ben idâh mediae arcus parti sagittam imposuit, eamque in unam columbarum templi dirigens: „heus columba, inquit, num vinum bibit Jesîd ben moâwija? Dic: ita est! Quod si dices, per Deum, certe te feriam. O columba, num Jesîdo ben moâwija magistratum abrogare, ab gente Mohammedis deficere, tamenque apud sacrarium commorari vis, quoad cuiusvis arbitrio permittaris? Quod si facies, per Deum, certe te feriam!" Tum illi Ebn essobair: „vae, num loquitur avis!" Cui ille: „minime vero! sed tu, o Ebn essobair, loqui potes. Iuro per Deum, aut Jesîdo te sacramentum dicturum esse, vel voluntarium, vel coactum, aut vexilla Ascharitarum te spectaturum esse, in hac ipsa valle comparentia. Quod si fit, quanta tu huic loco tribuis iura, tanta ei non tribuam." Tum Ebn essobair: „num profanabitur?" Respondit ille: „profanat eum is, qui in eo falsa docet." Legatos illos Ebn essobair per mensem unum retinuit in carcere inclusos; deinde ad Jesîdum ben moâwija eos remisit, sed eorum, quae ille ipsi proposuerat, accepit nihil. Addit Achmed ben el dschaad: poeta quidam, qui Abul abbâs caecus adpellabatur, cuiusque nomen Essâïb ben furrûch erat, res illas, atque Ebn essobairum ventrem spithama demensum esse, significavit his versiculis:

Non desiit recitare suram terminorum,
Quoad cor meum molle factum est sicut sericum;
Si spithama tantum venter tuus fuisset, satiatus esses,
Atque reliquisses bona multa pauperibus.

Dixit El haitham: deinde Ebn essobair convenit Safijjam, filiam Abu obaidi, uxorem Abdallae ben omar, eique dixit, seditionem se movere, ut Deum, celebrandum veneran-

dumque, eiusque legatum, et Mohâdscheros Anssâriosque ulcisceretur, quum Moâwija, eiusque filius et propinqui, praedam sibi arrogassent solis. Porro Ebn essobair ab ea petiit, ut marito persuaderet, ut ipsi sacramentum diceret. Itaque illa, quum marito coenam adposuisset, de iis, quae Ebn essobair moliebatur, eiusque studio, loqui coepit, laudibusque eum extulit, dixitque: „non excitat homines, nisi ad verecundiam Dei, celebrandi, venerandique“ multaque de his rebus fecit verba. Maritus vero ei: „vidistine mulas illas, quibus vectus Moâwija ad Kaabam perrexit, candidas? Nihil petit Ebn essobair, nisi illas.“

El madâïnensis narrationi suae addit haec: Ebn essobair in eo consilio perstitit, ut Jesîdum potestate expelleret, maiorque hominum pars hoc ei adsensit. Itaque ad Ebn essobairum, quum in templo esset, Abdalla ben muti atque Abdalla ben handala, hominesque Medînenses, perrexerunt, in suggestum ascenderunt, Jesîdumque potestate exutum esse proclamarunt. Tum Abdalla ben abi amr ben hafs ben el mogîra, Machsûmita: „Jesîdum exuo 19.
quemadmodum exuo tiaram hanc meam!“ proiecitque eam, capiti detractam; addiditque haec: „haec sane proclamo, quanquam ille mihi bene fecit, donaque mihi dedit egregia; sed tamen Deo inimicus est, atque ebriosus.“ Dixit alius: „exuo Jesîdum quemadmodum exuo hunc calceum meum!“ Alius: „exuo Jesîdum quemadmodum exuo hanc vestem meam!“ Alius: „exuo Jesîdum quemadmodum exuo hanc caligam meam!“ Itaque, magna mox tiararum, calceorum, caligarumque, copia ibi proiecta, se ab Jesîdo descivisse palam professi sunt, capto consilio certo. Sed repugnarunt Abdalla ben amr atque Mohammed ben ali ben abi tâlib; unde praesertim inter Mohammedem hunc et amicos Ebn essobairi altercatio exstitit acris. Quem quum ad assensum vi adigere vellent, Mekkam se recepit; quae res ex causis inimicitiae fuit, quae Mohammedi cum Ebn essobairo intercessit. Dixit El madâïnensis: tum Medînenses consilium ceperunt, ut Omajjidas civitate expellerent, eosque coegerunt, ut iurarent, se militibus Jesîdi nihil auxilii laturos, sed potius eos ab El medîna se prohibituros, vel saltem, si hoc perficere non possent, se cum militibus illis non redituros esse El medînam. Tum Othmân ben mohammed ben abi sofjân Medinensibus; „per Deum vos obtestor, ut sanguini vestro consulatis, atque pietati! Nam agmina Jesîdi vobis supervenient, vosque proculcabunt, tumque aliquid excusationis saltem habebitis, si me, principem vestrum, non expuleritis. Si vero superiores disceditis, me, qui ad illum usque diem inter vos remanserat, quam facillime corripere, civitateque expellere poteritis. Neque hoc vobis propono, nisi ut vobis prospiciam, sanguinique vestro parcatur.“ Sed illi, maledictis in eum, Jesîdumque, coniectis: „te expellemus primum, postque te ceteros!“ Merwân adiit Abdallam

ben omar, eique: „o Abu abdarrachmân, inquit, illi homines nobis intendunt quae vides; recipe ad te familias nostras!“ Ille vero: „nihil mihi vobiscum, neque cum illis, est commercii.“ Tum ab eo discedens Merwân: „hunc hominem dedecore adficiat Deus, quod ad eius res, atque ad eius religionem adtinet!“ Deinde adiit Alium ben hossain, eumque rogavit, ut familiam suam, impedimentaque reciperet. Quod Ali ei concessit; qui mox Merwâni familiam atque uxorem, Omm abân, filiam Othmâni, Ettâïfam misit, eique comites adiunxit filios suos, Abdallam et Omarum. Erat vero El medînae homo quidam, cui Horaitho saltatori fuit nomen, libertus gentis Behs ben solaim; qui, quum quidam El medinae praefectus pedem unum ei abscidisset, quasi saltans incedebat, propterea que saltator adpellatus est. Qui homo quum impedimenta Merwâni, apud quae Omm âssim, filia Assimi ben omar ben el chattâb aderat, retinere vellet, haec femina fusti ita eum percussit, ut non multum abesset, quin cervicem ei frangeret; quo facto,
20. tergum vertit, abiitque; illi vero perrexerunt Ettâïfam. Itaque Omajjidas urbe expulerunt, truseruntque inde eos praesertim Soleimân ben abil dschahm, Adita, atque Horaith saltator. Merwân quum iis, quos secum habebat, precationem praeire vellet, hoc prohibuerunt, clamaruntque: „precationem populo posthac non praeibit unquam! quodsi domesticis suis eam praeire vult, faciat!“ Igitur domesticis precationem praeivit Merwân, deindeque abiit. Qui quum in Abdarrachmânum ben ashar, Sohritam, incidisset, hic ei: „confuge ad me, inquit, o Abu abdalmelik! tum nihil ingrati tibi accidet, quoad Sohritarum supererit aliquis.“ Cui Merwân: „praestetur tibi benevolentia! gens nostra in discrimen incidit, igiturque te iis iam adiungere nolo.“ Ebn omar vero, posteaquam illi eiecti sunt, poenitens eorum, quae Merwano responderat: „si ullo modo aliquid auxilii his hominibus adferre possem, inquit, sane hoc facerem; nam iniuria iis infertur, atque violentia.“ Tum eius filius: „si ad homines illos verba faceres!“ Ille vero: „mi filiole, non vitabit haec gens id, in quo iam versatur; sub oculo Dei ipsa est, qui, si eius fortunam mutare vult, eam mutabit.“ Addit narrator: Omajjidae ad Dsu choschob se receperunt, aderantque inter eos Othmân ben mohammed ben abi sofjân atque El walîd ben otba ben abi sofjân; persecuti eos sunt aliquamdiu servi, pueri, et faex populi, tela in eos proiicientes; quo peracto, Horaith saltator eiusque socii El medinam reversi sunt. Omajjidae Dsu choschobae commorati dies decem, Habibum ben kerh ad Jesîdum ben moâwija miserunt, ut nuntium ad eum perferret, litterisque ad Jesîdum datis, auxilium ab eo petierunt. Simul ut vero Medinenses hominem illos ad Jesîdum misisse compererunt, Mohammed ben amr ben hasm, homoque quidam, qui ex gente Solaim ben behs erat, atque Horaith, qui saltator adpellabatur, cum equitibus quinquaginta Dsu

choschobam profecti, Omajjidas inde expulerunt. Horaith Merwânum ita trusit, ut haud multum abesset, quin de camela decideret, igiturque tardius eam sequutus, in eam inclamaret: „abito, salvaque esto!“ Qui quum ad Essoweidâam pervenissent, libertus quidam Merwâni iis obviam ivit, atque: „devovear pro te! inquit; descende, quietem cape, et prande; prandium enim paratum est copiosum, iamque coctum.“ Cui Merwân: „non mihi permittunt hoc saltator eiusque socii. Fortasse vero Deus eum nobis tradet olim; quod si fit, manum ei praecidemus.“ Merwân quum bona sua, quae Dsu choschobae erant, inspiceret: „bona non sunt, inquit, nisi quae continentur cophinis.“ Omajjidae igitur ultra profecti, Hakîli vel in Wâdil kura consederunt. Quae in illorum facta El achwas dixit haec:

Noli plangere Hasmitam ullum, quem vides
Adflictum, etiamsi Hasmita ille in flamman incidit!
Hi enim extruserunt Merwânum Dsu choschoba,
Atque obtruncarunt Othmânum in domo sua.

Dicit El madâïnensis: Habîb ben kerh ad Jesîdum intravit, quum pedem propter dolorem, quo cruciabatur, in pelvem imposuisset, litterasque Omajjidarum ei reddidit, 21.
et quae gesta erant exposuit. Tum Jesîd: „nonne Omajjidae, eorumque liberti, erant homines mille?“ Cui ille: „quin tria millia hominum.“ Jesîd vero: „atque tamen, inquit, illi ne per unam quidem horam contra hostes pugnare potuerunt?“ Respondit Habîb: „tantam multitudinem oppidani in eos immiserunt, ut ei resistere plane non possent.“ Jesîd statim milites evocavit, iisque Sachrum ben abil dschahm, Kainitam, praefecit; qui quum ante quam exercitus iter ingressus erat, mortem obiisset, chalifa Moslimum ben okba exercitui praefecit, qui homo El mosrif [*i. e. prodigus, prodigus sanguinis*] adpellatus est. Addidit idem narrator: dixit Moslim Jesîdo: „El medînam neminem mittes, quin rem male gessurus sit, neque eos superabit quisquam, nisi ego. Nam per somnium vidi dumum, qui clamabat: „per manus Moslimi!“ Quam ad vocem quum propius accederem, loquentem quendam audivi, qui dicebat: „iam exigetur ultio ab vobis, o Medînenses, interfectores Othmâni!“ Itaque Moslim eo profectus est, gestaque sunt per eum apud El harram quae tunc ibi evenerunt; de quibus non hoc loco exponendum est.

Dixit Abu katifa in has res, quum ex El medina exiissent, haec:

Cantilena

quae ex cantilenis centum non est, cuique aptati sunt modi duo.

Ploravit Ochod, quum eius incolae vasa conclamarent,
Quantoque magis homo amore percitus, illius gentis amicus!
Iam Abu bekri causa ex sedibus suis emigravit
Omajjidarum gens, fortunaque sanequam versabilis est.

Metrum carminis ex genere longo est, idque est residuum primi. Cantum composuit Sâïb châthir, estque ille ex levi gravis primi cum medio; quod Hammâd ab patre acceptum refert. Addit, ad hoc carmen ab Medînensibus modum alium aptatum esse, cuius auctor quis sit, ignoretur. Dicit El haitham in narratione sua: Abul abbâs caecus in res illas dixit haec:

Consedit in aedibus El balâti quidam esuriens,
Atque in aedibus Abil âssi, Temimitae, locusta;
Neque homines vidi illi genti similes abeunti,
Neque nobis similes, ab illa gente decedentes.

Porro Abu katîfa dixit haec:

Cantilena

quae ex cantilenis centum non est, cuique aptati sunt modi tres.

Ploravit Ochod, quum eius incolae vasa conclamarent,
Et mons Sala atque Dâr el mâl illo vespere dirupti sunt.
22. In Syria iam fratres mei, domusque gentis meae, commorantur,
Quapropter eos prospectare nunc incepit anima mea.

Metrum carminis ex genere longo est, cantumque ad id aptavit Dachmân, cuius modus est gravis primus cum missione chordae in curriculo annularis, ut perhibet Ishâk. Mabed vero huic carmini gravem primum cum digito medio aptavit, ut perhibet Habasch. Atque Ishâk ad hoc carmen modum alium aptatum esse fert, levem gravis primi cum digito minimo in curriculo annularis, cuius auctor ignoratur.

Porro Abu katîfa dixit haec:

Cantilena

quae ex centum selectis non est.

Utinam scirem, idemne sit El balât, qui fuit tempore meo,
Oratoriumque illud, quod prope castella El akîki situm est!
Me vero vituperavit propter amorem tui, o Omm jachja,
Quum qui odium prodit, tum qui amicus est.

Metrum ex genere levi est. Cantum Mabed, vel, ut alii ferunt, Dachmân composuit; modus est gravis primus cum indice in curriculo digiti medii. Auctorem modi Ishâk ignorari perhibet.

Narravit mihi haec Achmed ben obcidalla ben ammâr, dixitque: narravit mihi haec Mohammed ben jûnis ben el walîd, qui dixit: Ebn essobair Abu katîfam cum Omajjidis ceteris ex El medîna in Syriam expulerat. Qua in terra quum per aliquod tempus commoratus esset, dixit haec:

Utinam scirem, sitne mutata post abitum meum
Kobâa, perieritne El akîk, eiusque accola!
Evanueritne vallis illa, in qua est sepulcrum Mohammedis,
Ad quod gentes Koraischitarum confluunt splendidae.
His enim dico summum meum amorem, amicitiam purissimam,
Studii mei partem exquisitissimam, ceteris hominibus reliquam.

Porro idem dixit haec:

Cantilena

quae ex cantilenis centum non est.

Utinam scirem, sed quantum a me distat: utinam!
Sintne antiquo statu loci Jalban et Barâm,
Sitne, qualis meo tempore fuit, El akîk, an eum mutarint
Post meum discessum vicissitudines fortunae, atque dies!
Pro gente mea nunc accepi Akkitas et Lachmitas, 23.
Dschodsâmitasque; sed quam alieni a me sunt Dschodsâmitae!
Atque accepi pro habitationibus gentis meae,
Et pro castellis, in quibus conclavia camerata sunt,
Quodvis castellum excelsum, impositum substructionibus,

In cuius fastigiis gemunt columbae.
Dic salutem meo nomine, si gentem meam adis,
Nam raram iam illi a me accipiunt salutationem.

Metrum carminis ex genere levi est. Cantum ad id aptavit Mabed, cuius modus est gravis primus cum digito minimo in curriculo annularis. Ialban et Barâm sunt loci. Vocabulum آطَامُ pluralis vocabuli أُطُمُ est, significatque castella et arces. El asmaï vocabulum آطَامُ aedes, quibus tecta plana sunt, significare dicit. Ebn ammâr ذِى أَوَاشِ cum littera Schîn punctis notata legendum esse perhibet, quasi poeta significare voluerit, castella illa fuisse مُوَشَّيَّةٌ sive picta. Sed Ishâk vocabulum أَوَاسِ cum littera Sîn punctis non notata legit, eiusque singularem أُسِىٌّ esse dicit, quod originem significat. Addit idem: sic aliquis فِى أُسِيِّهِ i. e. in origine sua esse dicitur. Atque vocabula أُسِىٌّ et أَسَاسٌ [fundamentum] idem significant. Vocabulo ذُرَى summa cuiusvis rei pars significatur; est vero pluralis a singulari ذُرْوَةٌ ductus. Legitur in illis versiculis etiam sic:

Perferto salutem, si gentem meam adis.

Etiam Essobair ben bekkâr illos versiculos ab Abu katîfa compositos esse tradit. Addit vero iis hos:

Transigo noctem totam laborans moestitia
Gemituque, paeneque non obdormio,
Ad gentem meam tendens, ab cuius mansione
Absum, quam ne somnia quidem adtingunt,
Metuensque, ne eos vexet iniuria temporis
Atque bellum, inter quod canescit iuvenis;
Nam eo devenit res, ut hoc tempus
Ab nobis prorsus recedat, seque avertat.

Redit narratio ad persequenda ea, quae Ebn ammâr tradiderat, narravitque nobis inde ab hoc loco eadem El hossain ben jachja, qui ab Hammâdo ea acceperat, cui a patre tradita fuerant, qui ex Hisâmita, qui est Ibrâhîm ben el mondsir, ea comperat, cui haec tradiderat Mutarrif ben abdalla Hodsalita. Quorum uterque dixit: Ebn essobair, quum carmen illud Abu katîfae ad eum perlatum esset: „per Deum, inquit, desiderio laborat Abu katîfa. Salus ei impertiatur, et misericordia Dei! Qui-

eunque in eum incidit, certiorem eum faciat, ipsum tutum esse. Igitur huc revertatur!« Quo comperto, Abu katîfa instituit reditum El medînam; sed eo non pervenit, sed in itinere mortuus est.

Dixit Ebn ammâr: narravit mihi El madâïnensis, feminam Medînensem nu- 24.
psisse homini Syro, qui invitam eam in terram suam eduxit. Quae femina, quum hominem quendam, carmen illud Abu katîfae recitantem, audiret, singultu edito, in faciem procidit mortua. Ita hoc ab Ebn ammâro in narratione sua traditur.

Haec vero mihi tradidit El hossain ben jachja, qui dixit: dixit Hammâd: legi praeeunte patre quod ab Ajjûb ben abâja traditum erat; qui dixit: dixit ille: haec mihi narravit Saîd ben âïscha, libertus gentis El mottalib ben abd menâf, qui dixit: feminam, ex gente Sohritarum ortam, quae cum quadam tribu iter ingressa erat, homo Syrus, Abd schemssita, conspexit. Cui eum illa placuisset, de eius ortu percontatus est; quo exposito, ab eius propinquis eam in matrimonium petiit. Quam quum ei locassent invitam, in Syriam eam eduxit. Femina quum discederet, hominem quendam audivit, qui recitabat haec:

Cantilena
quae ex cantilenis centum non est.

O utinam seirem, sintne mutata post meum discessum
Latera oratorii, an sint, quales tempore meo fuerunt, Karâïnae!
Sintne aedes, quae El balâtum circumdant, frequentatae
Gentilibus meis, supersintne in El medîna incolae!
Quoties ad El hidschâsam versus nubes fulgura emittit,
Toties desiderium in me excitat eius fulgur ad austrum tendens.

Metrum versiculorum ex genere longo est, cantumque ad eos aptasse dicitur Mabed. Pergit narrator sic: tum femina illa, quae sodalibus circumdata erat, alte suspirium petiit, conciditque mortua. Dixit Abu ajjûb: quum haec Abd el asîso ben abi thâbit claudo narrarem, mihi: „nostine eam?“ inquit. Respondi: „non novi.“ Tum ille: „per Deum, inquit, illa fuit amita mea, Hamîda, filia Omari ben abdarrachmân ben auf.“

Haec nobis narravit Mohammed ben el abbâs Jesîdita, qui dixit: nobis ea narravit Rijâschita, qui dixit: tradidit mihi hoc Ebn âïscha, qui dixit: Omajjidas quum Ebn essobair ex El hidschâsa expulisset, Aimun ben chosaim Assadita dixit haec:

Videbantur Omajjidae die illo, quo abierunt,
Orbataque est eorum mansionibus Sirâra,
Vertices montium esse, qui induti sunt
Decore suo, quosque innundarunt imbres.

Haec mihi tradidit El hassan ben ali ocrearius, qui dixit: narravit nobis haec Mohammed ben saad Kirânita, qui dixit: narravit ea nobis Omarita, cui ab Dabbita tradita fuerant; qui dixit: Abu katîfa amr ben el walid ben okba ad patrem, qui ab Othmâno El kûfae praefectus erat, scripsit haec:

25. Quisnam nuntiabit meo nomine principi, me laborare
Insomnia, quanquam nullo morbo adfectum, nisi desiderio?
Nisi opem mihi feres, metuam ne aut culpam contrahas, aut ipse videar
In illa domo castigatus propter puellas caeruleas.

Domum Othmâni significare vult, in qua verberibus castigabantur rei. Itaque pater puellam El kûfae ei emit, eamque ad eum misit.

Haec mihi tradidit Abdalla ben mohammed Rajjensis, qui dixit: narravit nobis El chassâs [*sericarius*] quae ab El madâïnensi acceperat; qui dixit: Abu katîfa erat poeta Koraischita, fuitque ex iis, quos Ebn essobair cum Omajjidis in Syriam expulit. Quam in rem dixit haec:

Non eduxit nos aliqua adpetentia ex terra nostra!
Sed, quod Deus constituit, id efficitur.
Desiderio feror ad facies illas, amore percitus,
Velut si captivus essem, catenis constrictus.

Flagrabat enim desiderio El medînae. Aliquando vero Abbâd ben sijâd Abd el mâlikum convenit, eique dixit, se ex avunculo comperisse, utramque Irâkam [i. e. *Basram et El kûfam*] iam expugnatam esse. Tum Abd el mâlik Abu katîfae, quoniam desiderio El medînae eum teneri sciebat: „audisne, inquit, quod Abbâd refert, ab avunculo acceptum? iam tibi patet El medîna.“ Cui respondit Abu katîfa:

Vereor maxime omnium qui incedunt pedibus,
Ne in periculum vitae me inducat avunculus Abbâdi.
Jam nobis dixit: „urbes illae duae expugnatae sunt!“
Sed superest dies alius, cuius diritas comparitura est.

Addit narrator: Ebn essobair quum redeundi potestatem Abu katifae fecisset, reditum instituit; sed in itinere mortuus est.

Quod vero ad historiam illius castelli, de quo supra mentionem fecimus, eiusque venditionem, quae Moâwijae facta est, adtinet, haec mihi tradidit El hossain ben jachja, qui ab Hammâdo ea acceperat, cui a patre tradita fuerant. Qui dixit: perhibet Mossab ben othmân ben orwa ben essobair, Saîdo ben el âss, quum hora suprema ei venisset, in castello illo commoranti, ipsius filium, Amrum, dixisse: „si in El medinam descenderes!“ Ille vero: „mi filiole, gentiles mei non recusabunt, quin per unam diei horam me humeris portent. Simul ac mortem obiero, certiores eos fac. Me sepulto vero, Moâwijam adi, eique me defunctum esse nuntia. Aes alienum, in quo sum, explora, scitoque, Moâwijam propositurum esse, se hoc aes alienum dissoluturum esse. Hoc vero ita accipere noli, sed castellum meum hoc ei offer, quod animi recreandi tantum causa comparavi, praedium quaestuosum vero non est.“ Defuncto Saîdo, Amr homines certiores fecit; qui illum ab castello suo ad El bakî, quo loco sepultus est, portarunt, adcubantibus iam iumentis Amri ben Saîd. Itaque statim ut apud sepulcrum homines Amrum solati sunt, eique valedixerunt, ipse primus mortem patris nuntiavit Moâwijae. Qui, posteaquam dolorem suum testatus est, clementiamque Dei Saîdo adpre- 26.
catus est: „num, inquit, aes alienum reliquit?“ Respondit Amr: „sane, trecenta millia.“ Tum Moâwija: „haec suscipio.“ Amr vero: „hoc te facturum esse, auguratus est. Sed me iussit hoc recusare, tibique aliquam patrimonii sui partem offerre, ut eam emas, eiusque pretio aes ipsius alienum dissolvi possit.“ Itaque Moâwija: „offer eam, inquit, mihi.“ Atque Amr: „castellum eius, quod in El arssa situm est.“ Moâwija vero: „iam id accipio pro aere illius alieno dissolvendo.“ Tum Amr: „tibi ceditur ea conditione, ut nummos El medînam mittas, eosque solvas pondus plenum habentes.“ Moâwija: „faciam“ inquit. Nummis El medînam missis, Amr eos inter creditores patris distribuit, quorum plerisque ex stipulatione tantum haec pecunia debebatur. Iuvenis vero quidam Koraischita ad Amrum syngrapham adtulit, qua iuvenem illum viginti millia dirhemorum sibi credidisse ipse Saîd testabatur, quidamque eius servus. Quo servo advocato, syngrapham legere eum iussit Amr. Itaque eam legit, dixitque, lacrymis prorumpentibus: „sane, ita est; hoc est Saîdi chirographum, testimoniumque a me adpositum.“ Amr vero: „quomodo fieri potuit, ut ille huic iuveni, qui ex pauperioribus Koraischitarum est, viginti millia dirhemorum deberet?“ Tum ille: „hanc rem tibi exponam. Saîdo, posteaquam magistratus ei abrogatus erat, deambulanti iuvenis ille occurrit, eumque usque ad eius domum comitatus est. Tum Saîd subsistens, illi: „num quid petis?“

inquit. Ille vero: „nihil peto, sed, quum solum te incedere viderem, tutelae tuae me committere volui.“ Tum mihi Saîd: „paginam, inquit, adfer!“ Quum igitur illam paginam ei adtulissem, se illi iuveni illam pecuniae summam debere scripsit, eique dixit: „quum hoc temporis momento nihil a me consequi possis, hanc paginam sume, meque, simul ut aliquid accepero, conveni!“ Tum Amr: „certe, per Deum, inquit, huic iuveni pecunia illa non numerabitur, nisi nummis plenum pondus habentibus. Dato ipsi eos!“ Itaque iuveni viginti millia dirhemorum plenum pondus habentium dedit.

Haec mihi tradidit Achmed hen abd el asîs gemmarius, qui dixit: narravit ea nobis Omar ben schabba, qui dixit: narravit nobis haec Essalt ben masûd, qui dixit: narravit ea nobis Sofjân ben ojaina, qui dixit: narravit nobis haec Abu hârûn El madâïnensis, qui dixit: Saîd ben el âs, si quis pecuniam petens eum adibat, ipsi vero erat nulla, dicere solebat: „nihil iam habeo; sed syngrapham tibi scribam.“ Qua exarata, dicebat suis: „num putatis me, quod hanc pecuniam pretio aequat, ab hoc homine accepisse? Minime hoc quidem; sed me convenit aliquid petiturus. Unde factum est, ut rubor, qui in eius facie erat, suffunderetur meae, neque repulsam ille ferret, vellem.“ Aliquando libertus quidam Koraischitarum cum filio ancillae adolescente ad Saîdum accessit, atque: „pater huius iuvenis, inquit, periit, iamque uxorem ei committere volumus.“ Saîd: „nihil habeo; sed mutuum sume me sponsore!“ Mortuo Saido ben el âs, vir ille Amrum ben el âs convenit, eique dixit: „ad patrem tuum cum filio cujusdam hominis accessi“ ceteraque exposuit. Cui Amr: „quantum sumsisti mutuum?“ Ille vero: „decem millia.“ Tum Amr, ad homines progressus: „quis unquam vidit, inquit, hoc
27. homine modestiorem? Saîd ei dicebat: „sume quantum vis me sponsore!“ Sed non sumsit, nisi decem millia. Quodsi centum millia sumsisset, ea pro eo soluturus essem.“

Haec mihi tradidit patruus meus, qui dixit: nobis haec narravit Kirânita, qui dixit: narravit mihi haec Omarita, cui ab Ebn el kelbi tradita fuerant. Qui dixit: Abu katîfa, qui perinde ut ipsius avunculus, Châled ben el walîd ben okba, matrem habuit Arwam, filiam Abu akîli ben masûd ben amr ben muattib, dixit haec:

Ego, filius Abu moaiti, si ortum meum expono,
Ad nobilissimam stirpem referor, clarissimamque gentem;
Nam radix mea pertinet ad matronas Kussajjidarum
Ac Machsûmitarum, igiturque non sum plebeius.
Arwa, quae ab Kuraiso orta est, me adtingit,
Atque Arwa el chair, filia Abu akîli.

Tribusque utraque, quum quae ab hoc, tum quae ab illo orta,
Per vitam patris tui! nobilitate floret antiqua.
Iam enumera feminas illis similes, o Abu dsobâb,
Ut intelligant, quid dicas, homines prudentia praediti!
Essarkâam non habui matrem, cuius me pudeat,
Neque cum Asârikis coniunctus sum vinculo ullo.

Addit narrator: nomine Abu dsobâbi hoc loco adpellat Abd el mâlikum, cuius ex aviis Essarkâa fuit, ab Kinditis orta, de qua illi exprobrabant.

Haec nobis tradidit El hassan ben ali, qui dixit: mihi ea tradidit Mohammed ben sakarijja, qui dixit: narravit ea mihi Kanab ben el muchris, qui dixit: mihi ea narravit El madâïnensis, qui dixit: Abu katîfa quum Abd el mâlikum convicia sibi facere comperisset, dixit haec:

Certior factus sum, illum veteratoris filium probra in me iacere;
Quisnam vero hominum est innocens atque integer?
Quinam vos iam? Quinam vos iam? dicite nobis, quinam sitis!
Sunt enim res, quae pateant, suntque aliae, quae lateant.

Quibus ad Abd el mâlikum perlatis, dixit; „non putabam nos ignorari; per Deum, nisi eius dignitatem respicerem, ad ea, quae bene novit, eum relegarem, eiusque cutem flagellis discinderem!“

Haec mihi tradidit Achmed ben dschafer dschachda, qui dixit: narravit ea nobis Hammâd ben ishâk, cui a patre tradita fuerant, qui ab Otbita ea acceperat. Qui dixit: Abu katîfa quum uxorem repudiasset, duxit eam homo quidam Irâkensis. Cui quum matrimonio iuncta, traditaque esset, Abu katîfa huius facti poenitens, dixit haec:

Pro moerorem! quem mihi adfert discessus Omm amrae,
Abitusque eius mariti in El irâkam!
Iam nullus mihi patet ad eam visitandam aditus, 28
Neque, quoad reviviscent mortui, cum ea congrediar.
Fortasse vero Deus eam ad nos reducet,
Aut defuncto marito, aut repudio facto;
Tum iterum fiam felix, oculusque meus frigebit,
Restitueturque coniunctio nostra post discidium.

Haec mihi tradiderunt patruus meus et Mohammed ben dschaframîn, qui dixerunt: nobis haec narravit El hassan ben alîl Anasita, qui dixit: narravit haec nobis Mohammed ben ali ben abi hassân, cui ab Hischâm ben mohammed tradita fuerant, qui ex Châled ben saîd ea compererat; cui a patre tradita fuerant, qui dixit: Moâwija Saîdum ben othmân Chorâssânae praefecerat. Cui quum aliquanto post magistratus abrogatus esset, El medînam se contulit, secum eo adducens pecuniam et arma, servosque Sogdianos triginta, quos domum sibi aedificare iussit. Qua in domo quum aliquando adsedisset, atque Ebn saichân, et Ebn sanba, et Châled ben okba, atque Abu katîfa apud eum adessent, servi illi, coniuratione facta, illum obtruncarunt. Tum Abu katîfa, illum deplorans, dixit haec, quae alii ab Châledo ben okba pancta esse dicunt:

Mi ocule, effunde lacrimas tuas tanquam imbrem,
Atque defle Saidum ben othmân ben affân!
Visus est Ebn sanba non sincero amore adfectus esse,
Aufugitque ab illo Ebn artât ben saichân.

Adnotationes

ad caput secundum.

Pag. 11. lin. 1. Abu katîfae mentionem in Hamâssa pag. 656. facit Tebrîsensis, ubi versiculus أَلْقَصْرُ فَٱلنَّخْلُ ab eo laudatur, quem apud nos pag. 7. et 9. exscriptum lectores invenient, et de ortu et significatione nominis جَيْرُونُ disputatur, quod fortasse ab جَرَنَ laevis fuit, politus fuit, ductum esse dicit Tebrîsensis. Abu katîfa est لَقَبٌ cognomen, quod quam ob rem huic poetae inditum sit, Ispahânensis pag. 17. non explicat; vocabulum قَطِيفَةٌ pallium fimbriatum vel villosum significare videtur. Praenomen كُنْيَةٌ huius poetae erat Abul walîd, pag. 17. Caput libri cantilenarum hoc, quod de Abu katîfa exponit, Quatremèrius in ephemerid. oriental. Parisiensib. novis, 1835. decembr. pag. 497-525. gallice reddidit, versiculis nonnullis suppressis. Lin. 2. pro أَبَانٌ ab Tantâwio أَبَانُ ponitur. Lin. 4. أَلْهَيْثَمُ بْنُ عَدِيٍّ fuit homo rerum Arabum antiquarum peritissimus, رَاوِيَةٌ recitator et أَخْبَارِيٌّ historicus, qui libros multos conscripsit, diemque supremum obiit ao. H. 207. vel 209. Ebn challikân de eo dicit nro. 790. librique illius, ab eo compositi, qui أَلْمَثَالِبُ vituperia inscribitur, mentionem facit. Lin. 6. دَغْفَلٌ est دَغْفَلُ بْنُ حَنْظَلَةَ ٱلسَّدُوسِيُّ ٱلنَّسَّابَةُ Dagfal ben handala Sadûssita genealogus, qui stirpes et stemmata Arabum prae ceteris exploraverat, homo Mohammedi aequalis, de quo nonnulla memoriae tradiderunt Ebn kotaiba, Eichhorn monum. antiquiss. histor. Arab. pag. 44. et Tebrîsensis in Hamâssa pag. 124. et Meidânensis in proverbiis cap. 18. nro. 267. cap. 20. nro. 98. cap. 25. nro. 96. Lin. 7. Nomen Abd el mottalib عَبْدُ ٱلْمُطَّلِبِ ab aliis perperam Abd el motallib عَبْدُ ٱلْمُطَلِّبِ scribitur. In Kâmûsso pag. 119. de hoc homine sic exponitur: وَعَبْدُ ٱلْمُطَّلِبِ بْنُ هَاشِمٍ أَسْمُهُ عَامِرٌ i. e. „quod ad Abd el mottalibum ben hâschim adtinet, verum eius nomen fuit Amir." Ebn kotaiba hunc hominem cognomen Abd el mottalibi ideo accepisse fert, quia, quum aliquando cum patruo, El mottalibo ben abd menâf, Mekkam intraret, illumque sequeretur, homines dixerant: هَذَا عَبْدُ ٱلْمُطَّلِبِ i. e. „hic homo

est servus El mottalibi" Eichhorn monum. antiquiss. hist. Arab. pag. 84. Lin. 9. vocabulum قَصِرًا perperam ab typothetis pro قَصِيرًا positum est, quod in utroque codice exstat. Lin. 16. nomen ٱلْيَأْسُ in Kâmûsso pag. 814. scriptum esse videtur, ubi exstant haec: وَالياسُ بنُ مُضَرَ بنِ نِزَارٍ أَوّلُ مَنْ أَصَابَهُ اليَأْسُ مُحَرَّكَةً أَيِ ٱلسِّلُّ i. e. „atque El jâs ben modar ben nisâr primus eorum fuit, quos invasit ٱلْيَأْسُ cum tertia radicali mota sive phthisis." Atque in Kâmûsso pag. 1159. nomen illius hominis ٱلْيَأْسُ scriptum est. Tantâwius vero pro ٱلْيَأْسُ nomine إِلْيَاسُ ponendum esse censet. Lin. 16. Chindifa خِنْدِف in Kâmûsso pag. 1159. hoc cognomen ideo accepisse dicitur, quia aliquando marito, cui ٱلْيَأْسُ nomen erat, dixit: مَا زِلْتُ أُخَنْدِفُ فِي إِثْرِكُمْ i. e. „non desii properanter instare vestigiis vestris." Quod paulo aliter expositum ab Tebrîsensi traditur in Hamâssa pag. 194. Lin. 19. pro يَشْجُبُ in utroque codice et in Eichhornii histor. antiquissim. Arab. pag. 62. يَشْحُبُ scriptum est; sed in Kamûsso pag. 104. atque apud Ebn challikânum ed. Wüstenfeld fascic. 5. pag. 14. يَشْجُبُ positum est. Lin. 19. نَبتٌ in utroque codice exstat; sed apud Eichhornium loc. laud. p. 62. نَابِتٌ scriptum est, quod Tantâwius rectius esse existimat.

Pag. 12. lin. 1. Ebn schihâb Sohrita ٱبْنُ شِهَابٍ ٱلزُّهْرِيّ esse videtur homo ille iuris atque historiarum peritus, qui ao. H. 124. diem supremum obiit, atque ab Ebn challikâno nro. 574. أَبُو بَكْرٍ مُحَمَّدُ بْنُ مُسْلِمِ بْنِ عُبَيْدِ ٱللّٰهِ بْنِ عَبْدِ ٱللّٰهِ بْنِ شِهَابِ بْنِ عَبْدِ ٱللّٰهِ بْنِ الحَرِثِ بْنِ زُهْرَةَ ٱلْقُرَشِيُّ ٱلزُّهْرِيّ adpellatur. Cuius gentilitium ٱلزُّهْرِيّ scribendum esse, Ebn challikân his verbis edicit: وَٱلزُّهْرِيّ بِضَمِّ ٱلزَّايِ هَذِهِ ٱلنِّسْبَةُ إِلَى زُهْرَةَ بْنِ كِلَابِ بْنِ مُرَّةَ وَهِيَ قَبِيلَةٌ كَبِيرَةٌ مِنْ قُرَيْشٍ وَمِنْهَا آمِنَةُ أُمُّ رَسُولِ ٱللّٰهِ ص وَخَلْقٌ كَثِيرٌ مِنَ ٱلصَّحَابَةِ وغَيْرِهِمْ i. e. „Quod ad Essohri cum Sâa dammata scriptum adtinct, gentilitium est, ductum ab Sohra ben kilâb ben morra, quae est tribus quaedam magna Koraischitarum, ex qua fuerunt Amina, mater legati Dei, multique sociorum Mohammedis, hominesque alii." Usjûtensis gentilitium ٱلزُّهْرِيّ ab زُهْرَةُ بْنُ كِلَابٍ atque ab زُهْرَةُ بْنُ بُدَيْلٍ duci tradit, Veth liber Assojutii de nominibus relativis pag. 128. 129. Itaque in scriptura nostra arabica pro ٱلزَّهْرِيّ scribendum est ٱلزُّهْرِيّ pag. 12. lin. 1. Lin. 9. Pro أَنَّ إِبْرَاهِيمَ

بْن آزَرَ pone أَنَّ إِبْرَاهِيمَ ٱبْنُ آزَرَ i. e. „Ibrahìmum fuisse filium Asari.“ Vocabulum ٱبْنُ est praedicatum, in nominativo ponendum, et quidem id praedicatum, quod ab Arabibus خَبَرُ أَنَّ i. e. praedicatum ex أَنَّ pendens, vocatur, Sacy Alfiyya, versic. ar. 175-177. et pag. 37. Lin. 12. Verba بَيْنَ أَهْلِهَا ab Quatremèrio loc. laud. pag. 500. reddita sunt: entre ses enfants; incolas terrae significari, pronomen هَا demonstrat. Lin. 12. Nomen عَابَرُ in Kàmûsso pag. 594. positum est; Tantâwius عَابِرُ scribendum esse censet. Lin. 14. Pro يَرْدَ ab Quatremèrio loc. laud. positum est: Bord. Sed nomen huius viri يَرْدُ esse, ex Kâmûsso pag. 434. et Genes. 5. v. 15. 18. 19. cognoscitur. Lin. 20. Liber genealogiae كِتَابُ ٱلنَّسَبِ is fortasse est, qui etiam كِتَابُ جَمْهَرَةِ ٱلنَّسَبِ i. e. liber genealogiae universalis, inscriptus fuisse dicitur, vide pag. 195. Lin. 21. Verba عَنْ غَيْرِهِ in codice Parisiensi exstant, ab Petropolitano vero absunt. Lin. 22. Anâbissos, filios Omajjae ben abd schems, Ebn kotaiba enumerat, Eichhorn loc. laud. pag. 86. atque Kâmûs pag. 780.

Pag. 13. lin. 2. Pronomen vocabuli أُسْمُهُ fortasse ad Abul Alâum pertinet, qui praenomine tantum significatus est; vocabulum حَرَمِيّ ex veris virorum nominibus est, Kâm. pag. 1597. Lin. 3. Verbum قَالَ in utroque codice exstat; fortasse vero dualis قَالاَ ponendus est, quum in iis, 'quae praecedunt, de narratoribus duobus dictum sit. Lin. 3. Essobair ben bekkâr, qui iudiciis Mekkanis praeerat, ao. H. 256. diem supremum obiit; Ebn challikân nro. 239. Lin. 6. Verba: مَعَ أَخِيهِمْ حَرْبِ بْنِ أُمَيَّةَ بِعُكَاظَ proelium Okâdense illud significant, quod in secundo bellorum sceleris حُرُوبُ الْفِجَارِ editum est. In parte libri cantilenarum extrema locus exstat, qui inscriptus est: فِي حُرُوبِ الْفِجَارِ وَحَرْبِ عُكَاظَ i. e. „de bellis sceleris, belloque Okâdensi.“ Quo loco in cod. Hammerian. praeter alia traduntur haec: وَأَمَّا الْفِجَارُ ٱلثَّانِي فَإِنَّهُ كَانَ أَعْظَمَهَا لِأَنَّهُمْ ٱسْتَحَلُّوا فِيهِ الْحَرَمَ وَكَانَتْ أَيَّامُهُ يَوْمَ نَخْلَةَ وَهُوَ ٱلَّذِي لَمْ يَشْهَدْهُ رَسُولُ ٱللَّهِ ص مِنْهَا وَشَهِدَ سَائِرَهَا وَكَانَ ٱلرُّؤَسَآءُ فِيهِ حَرْبُ بْنُ أُمَيَّةَ فِي ٱلْقَلْبِ وَعَبْدُ ٱللَّهِ بْنُ جُدْعَانَ وَهِشَامُ بْنُ ٱلْمُغِيرَةِ فِي الْجَنَبَتَيْنِ ثُمَّ يَوْمَ شَمْطَةَ ثُمَّ يَوْمَ ٱلْعَبْلَآءِ ثُمَّ يَوْمَ عُكَاظَ ثُمَّ يَوْمَ الْحُرَيْرَةِ i. e. „Quod ad bellum sceleris secundum adtinet, horum bellorum fuit atrocissimum,

quoniam in eo sacrarium violarunt. Proelia singula, quae in eo commiserunt, sunt haec: proelium ad Nachlam, cui legatus Dei non interfuit, quanquam in ceteris adfuit, duces vero interfuerunt Harb ben Omajja, mediae aciei praefectus, atque Abdalla ben dschodân et Hischâm ben el mogîra, in alis constituti; deinde proelium ad Schamtam; porro proelium ad El ablâam, proclium apud Okâdam, et proelium ad El horairam.“ Quae proelia etiam in proverbiis Meidânensis, ab Freytagio editis, tom. 3. part. 1. pag. 555. enumerantur. Nomina proeliorum ab Rasmussenio in historia praecipuorum Arabum regnorum pag. 77. 78. maximam partem non recte scripta sunt sic: dies Bagilah [lege: Nachla], dies Schamta, dies Aila [lege: Abla], dies Jathreb, dies Gezira [lege: El horaira]. Pro يَوْمُ الحُرَيْرَة in cod. Petrop. يَوْمُ الحَرَّة positum est; sed apud Meidânensem loc. cit. pag. 557. in versiculo, qui ibi laudatur, يَوْمُ الحُرَيْرَة legitur, atque in Kâmûsso pag. 498. traditur, El horairam esse locum قُرْبَ نَخْلَة prope Nachlam. Lin. 7. Verba عَقَلُوا أَنْفُسَهُمْ constrinxerunt semet ipsos significare videntur: adligarunt pedes suos ad palos, vel aliud quid, ita ut fugam capessere non possent. Tabaristânensis tradit milites quum Persas, tum Graecos, saepe vinctos, vel catenatos, vel catenis inter se colligatos, pugnasse, ne loco cederent; qui milites ab eo ٱلْمُسَلْسَلُونَ catenati et ٱلْمُقْتَرِنُونَ colligati vocantur, Tabar. annal. vol. 2. pag. 12. 94. 104. Lin. 8. Poeta عَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ فَضَالَةَ fuit filius poetae, cui nomen فَضَالَةُ بْنُ شَرِيكٍ vel فَضَالَةُ بْنُ شَرِيكٍ erat, de quo Ispahânensis in parte libri cantilenarum tertia exponit. Lin. 9. Metrum huius versiculi est ex genere El wâfir. Pro ٱلْفِرْسِ ponendum est ٱلْفَرَسِ equi. Lin. 10. Nomen ٱلْعَزِيمِ ab typothetis pro ٱلْعَزِيزِ positum est. Lin. 11. Omar ben schabba أَبُو زَيْدٍ عُمَرُ بْنُ شَبَّةَ ٱلنُّمَيْرِيُّ ٱلْبَصْرِيُّ fuit historicus, qui chronicon Basrense conscripsit, decessitque ao. H. 263. in urbe Sarramanraa, Ebn challik nro. 502. Schabba cognomen patris erat, qui vero nomine adpellabatur زَيْدٌ Seid. Verba قَالَ حَدَّثَنَا عُمَرُ بْنُ شَبَّةَ وَحَدَّثَنَا مُحَمَّدُ بْنُ ٱلْعَبَّاسِ ٱلْيَزِيدِيُّ قَالَ حَدَّثَنَا أَحْمَدُ بْنُ الحَرِثِ الخَوَّازُ in codice Petropolitano exstant, ab apographo meo Parisiensi vero absunt. Pro الخَوَّازُ ab Tantâwio الخَزَّازُ sericarius ponitur. Lin. 13. Pro شَرِيكٍ ab Tantâwio شَرِيكٍ scribitur. Haec narratio, quae de tenacitate Ebn essobairi exponit, ab Ispahânensi etiam in eo libri cantilenarum capite tradita est, quod de Fodâla ben scharîk conscripsit,

porroque ab Meidânensi in proverbiorum libro, Meidanii proverb. arabicor. pars, ed. Schultens, Lugd. 1795. pag. 22. Gallice eam retulit Quatremèrius in ephemerid. oriental. Paris. novis, tom. 10. pag. 161. et tom. 16. pag. 503. Pro نَفِدَتْ نَفَقَتِي وَنَقِبَتْ رَاحِلَتِي in apographo meo Parisiensi فقدت نفقتي وَنَقِبَتْ رَاحِلَتِي scripta sunt, in codice Petrop. vero نَفِدَتْ نفقتي وَتَعِبَتْ راحلتي exstant. Lin. 19. De hoc loco ذَاتُ عِرْقٍ Kâmûs pag. 1310. tradit haec: وَذَاتُ عِرْقٍ بِٱلْبَادِيَةِ مِيقَاتُ ٱلْعِرَاقِيِّينَ i. e. „atque Dsât irk, quod in deserto situm, est locus, quo conveniunt Irâkenses [ad sacra Mekkana profecturi]" Lin. 19. Filius Kâhilicae أَبْنُ ٱلْكَاهِلِيَّةِ est Ebn essobair. Gentilitium كَاهِلِيٌّ ab gentibus pluribus duci dicit Usjûtensis; nam كَاهِلٌ familiam ex tribu سَعْدُ هُذَيْمٍ esse perhibet, deinde familiam ex tribu Hodsail, et denique familiam ex tribu أَسَدُ بْنُ خُزَيْمَةَ Assad ben chosaima. Lin. 20. Suspensio vasium et perarum significat iter parari. Lin. 21. Verba أَعْلَمَتْهُ مَنَاسِمُهُنَّ significant: „notis signarunt eum [camelum] ungulae earum [camelarum]" i. e. ictibus pedum illae repulerunt camelum, qui libidine percitus eas petebat. Quatremèrius loc. laud. tom. 16. pag. 504. verba illa sic pronuntiat: أَعْلَمْتَهُ مَنَاسِمُهُنَّ i. e. notas fecerunt illi ungulas suas. In codice Parisiensi alio legi fert: أَعْلَمْتَهُ مَيَاسِمُهُنَّ i. e. nota fecerunt illi stigmata sua, i. e. stigmata quae dorso iumentorum inuruntur, ut facilius recognoscantur. Quibus verbis camelo illi has camelas se subiecisse significatur. Lin. 23. Pro ٱلْفَرْسِ pone ٱلْفَرَسِ equi.

Pag. 14. lin. 1. De Abu chobaibo, cognomine Ebn essobairi, Kâmûs pag. 82. tradit haec: وَالْخُبَيْبَانِ أَبُو خُبَيْبٍ عَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ ٱلزُّبَيْرِ وَٱبْنُهُ أَوْ أَخُوهُ مُصْعَبٌ i. e. „Chobaibi duo sunt Abu chobaib abdalla ben essobair eiusque filius, vel eius frater, Mossab. Lin. 5. De Ebn kais arrukajjât Kâmûs pag. 1886. exponit haec: وَعُبَيْدُ ٱللّٰهِ بْنُ قَيْسٍ ٱلرُّقَيَّاتِ لِعِدَّةِ زَوْجَاتٍ أَوْ جَدَّاتٍ أَوْ حِبَّاتٍ لَهُ أَسْمَاؤُهُنَّ رُقَيَّةُ i. e. „atque Obaidalla ben kais Rukajjarum [sic adpellatus est] propter uxores plures, vel avias, vel amicas, quas habuit, quibus nomen Rukajja fuit." Hic poeta fuit aequalis Ebn essobairo, eiusque causae addictus. Exponit de eo Ispahânensis in prima libri cantilenarum parte, eiusque cognomen ita explicat: وَإِنَّمَا لُقِّبَ عُبَيْدُ ٱللّٰهِ بْنُ قَيْسٍ ٱلرُّقَيَّاتِ لِأَنَّهُ شَبَّبَ بِثَلَاثِ نِسْوَةٍ سُمِّينَ جَمِيعًا رُقَيَّةَ. i. e. „neque cognomen suum accepit Obaidalla ben kais Rukajjarum, nisi quia carminibus celebravit feminas tres, quibus

omnibus nomen fuit Rukajja." Ab Quatremèrio loc. laud. pag. 505. pro Ebn kais perperam scriptum est Abou kais. Lin. 6. Metrum huius versiculi est ex genere Kâmil, spec. 7. Sacy gramm. ar. tom. 2. pag. 634. Freytag Darstellung der arab. Verskunst pag. 215. Lin. 8. Pro نَابِغَةُ بْنُ جَعْدَةَ ponendum esse videtur: نَابِغَةُ بَنِي جَعْدَةَ Nâbiga Dschaaditarum. Fuerunt enim Nâbigae i. e. eloquentes plures, qui ita distinguuntur, ut cuique nomen suae tribus adponatur. Nomen illius Nâbigae, cuius mentio hoc loco fit, erat قَيْسُ بْنُ عَبْدِ ٱللّٰهِ الجَعْدِيُّ Kais ben abdalla Dschaadita, Mohammedi aequalis, Sacy chrest. ar. tom. 2. pag. 411. Kâmûs pag. 1129. In annalibus Abulfedae tom. 1. pag. 304. adpellatur: نَابِغَةُ بَنِي جَعْدٍ Nâbiga Dschaaditarum; confer adnotationes ad eundem tomum pag. 63. Lin. 9. Pro فِي تُقَاهَا *in pietate eorum* in cod. Petrop. فِي نَقَاهَا positum est; singularis نَقًا significat os brachii, et tractum arenarum gibbum; pluralis نُقًا ab singulari نُقَاوَةٌ ductus significat partes rei ab ceteris secretas. Lin. 9. *Consociatio habenae* شِرْكُ ٱلْعِنَانِ consociationem coniunctiorem significat; qua de dictione Kàmûs pag. 781. haec exponit: وَٱلْعِنَانُ فِي ٱلشِّرْكَةِ أَنْ يَكُونَ فِي شَيْءٍ خَاصٍّ دُونَ سَائِرِ أَمْوَالِهِمَا أَوْ هُوَ أَنْ يُعَارِضَ رَجُلًا فِي ٱلشِّرَآءِ فَيَقُولُ أَشْرِكْنِي مَعَكَ وَذَلِكَ قَبْلَ أَنْ يَسْتَوْجِبَ ٱلْعَلَقَ أَوْ هُوَ أَنْ يَكُونَا سَوَآءً فِي ٱلشِّرْكَةِ لِأَنَّ عِنَانَ ٱلدَّابَّةِ طَاقَتَانِ مُتَسَاوِيَتَانِ i. e. „Vocabulum عِنَانٌ ad consociationem traductum significat eam, quae in una tantum re speciali initur, facultatibus ceteris utriusque hominis exceptis; vel aliquem fallere hominem alium in emtione, eique dicere: „adiunge me socium tibi!" ante quam necessariam habeat societatem; vel pares eos esse in coniunctione, quia habena iumenti ex loris duobus constat aequalibus." Lin. 14. Pro فَوَلَدَتْ بَعْدَهُ in cod. Petrop. فَوَلَدَتْ لَهُ scriptum est. Lin. 18. Verba وَلَا تَنْكِحُوا ceteraque in Korâno exstant sur. 4. v. 26. ed. Hinckelmann. Lin. 23. et pag. 15. lin. 1. Verba: بْنِ الجَعْدِ قَالَ حَدَّثَنَا مُحَمَّدُ بْنُ إِسْحَاقَ ٱلْمُسَيَّبِيُّ قَالَ حَدَّثَنَا مُحَمَّدُ بْنُ فُلَيْحٍ عَنْ مُوسَى in codice Parisiensi exstant, ab Petropolitano vero absunt.

Pag. 15. lin. 4. Pro فَقِيلَ أَنَّ ab Tantâvio فَقِيلَ إِنَّ ponitur. Lin. 10. Ennadr ben el hâreth ben kelda ٱلنَّضْرُ بْنُ الحَرْثِ بْنِ كَلْدَةَ homo Arabs erat doctus, in veteribus Persarum Graecorumque scriptis multum volutatus, qui Mohammedis inscientiam deridebat, Korânumque scriptum ineptum esse clamabat; de quo Tebrîsensis in

Hamàssa pag. 437. exponit. Lin. 18. Essafràa ٱلصَّفْرَآءُ est وَادٍ بَيْنَ ٱلْحَرَمَيْنِ vallis quaedam inter urbes sacras [Mekkam et El medinam] sita, Kàmûs pag. 578. Lin. 19. El othail ٱلْأُثَيْلُ est وَادٍ بِنَوَاحِى ٱلْمَدِينَةِ أَوْ هُوَ ذُو أُثَيْلٍ بَيْنَ بَدْرٍ وَٱلصَّفْرَآءِ كَثِيرُ ٱلنَّخْلِ لِآلِ جَعْفَرٍ vallis quaedam in tractu El medinae vicino, vel eadem quae Dsu othail est, inter Badr et Essafràam sita, abundans palmis, quam Dschaaferitae incolunt, Kàm. pag. 1387. Lin. 21. Hi versiculi, praeter sextum et nonum, etiam in Hamàssa pag. 437. 438. exstant. Porro Quatremèrius loc. laud. pag. 508. eos legi perhibet in Sirat arrassûl cod. Paris. 629. fol. 140. 141. et in anthologia Usjûtensis cod. Par. 1568. fol. 235. atque in commentario Usjûtensis in librum El mogni composito cod. Par. 1238. fol. 140. Anthologia Usjûtensis ea est, quae ٱلْمَرْجُ ٱلنَّضِرُ *pratum floridum* inscribitur; quam, quum Lutetiae essem, ex codicibus duobus descripsi. Atque re vera in exempli mei parte quinta cap. tert. ubi de humanitate et generositate dicitur, versiculi illi, ab Kotaila editi, referuntur. Metrum ex genere Kàmil est. Kotaila ab nonnullis filia Ennadri fuisse dicitur. Lin. 22. Pro أَبْلِغْ in Hamàssa et ab Usjûtensi بَلِّغْ positum est. Lin. 23. Pro إِلَيْكَ in Hamàssa إِلَيْهِ et pro بِدَرِّتِهَا ibidem لِمَاتِحِهَا *haurienti eam, elicienti eam,* i. e. Ennadro, scriptum est; apud Usjûtensem: لِمَانِحِهَا *haurienti eam.* Pro تُخْنَقُ *suffocatur* pone تَخْنُقُ *suffocat,* quod etiam in Hamàssa exstat.

Pag. 16. lin. 1. Pro هَلْ يَسْمَعَنَّ in Hamàssa et apud Usjûtensem فَلَيَسْمَعَنَّ *certe audiet* ponitur, quod aptius esse existimo; porro pro لَا ibi legitur أَوْ *vel.* Lin. 2. Vocabula رَحِمٌ cognatio et صِلَةُ ٱلرَّحِمِ coniunctio cognationis, coniunctio sanguinis, ab Quatremèrio loc. laud. pag. 509. explicantur, exemplis copiosis adpositis. Lin. 3. Locos nonnullos, in quibus vocabula رَسَفَ *incessit vinctus* et عَانٍ *constrictus* usurpata sunt, Quatremèrius loc. laud. attulit. Lin. 4. Pro هَا أَنْتَ in cod. Petrop. et Hamàssa, et anthol. Usjût. وَلَأَنْتَ exstat; pro نَسْلُ نَجِيبَةٍ in Hamàssa et anthol. ضِنْءُ نَجِيبَةٍ *proles feminae generosae.* Lin. 7. Pro أَقْرَبُ مَنْ أَخَذْتَ بِزَلَّةٍ in Hamàssa أَقْرَبُ مَنْ أَصَبْتَ وَسِيلَةً *proximus eorum, quos cepisti, cognatione,* exstat; apud Usjûtensem vero: أَقْرَبُ مَنْ قَتَلْتَ قَرَابَةً *proximus eorum, quos occidisti, propinquitate.* Lin. 9. Ab Usjûtensi loc. laud. de Okba ben abi moait et Ennadro ben el hàreth traduntur plura. Narrat praeter alia haec: كَانَ كُلُّ وَاحِدٍ مِنْ أَكَابِرِ قُرَيْشٍ وَجِلَّتِهِمْ

لَهُ نَدِيمٌ لَا يَسْتَبْدِلُ بِهِ وَلَا يُفَرِّقُ بَيْنَهُمَا إِلَّا ٱلْمَوْتُ فَكَانَ عُقْبَةُ بْنُ أَبِي مُعَيْطِ بْنِ ٱلْعَاصِ بْنِ أُمَيَّةَ بْنِ عَبْدِ شَمْسَ نَدِيمًا لِلنَّضْرِ بْنِ ٱلْحَارِثِ بْنِ كَلْدَةَ زَمَانًا حَتَّى جَآءَ ٱلْإِسْلَامُ فَقَعَدَ إِلَى رَسُولِ ٱللّٰهِ ص فَسَمِعَ مِنْهُ وَتَحَدَّثَ إِلَيْهِ فَبَلَغَ ذَلِكَ ٱلنَّضْرَ بْنَ ٱلْحَارِثِ فَقَالَ لَهُ وَجْهِي مِنْ وَجْهِكَ حَرَامٌ إِنْ لَمْ تَأْتِهِ فَتَتْفِلَ فِي وَجْهِهِ فَبَرَّ عَدُوُّ ٱللّٰهِ قَسَمَهُ فَفَعَلَ مَا سَأَلَهُ i. e. „Principum procerumque Koraischitarum quisque compransorem unum habebat, quem nunquam mutabat, unde fiebat, ut nulla re disiungerentur, nisi morte. Okbam ben abi moait ben el âs ben omajja ben abd schems habuit compransorem Ennadr ben el hâreth ben kelda per aliquod tempus quoad institutus est islamismus. Tum Okba apud legatum Dei consedit, aures ei praebuit, et cum eo confabulatus est. Quo comperto, Ennadr ben el hâreth dixit Okbae: „facies mea ab facie tua usque avertetur, nisi illum adis, in faciem eius insputurus.“ Iusiurandum ille Dei hostis conservavit, fecitque igitur Okba quod ille flagitaverat. Deinde Usjûtensis Okbam et Ennadrum saepe de auctoritate Mohammedis studiose detraxisse, in proelio Bedrensi vero captos, atque ad Mohammedem adductos esse perhibet; quibus addit haec: فَغَدَا رَسُولُ ٱللّٰهِ ص إِلَى ٱلصَّلَاةِ فَرَآهُمَا فَقَالَ ٱلنَّضْرُ لِعُقْبَةَ لَقَدْ نَظَرَ إِلَيْكَ ٱبْنُ عَمِّكَ نَظْرَةً وَرَقَّ لَكَ فِيهَا فَقَالَ كَلَّا وَٱللّٰهِ لَقَدْ نَظَرَ إِلَيَّ نَظْرَةً رَأَيْتُ ٱلْمَوْتَ يَبْرُقُ فِي عَارِضَةٍ مِنْهَا وَلَوْ أَنَّ لِي أَلْفَ نَفْسٍ مَا نَجَتْ مِنْهَا وَاحِدَةٌ i. e. „Mane quum legatus Dei ad precationem iret, conspexit illos homines [Okbam et Ennadrum.] Tum Ennadr dixit Okbae: „iam patruelis tuus talem in te obtutum fixit, quo se tui misereri significaret.“ Okba vero: „minime hoc, inquit; quin talem in me fixit obtutum, ut ex quodam eius limbo mortem fulgurare viderem! Quodsi mille animas haberem, ne una quidem ab eo evasura esset.“ Lin. 10 — 13. Hunc locum in translatione latina pag. 230. per negligentiam praetermisi. Sic vero reddendus est: „Dixit mihi Ebn ishâk, narravitque mihi etiam Abu obaida ben mohammed ben ammâr ben jâssir, ab legato Dei, quum in Irk eddabja esset, interfectum esse Okbam ben abi moait. Qui, quum Mohammed eum interfici iussisset: „quisnam recipiet, inquit, filiolos meos, o Mohammed?“ Respondit Mohammed: „ignis!“ Obtruncavit illum vero Assim ben thâbit ben abil aklach, qui ex gente Amr ben auf erat.“ Nomen Irk eddabja significat: salsugo dorcadis, vel: collis dorcadis. Lin. 15. Awsâïta est gentilitium, quod ducitur ab ٱلْأَوْزَاعُ El awsâ, quae gens ex tribu Dsul kalâ ذُو ٱلْكَلَاعِ

fuit; porro ab El awsâ, quae gens ex tribu Hamdân fuit; porro ab ٱلْأَوْزَاعُ El awsâ i. e. *collectiones*, quo nomine vicus quidam prope Damascum situs adpellabatur, Wüstenfeld specimen Ellobâbi, pag. 38. Veth liber Assojutii de nominibus pag. 22. Kâmûs pag. 1103. Lin. 19. Pro خَنَقًا ab Tantâwio خَنْقًا ponitur; Kâmûs vero verbi خَنَقَ nomen actionis خَنِقٌ esse perhibet. Lin. 20. Pro إِنْ يَقُولُ ponendum est أَنْ يَقُولَ *quia dicit*; sumta sunt haec verba ex Korâno sûr. 40. v. 29. Pro رَبِّى vero رَبِّىَ scribi oportet propter articulum subsequentem. Coniunctio أَنْ hoc loco causam rei modo expositae subiungit, quae eius significatio etiam in aliis Korâni locis est: يُخْرِجُونَ ٱلرَّسُولَ وَإِيَّاكُمْ أَنْ تُؤْمِنُوا بِٱللّٰهِ expellunt legatum atque vos quia fidem habetis Deo, sur. 60. v. 1. Lin. 22. Pro حَكْيِمٍ ab Tantâwio حَكِيمٍ ponitur.

Pag. 17. lin. 3. Pro فَزَادَ فِي الصَّلَاةِ in codice Petrop. فَزَادَ بِٱلصَّلَاةِ scripta sunt. Lin. 6. Dsul chimâr is esse videtur, de quo Kâmûs pag. 517. tradit haec: وَذُو الخِمَارِ عَوْفُ بْنُ ٱلرَّبِيعِ بْنِ ذِى ٱلرُّمْحَيْنِ لِأَنَّهُ قَاتَلَ يَوْمَ الجَمَلِ فِي خِمَارِ ٱمْرَأَتِهِ وَطَعَنَ كَثِيرِينَ فَإِذَا سُئِلَ وَاحِدٌ مَنْ طَعَنَكَ قَالَ ذُو الخِمَارِ i. e. „Dsul chimâr [i. e. *velatus rica*] est Auf ben arrabî ben dsirrumchain; pugnavit enim in proelio cameli velatus rica suae uxoris, percussitque multos; quorum si quis interrogabatur: „quisnam percussit te?“ respondebat: „homo velatus rica.“ Lin. 6. Verba هٰذَا ٱلشِّعْرِ *hoc carmen* respiciunt versiculos ٱلْقَصْرُ فَٱلنَّخْلُ in scriptura arabica pag. 9. positos. Lin. 7. Verba مَعَ نَظَائِرَ لَهُ i. e. „cum similibus illi“ significare arbitror: „cum carminibus aliis eiusdem argumenti, illi carmini similibus, desiderium patriae spirantibus“ cuius generis carmina, ab Abu katîfa composita, in scriptura arabica pag. 21. 22. 23. adferuntur. Lin. 10. Wahb ben dscherîr est: وَهْبُ بْنُ جَرِيرِ بْنِ حَازِمٍ ٱلْأَزْدِىُّ أَبُو ٱلْعَبَّاسِ ٱلْبَصْرِىُّ رَوَى عَنْ أَبِيهِ i. e. Wahb ben dscherîr ben hâsim Asdita, Abul abbâs, Basrensis, qui tradidit quae ab patre acceperat, cet. Wüstenfeld classes virorum, pag. 72. ubi pro ٱلْأَزْدِىُّ non recte ٱلْأَوْدِىُّ scriptum est. Mortuus est ille Wahb ao. H. 206. Pater eius fuit: جَرِيرُ بْنُ حَازِمِ بْنِ زَيْدٍ ٱلْأَزْدِىُّ ثُمَّ ٱلْعَتَكِىُّ أَبُو ٱلنَّضْرِ ٱلْبَصْرِىُّ i. e. Dscherîr ben hâsim ben seid Asdita, deinde Atîkita, Abun nadr, Basrensis, qui mortuus est ao. H. 170. Wüstenfeld loc. laud. pag. 43. Gentilitium ٱلْعَتَكِىُّ ducitur ab عَتِيكٌ Atîk, quae erat فَخِذٌ مِنَ ٱلْأَزْدِ gens quaedam Asditarum, Kâmûs pag. 1370. Lin. 11.

Asâriki أَلْأَزَارِقَةُ homines erant, qui ao. H. 68. ex Persia in Mesopotamiam irrumpentes, seditionem contra chalifam Omajjidam moverunt; nomen ab duce suo نَافِعُ بْنُ ٱلْأَزْرَقِ traxerunt. Lin. 14. Schaabita est أَبُو عَمْرٍو عَامِرُ بْنُ شَرَاحِيلَ ٱلْكُوفِيُّ ٱلشَّعْبِيُّ Abu amr àmir ben scharâchîl, Kûfensis, Schaabita, qui diem supremum obiit ao. H. 105. Gentilitium ٱلشَّعْبِيُّ alii ab gente Hamdânica, quae شَعْب adpellabatur, alii ab monte شَعْب in El jemena sito, ductum esse ferunt, Ebn challikân nro. 316. Wüstenfeld class. viror. pag. 12. Sacy antholog. pag. 149. Lin. 15. Hanc narrationem gallice reddiderunt Sacyus in chrest. arab. tom. 2. pag. 455. 456. et Quatremèrius in Ephem. orient. Paris. nov. tom. 9. pag. 330 — 337. atque arabica quoque attulit Sacyus. Lin. 15. De veste Maâferica ٱلْمَعَافِرِيُّ ita exponit Kàmûs pag. 606. وَمَعَافِرُ بَلَدٌ وَأَبُو حَيٍّ مِنْ هَمْدَانَ لَا يَنْصَرِفُ وَإِلَى أَحَدِهِمَا تُنْسَبُ ٱلثِّيَابُ ٱلْمَعَافِرِيَّةُ وَلَا تُضَمُّ ٱلْمِيمُ i. e. „atque Maâfer est regio quaedam, et avus gentis cuiusdam Hamdânitarum, nomen nûnationis expers; ad alterutrum vero illorum referuntur vestes Maâfericae, cuius nominis Mîma non accipit Dammam.“ Quam ob rem Ebn essobair, seditionem moliturus, vestem Maâfericam induit, ignoro. Fortasse erat vestis humilis et vulgaris; nam verbis iis, quae subiunguntur, Ebn essobair significare voluisse videtur, se non luxuriose vivere. Lin. 16. Verborum Ebn essobairi: „venter meus spithama tantum est“ ceterorumque, sensus hic fortasse est: gracilis sum, neque multum cibi devoro; Jesîdus vero, chalifa, heluo est, omni luxuria diffluens. Pro accusativo ٱلشِّبْرَ nominativus ٱلشِّبْرُ ponendus est, interrogatioque illa: „quid comprehendere potest spithama?“ significat: tam gracilis venter non multum cibi capit. In dictione مَا عَسَى Sacyus negationem مَا *non* inesse putavit; nam loc. laud. haec ab eo sic redduntur: *mon ventre est large d'un palme, ou peut-être moins large qu'un palme*; atque ita etiam Quatremèrius: *il a aujourd'hui la largeur d'un palme, et bientôt peut-être il n'aura pas tant d'étendue*; unde ab utroque vocabulum ٱلشِّبْرَ in accusativo positum esse adparet. Sed in dictione مَا عَسَى semper pronomen interrogativum مَا *quid?* inesse, recte mihi adnotavit Fleischerus, his exemplis adpositis: فَمَا عَسَيْتُمْ أَنْ تَكُونُوا وَتَصْنَعُوا فِي دَارِ حَضْرَمَوْتَ quid vero poteritis esse vel perficere in territorio Hadramautensi? i. e. nihil magni ibi perficietis, Taber. annal. vol. 1. pag. 234. quae neque ibi in translatione mea, neque ab Ewaldo in gramm. arab. tom. 2. pag. 109. recte reddita sunt; مَنْ كَانَ طَبَّاخَهُ أَبُو جُعْرَانَ مَا عَسَى يَكُونُ مِنَ ٱلْأَلْوَانِ si quis coquum habet scarabaeum stercorarium, quaenam possunt exspectari fercula? Proverb. Meidân. tom. 2. pag. 727. ubi etiam Freytagius vocabulum مَا esse negationem

putavit; وَمَا عَسَى أَنْ نَبْلُغَ مِنْهُ وَنَحْنُ طُيُورٌ quid vero poterimus proficere contra eum [contra elephantum], quum aves simus? Calila et Dimna, edid. Sacy pag. 10. وَمَا عَسَى أَنْ تَكُونَ ثَلَاثُ ضَرَبَاتٍ بِهَذَا الْجِرَابِ quid vero poterunt esse tres ictus hac pera inflicti? i. e. tales ictus graves esse non possunt, Mille noctes et una, edit. Bulak. tom. 1. pag. 580. Atque ita etiam كَمْ عَسَى ponuntur: فَكَمْ عَسَى ٱلصَّبْرُ أَنْ يَكُونَ quanta vero patientia poterit esse? i. e. non diu durare poterit, Mille noctes et una, ed. Habicht, tom. 2. pag. 338. Itaque sensus negationis vel dubitationis ille, qui verbis مَا عَسَى saepe subest, non aperte per adverbium negans, sed occultius tantum per pronomen interrogans significatur. Lin. 17. Pro سَنَةً *annum* Sacyus in translatione gallica loc. laud. posuit *six mois*. Lin. 18. Verba ٱلْعَشَرَةُ ٱلنَّفَرِ *hi decem homines* pariter ut verba ٱلْأَرْبَعَةُ ٱلْأَبْيَاتِ *quattuor illi versiculi* pag. 51. lin. 20. adnexionem إِضَافَةً efficiunt, in qua nomen antecedens ٱلْمُضَافُ articulo definitum est; qualem verborum constructionem nonnullis grammaticis Arabibus probari Sacyus retulit gramm. arab. tom. 2. par. 572. Fleischerus grammaticis Kûfensibus illum articulum nomini antecedenti praefixum probari, ab Basrensibus vero repudiari, mihi scripsit, adiecitque in grammatica arabica ea, quae *Wesît el-nahw*, Madras 1820. inscripta est, pag. 92. 93. de hac re exponi ita: „Porro nomen antecedens sine articulo ponitur. Kûfenses vero in enuntiationibus talibus, quales ٱلثَّلَاثَةُ ٱلْأَثْوَابِ et ٱلْخَمْسَةُ ٱلدَّرَاهِمِ sunt, articulum praefigunt nomini antecedenti. Quas constructiones improbandas esse, verba Dsurrummae, poetae: ثَلَاثُ ٱلْأَثَافِي وَٱلدِّيَارُ ٱلْبَلَاقِعُ demonstrant. Quod ad verba prophetae بِٱلْأَلْفِ ٱلدِّينَارِ adtinet, quae in traditione sacra leguntur, non adnexionem sed adpositionem بَدَلٌ efficiunt." Unde adparet, exempla articuli huius antecedenti praefixi etiam apud Arabes antiquiores inveniri, Basrenses vero, ut sententiam suam tueantur, exempla illa in adpositionem detorquere. Kûfenses contra adnexionem illam *adnexionem veram* إِضَافَةً حَقِيقِيَّةً esse, unamque illam solam nomini antecedenti articulum praefigere ferunt. Lin. 19. Pro سَعْدُ بْنُ عَمْرَةَ ab Quatremèrio positum est: Saad ben hamzah. Lin. 21. Pro شَرِيْكٌ ab Tantâwio شَرِيكٌ ponitur. Lin. 23. Verba فَكَانَ ٱلنُّعْمَانُ — يَا ٱبْنَ ٱلزُّبَيْرِ in cod. Petrop. omissa sunt.

Pag. 18. lin. 3. De sanctitate columbarum Mekkensium Sacyus in chrest. ar. tom. 2. pag. 454. plura exposuit. Lin. 8. Verba حَتَّى يُسْتَحَلَّ بِكِ a Sacyo loc. laud. sic reddita sunt: *en sorte qu'on doive t'y laisser en paix et impunie?* ab Quatremèrio

vero: *jusqu'à ce que tu sois livrée à l'insulte et à l'outrage?* Quae rectiora esse censeo. Lin. 9. Pro أَوْ لَتَـتَعَرَّفَنَّ quod in utroque codice exstat, ab Sacyo loc. laud. 458. perperam وَلَتَـتَعَرَّفَنَّ scriptum est. Sensus est: nisi Jesido, chalifae, te submittes, eius agmina tibi supervenient. Lin. 11. Pro إِنَّمَا يُحِلُّهُ مَنْ أَلْحَدَ فِيهِ i. e. non profanat eum, nisi qui in eo prava docet, vel seditionem movet, ab Sacyo loc. laud. posita sunt: إِنَّمَا يُحِلُّهُ مَنْ أَلْحَدَّ فِيهِ quae sic reddidit: on en obtiendra la permission de celui qui a un tranchant, c'est-à-dire, de notre épée. Quatremèrius vero: le profanateur de ce lieu est l'homme qui y professe des maximes hérétiques. Lin. 13. Pro vocabulo أَلْأَعْمَى *caecus*, quod in cod. Petrop. atque apud Sacyum positum est, in apographo meo Parisiensi أَلْأَعْشَى *lusciosus* legitur. De hoc poeta, qui imperantibus chalifis Omajjidis vixit, Ispahânensis in parte libri cantilenarum quarta exponit. Lin. 14. Sura terminorum سُورَةُ أَلْأَعْرَاف est caput Korâni septimum, quod de terminis gehennae, poenisque, quibus animae hominum scelestorum in gehenna adficiuntur, exponit. Lin. 15. Hoc versiculo poeta tenacitatem Ebn essobairi perstringit. Metrum est ex genere Bassît. Pro خَبَّءَا ab Tantâwio خُبْزًا *panem* poni videtur; sed non certe legere possum, quae adscripsit. Lin. 16. Abdalla ben omar filius erat Omari, chalifae, Quatremère loc. laud. pag. 337. Lin. 18. Pronomen, quod in vocabulo مَسْأَلَتُهُ inest, ad Abdallam ben omar pertinet. Pro عَشَاءُ ab Tantâwio عَشَآءُ ponitur; utrumque coenam significat. Lin. 20. Pro رَأَيْتَ pone رَأَيْتِ femininum. Lin. 21. Demonstrare vult, homines, quamquam suis tantum commodis studeant, causas tamen speciosas praetexere.

Pag. 19. lin. 3. Pro سَكِيرٌ ab Tantâwio سِكِّيرٌ scribitur. Lin. 12. Pro يُقْدِرُوا pone يَقْدِرُوا in forma prima. Lin. 16. Pro وَقَالُوا لَا in cod. Petrop. perperam وقـالوا لابنه لا scripta sunt. Lin. 17. Pro مَرْوَانُ عَبْدَ ٱللَّهِ in cod. Paris. perperam مروان بن عبد الله posita sunt. Lin. 18. Pro أَلْقَوْمُ pone أَلْقَوْمَ quia hoc vocabulum ex إِنَّ pendet.

Pag. 20. lin. 1. Pro تَخَسَّ in cod. Petrop. تَحِسُّ scriptum est; apud Quatremèrium, Ephemer. orient. nov. tom 9. pag. 390. vero: *sous la surveillance de Soleiman.* Sed verbum نَخَسَ recte positum esse videtur, quod proprie significat: stimulo pungere iumentum, ut celeriter progrediatur, Kâmûs pag. 805. et Freytag Arabum proverbia, tom. 2.

pag. 773. Lin. 4. Pro ٱلزَهْرِيّ pone ٱلزُّهْرِيّ gentilitium ab زُهْرَة بْن كِلَاب ductum; vide pag. 246. Igiturque etiam pro بَنِى زَهْرَة lin 5. بَنِى زُهْرَة substituendum est. Lin. 5. Verbis وَصَلَتْكَ رَحِمٌ obtingat tibi benevolentia! similia sunt haec: وَصَلَتْهُ رَحِمٌ obtingat ei benevolentia, Tabar. annal. vol. 1. pag. 18. Sunt verba, quibus ii utuntur, qui gratias agunt, beneque alicui precantur. Copiosius de iis exposuit Quatremèrius loc. laud. tom. 16. pag. 509. Lin. 8. Pro passivo لَا يُنْزَعُ ab Fleischero intransitivum لَا يَنْزَعُ ponitur; in Kâmûsso intransitivum scribi videtur: نَزَعَ يَنْزِعُ abstinuit ab re. Verba لَا يَنْزَعُ ad homines expulsos pertinere censuit Quatremèrius, egoque hunc sensum in translatione expressi; qui si probatur, passivum يُنْزَعُ aptius poni videtur. Sed intransitivum لَا يَنْزِعُ i. e. non abstinebunt ab consilio inito, ad sensum accommodatum est, si verbum illud ad expulsores trahitur. Ab Tantâwio لَا يَنْزَعُ non mutatum est. Lin. 9. Quod ad Dsu choschobam adtinet, Kâmûs Dsu chaschabam ذُو خَشَب locum in El jemena situm esse perhibet, Choschob خُشُب vero nomen vallis in El jemâma, aliusque prope El medînam sitae. Locum illum, quo Omajjidas abiisse Ispahânensis fert, El medînae vicinum fuisse coniicio. Lin. 11. Pro أَقَامُوا ab Tantâwio أَقَامَ ponitur. Lin. 14. Verba بَنِى سُلَيْمِ بْنِ بَهْز in utroque codice exstant. Sed recte ne posita sint, nescio. Nam pagina antecedente lin. 21. tribus cuiusdam mentio fit, quae بَنُوا بَهْز بْن سُلَيْم adpellabatur, atque Kâmûs pag. 698. بَهْز nomen tribus esse tradit. Lin. 15. Pro أَعْلَى seribe أَعْلِى *abito!* imperativum femininum formae quartae; quod pro أَعْلِى عَنِّى abito ab me! poni adnotavit Fleischerus. Lin. 16. Essoweidâam Kâmûs pag. 377. esse dicit مَوْضِع قُرْبَ ٱلْمَدِينَة locum prope El medînam. Lin. 19. Vocabulum ٱلْعِيَاب ab singulari عَيْبَة ductum est, significatque riscos et cistellas, in quibus vestes resque aliae reponuntur, Kâm. pag. 133. Freytag proverb. Arab. tom. 1. pag. 59. Hamâs. pag. 362. Merwân dicere voluisse videtur: vera bona non sunt, nisi ea, quae bene custodita, cistisque inclusa, adservantur. Lin. 19. Vocabulum حَقِيل clivum significare, atque etiam nomen loci cuiusdam esse perhibet Kâmûs. Lin. 21. Pro infinitivo ضَرًّا ab Fleischero nomen ضُرًّا aptius poni existimatur. Kâmûs nomen quoque ضَرّ pronuntiari tradit.

Pag. 21. lin. 4. De cognomine مُسْرِف *prodigus, profundens sanguinem, sanguinarius*, Kâmûs pag. 1175. exponit ita: وَمُسْرِف لَقَبُ مُسْلِم بْن عُقْبَةَ ٱلْمُرِّيّ صَاحِب

وَقْعَةِ الحَرَّةِ لِأَنَّهُ أَسْرَفَ فِيهَا i. e. „Musrif [*prodigus*] vero est cognomen Moslimi ben okba, quo duce commissum est proelium Harrense; nam in eo fuit prodigus sanguinis.“ Proelium Harrense id est, quo Moslim ben okba Arabes partibus Ebn essobairi faventes profligavit ao. H. 63. quo de proelio Quatremèrius in Ephemer. orient. Paris. nov. tom. 9. pag. 395 — 400. copiosius exposuit. Commissum est apud الحَرَّةُ El harram, quo de loco Kâmûs pag. 497: والحَرَّةُ مَوْضِعٌ بِظَاهِرِ ٱلْمَدِينَةِ تَحْتَ وَاقِمٍ وَبِهَا كَانَتْ وَقْعَةُ الحَرَّةِ أَيَّامَ يَزِيدَ i. e. „El harra [*locus exustus*] est locus extra El medinam sub Wâkim situs, in quo commissum est proelium Harrense imperante Jesîdo.“ Wâkim vero erat أُطُمٌ بِٱلْمَدِينَةِ castellum quoddam El medinae, Kâmûs pag. 1707. Lin. 8. Pro مَوْضِعُهُ pone مَوْضِعَهُ propter لَيْسَ quod antecedit. Lin. 12. Pro أَحَدُ scribendum esse أُحُدُ *Ochod*, adnotavit Tantâwius; Kâmûs pag. 339: أُحُدُ بِضَمَّتَيْنِ جَبَلٌ بِٱلْمَدِينَةِ i. e. Ochod cum Damma gemina est mons prope El medinam. Lin. 13. Verba: Abu bekri causa, significant: propter Ebn essobairum; huius enim praenomen erat Abu bekr, Quatremère loc. laud. pag. 290. unde factum est, ut Jesîd, chalifa, Moslimo diceret: „adi Abu bekrum [i. e. Ebn essobairum] quando bellum inferetur.“ loc. laud. pag. 394. Lin. 14. Verba وَهُوَ بَقِيَّةُ ٱلْأَوَّلِ *hoc vero est residuum primi* Fleischerus coniicit significare: hi duo versiculi sunt id quod superest de carmine antea pleniori vel de prima huius carminis forma, quum versiculi ceteri perierint. Fortasse vero ٱلْأَوَّلُ *carmen primum*, vel ٱلصَّوْتُ ٱلْأَوَّلُ cantilena prima, de quo Ispahânensis hoc loco loquitur, est ٱلْقَصْرُ فَالنَّخْلُ pag. 9. text. ar. Hoc enim eorum carminum, quibus discessum de El medîna deflevit Abu katîfa, Ispahânensis retulit primum. Deinde vero Abu katîfa carmina eiusdem argumenti alia نَظَائِرُ composuit pag. 17. text. ar. Atque iam Ispahânensis pag. 21. text. ar. ad reliqua haec carmina, quae eiusdem argumenti erant, enumeranda accedit, propertereaque dicit, carmen بَكَى أُحُدُ esse بَقِيَّةُ reliquum vel supplementum carmini primo, discessum de El medîna deflenti, sive carmini ٱلْقَصْرُ فَالنَّخْلُ adiectum. Saepissime certe apud Ispahânensem بَقِيَّةُ supplementum quoddam, quod narrationi supra expositae subiungitur, significat. Ita exempli gratia de Ebn harma ٱبْنُ هَرْمَةَ poeta primo copiose exponit fol. 487 — 497. cod. Petrop. Deinde vero, posteaquam poetarum cantorumque aliorum vitas enarravit, fol. 587 — 590. iterum ad Ebn harmam transit, locusque hic secundus inscriptus est: بَقِيَّةُ ٱلْكَلَامِ عَلَى ٱبْنِ هَرْمَةَ i. e. reliquum vel supplementum narrationis de Ebn harma. Atque ad poetam eundem

locus tertius pertinet fol. 675 — 680. qui inscriptus est: بَقِيَّةُ ٱلْكَلَامِ عَلَى ٱبْنِ هَرْمَةَ وَقَدْ تَقَدَّمَ ٱلْكَلَامُ عَلَيْهِ فِي ٱلصَّوْتِ ٱلسَّادِسِ وَٱلثَّلَاثِينَ i. e. supplementum narrationis de Ebn harma, de quo supra expositum est in cantilena tricesima sexta i. e. in iis, quae cantilenarum centum selectarum tricesimae sextae a nobis adiecta sunt. Numeris adpositis enim cantilenae centum selectae distinguuntur pag. 197. atque cantilena ٱلْقَصْرُ فَالنَّخْلُ earum est prima. De Nossaibo نُصَيْبٌ poeta Ispahânensis primo exponit cod. Petrop. fol. 80 — 95. iterumque de eodem fol. 681 — 687. Qui locus secundus inscriptus est: بَقِيَّةُ ٱلْكَلَامِ عَلَى نُصَيْبٍ وَقَدْ تَقَدَّمَ ٱلْكَلَامُ عَلَيْهِ فِي ٱلصَّوْتِ ٱلثَّالِثِ i. e. supplementum narrationis de Nossaibo, de quo supra expositum est in cantilena tertia. Lin. 14. De Sàib châthir diximus pag. 10. Lin. 17. Metrum est Tawîl. Primae syllabae vocabulorum قَدْ حَلَّ efficiunt pedem عُولُنْ pro فَعُولُنْ positum, quae mutatio خَرْمٌ *resectio* vocatur, Sacy gramm. ar. tom. 2. pag. 629. Sensus versiculi primi fortasse hic est: iam aedes Omajjidarum occupavit Ebn essobair, homo avidus et avarus. Lin. 17. El balât Kàmûs pag. 928. esse dicit: مَوْضِعٌ بِٱلْمَدِينَةِ بَيْنَ الْمَسْجِدِ وَٱلسُّوقِ مُبَلَّطٌ i. e. locum quendam El medînae inter templum et forum situm, silice stratum. Quem El medînae locum Abu katifa etiam in carmine ٱلْقَصْرُ فَالنَّخْلُ significasse videtur pag. 9. text. ar. Perperam igitur in adnotatione nostra pag. 224. hoc nomen ad vicum illum in agro Damasceno situm traximus, qui et ipse El balât adpellabatur. Lin. 23. Metrum est Tawîl. Pro أَحَدٌ etiam hic أُحُدٌ ponendum est. De سَلْعٌ *fissura* Kàmûs pag. 1035. exponit ita: وَسَلْعٌ جَبَلٌ بِٱلْمَدِينَةِ وَقَوْلُ الْجَوْهَرِيّ ٱلسَّلْعُ خَطَأٌ لِأَنَّهُ عَلَمٌ i. e. Sala est mons prope El medînam; ٱلسَّلْعُ vero [cum praefixo articulo], quod ab Dschauhario ponitur, est erratum; nam nomen proprium est. Vere dixisse Fîrûsàbàdensem, Kàmûssi auctorem, versiculus hic Abu katîfae, in quo سَلْعٌ positum est, demonstrat. Verba دَارُ ٱلْمَالِ *aerarium* aut montem quendam El medînae, aut aedificium significant. Pro تُصَدَّعُ fortasse aptius تَصَدَّعُ ponitur, futurum formae quintae, cui ex more poetarum propter Tâam personae antecedentem dempta est Tâa formae. Dirumpebantur vero illi montes prae moerore, quum Omajjidae abirent.

Pag. 22. lin. 1. Pro تُطَلَّعُ aptius ponitur تَطَلَّعُ futurum formae quintae poeticum: *prospicit, respicit*. Lin. 2. Verba بِاطْلَاقِ ٱلْوَتَرِ فِي مَجْرَى ٱلْبِنْصِرِ فِي رِوَايَةِ إِسْحَاقَ وَفِيهِ لِمَعْبَدٍ ثَقِيلٌ أَوَّلُ in cod. Petrop. per incuriam librarii omissa sunt.

Lin. 4. Verba فِى خَفِيفِ in utroque codice exstant; sed مِنْ خَفِيفِ ponendum esse videtur, quod in huius generis locis alias scribitur. Lin. 8. El balât locus ille El medînae est, de quo modo diximus. El akîk est vallis et amnis prope El medînam, cuius mentio frequens fit in carminibus poetarum Medinensium. Verba كَعَهْدِى proprie significant: sicut in memoria mea i. e. qualem eum me videre memini. Qua de dictione Fleischerus adscripsit haec: عَهْدٌ est memoria rei, vel id, quod nos videre vel audire meminimus, unde fit, ut articulus ال ab grammaticis لِلْعَهْدِ ad memoriam poni dicatur; in memoriam enim revocat rem vel personam certam, paulo antea commemoratam. Ita ponuntur عَهْدِى بِهِ كَذَا memoria mea huius hominis est talis, i. e. memini me eum videre sic comparatum. Quo sensu in hoc versiculo Abu katîfa كَعَهْدِى posuit, eodem infra lin. 21. ab eo عَلَى ٱلْعَهْدِ i. e. *in eo statu, cuius memini, permanens*, scriptum est. Verba haec: عَلَى ٱلْعَهْدِ idem valent quod عَلَى ٱلْمَعْهُودِ vel عَلَى الحَالِ ٱلْمَعْهُودَةِ permanens in eo, cuius memini. Lin. 10. Pro بِٱلسَّبَابَةِ pone بِٱلسَّبَّابَةِ cum prima Bâa geminata. Lin. 14. Pro مَقَامُهُ *commoratio eius* Fleischerus rectius مُقَامُهُ scribi existimat. Kâmûs nomen utrumque مَقَامٌ et مُقَامٌ quum *stationem* et *commorationem*, tum *locum* significare perhibet: وَٱلْقَوْمُ وَيُضَمُّ ٱلْإِقَامَةُ كَٱلْمَقَامِ وَٱلْمُقَامِ وَيَكُونَانِ لِلْمَوْضِعِ pag. 1684. Lin. 15. Metrum est Tawîl. Kobâa est locus prope El medînam. Pro قُبَآءً vero قُبَآءَ sine nûnatione scribendum esse, adnotavit Fleischerus; est enim nomen loci formae فُعَالٌ femininum. Atque ita etiam Kâmûs pag. 1932. dicit: وَقُبَاءُ بِٱلضَّمِّ وَيُذَكَّرُ وَيُقْصَرُ مَوْضِعٌ قُرْبَ ٱلْمَدِينَةِ i. e. atque قباء cum Damma scriptum, quod interdum masculinum et curtum ponitur [i. e. pro quo interdum قُبًا ponitur], est locus prope El medînam. Vide etiam geographiam Abulfedae, Lutetiae editam, pag. 81. arab. Lin. 16. Pro بَرَحَتْ ab Tantâwio recte بَرِحْتُ substituitur. Lin. 21. Metrum est species secunda generis Chafîf, Sacy gramm. tom. 2. pag. 641. Tantâwius vero extremae uniuscuiusque versiculi consonanti Dammam indendam esse adnotavit; quod si fit, versiculi ex specie prima sunt. Si igitur ad finem versiculi secundi أَيَّامُ ponitur, pes فَعِلَاتُنْ est, quo in specie prima uti licet. Si أَيَّامْ scribitur, pes فَعِلَا est, qui in specie secunda pro فَاعِلَا poni potest. Barâm بَرَامٌ nomen loci esse, etiam in Kâmûsso traditur.

Pag. 23. lin. 4. Imperativus أَقْرِ metri causa pro أَقْرِى *nuntia!* positus est. Lin. 15. Bella, inter quae canescit iuvenis, acerbissima sunt, et crudelissima. Quam imaginem etiam Mohammed in Korâno usurpavit, sur. 73. vers. 17. فَكَيْفَ تَتَّقُونَ إِنْ كَفَرْتُمْ يَوْمًا يَجْعَلُ ٱلْوِلْدَانَ شِيبًا i. e. quomodo igitur, si impii estis, cavebitis diem, qui pueros redditurus est canos? Locos permultos scriptorum Arabum, in quibus hac imagine usi sunt, Quatremèrius adtulit in Ephemer. orient. Paris. nov. tom. 16. pag. 515—517. Lin. 17. Pro رَجَعَ الخَبَرُ *redit narratio* ab Tantâwio رَجْعُ الخَبَرِ *reductio narrationis* scribitur. Fortasse in inscriptionibus capitum nomen actionis usitatius est, quam verbum; quemadmodum posita sunt in annal. Tabar. tom. 1. pag. 126. ذِكْرُ خَبَرِ بَنِى تَمِيمٍ expositio historiae Temîmitarum, atque in vita Timuri, ed. Manger tom. 1. pag. 616. زِيَادَةُ إِيضَاحٍ لِهٰذِهِ المِحْنَةِ supplementum descriptionis huius calamitatis. Quo in libro haec nomina actionis interdum in accusativo ponuntur: رَجْعًا إِلَى ذِكْرٍ مِنْ أُمُورِ تِيمُورَ reducendo ad expositionem rerum quarundam Timuri, tom. 1. pag. 424. عَوْدًا إِلَى مَا كُنَّا فِيهِ مِنْ أُمُورِ تِيمُورَ redeundo ad eas, in quibus versabamur, res Timuri. Lin. 18. 19. Pro عَنْ حَمَّادٍ in utroque codice بْنِ حَمَّادٍ scriptum est; sed illud restituendum esse, ex locis aliis scripturae nostrae arabicae adparet; vid. pag. 30. lin. 13. pag. 31. lin. 12. pag. 32. lin. 7. El hossain ben jachja refert quae ab Hammâdo didicerat. Lin. 19. Ibrâhîmum ben el mondsir, Hisâmitam, magistrum habuit El bochârius, qui ao. H. 256. diem supremum obiit, Kâmûs pag. 1598.

Pag. 24. lin. 3. In chrestomathia arabica pag. 57 — 61. exempla plura attuli verborum graviorum, quae hominum dolore vel adfectu alio agitatorum animum ita percusserunt, ut, iis auditis, subito extremum vitae spiritum ederent. Quo loco, quemadmodum apud Ispahânensem scriptum est, etiam haec verba pag. 58. exstant: ثُمَّ شَهَقَتْ شَهْقَةً فَإِذَا هِيَ قَدْ فَارَقَتِ ٱلدُّنْيَا i. e. tum illa singultum edidit, iamque ex hoc mundo discesserat. Desiderio patriae vero homines orientales quoque commoveri gravius, carmina demonstrant plura, quae ab scriptoribus Arabibus Persisque referuntur, desiderium patriae vel prodentia, vel excitantia. Quo ex genere sunt versiculi illi, quibus Maissûna, uxor Moâwijae, chalifae, quae inter Arabes secnitas adoleverat, quanto ipsa, iam Damasci versans, locorum campestrium, aurarumque per tentoriorum tegmina leniter strepentium desiderio teneretur, prodidit, Abulf. ann. tom. 1. pag. 398. Atque quum Dschaafer ben el manssûr, chalifa Abbâssida, Bagdâdae sedem fixisset, eoque ex Damasco poetas, qui illo tempore inclaruerant, secum duxisset, aegre

hi tulerunt domicilium novum, caloribus immodicis infestatum, solum aridum et pulverulentum, penuriam victus, duritiamque vitae. Unde factum est, ut antiquam patriam, Syriam, iucundam et suavem, hortis amoenis florentem, bonisque abundantem, diesque fortunatos, quos olim Damasci sub imperio Omajjidarum transegerant, versiculis flebilibus deplorarent. Ex quibus hi sunt, ab Mutì ben ijàs مُطِيعُ بْنُ إِيَاس compositi, quos in huius poetae vita Ispahânensis retulit:

حَبَّذَا عَيْشُنَا ٱلَّذِى زَالَ عَنَّا   حَبَّذَا ذَاكَ حِينَ لَا حَبَّذَا ذَا
أَيْنَ هَذَا مِنْ ذَاكَ سَقْيًا لِهَذَا   كَ وَلَسْنَا نَقُولُ سَقْيًا لِهَذَا
زَادَ هَذَا ٱلزَّمَانُ عُسْرًا وَشَرًّا   عِنْدَنَا إِذْ أَحَلَّنَا بَغْدَاذَا
بَلْدَةٌ تُمْطِرُ ٱلتُّرَابَ عَلَى ٱلنَّا   سِ كَمَا يُمْطِرُ ٱلسَّمَآءُ ٱلرَّذَاذَا
خَرِبَتْ عَاجِلًا وَأَخْرَبَ ذُو ٱلْعَرْ   شِ بِأَعْمَالِ أَهْلِهَا كَلْوَاذَا

Quam grata fuit vita nostra, quae iam praeteriit!
Quam grata fuit illa, quum non grata sit vita haec!
Quantum distat haec ab illa! Riget Deus illam!
Sed non dicimus: Deus riget vitam hanc!
Multas hoc tempus aerumnas calamitatesque
Nobis attulit, quum nos deduceret Bagdâdam,
Hanc in terram, quae pulverem inspergit hominibus,
Quemadmodum coelum spargit pluviam tenuem.
Desoletur haec cito, desoletque, qui insidet throno,
Propter incolarum facinora Kalwâdsam!

Metrum versiculorum arabicorum est Chafîf. Kalwâdsa erat vicus prope Bagdâdam situs.

Nasr ben achmed, princeps Sâmânida, qui primo Bochârae habitaverat, quum circa annum H. 310. Chorâssânam sibi subiecisset, sedem regiam in urbem Herât transtulit, quae in Chorâssâna erat primaria. Sed familiares eius, ministrique aulici, domicilii novi taedio adfecti, Abul hassano, qui رودكى Rûdegi adpellabatur, poetae claro, quem princeps magni aestimabat, auctores fuerunt, ut, data occasione, versiculis ad rem aptis Bochârae situm amoenum, aeremque salubrem, principi in memoriam revocaret. Itaque Rûdegi, quum aliquando cum principe pranderet, illeque Bochârae mentionem faceret, ex tempore carmen fudit longum, antiquae patriae suavitatem celebrans, ex quo

Dauletschah in poetarum Persarum historia codd. Paris. eo loco, quo de Rûdegio exponit, hos versiculos adfert, suave molleque sonantes:

بوی جوی مولیان آید همی　　یاد یار مهربان آید همی
ای بخارا شاد باش وشاد زی　　میر روزی شادمان آید همی
ریک آمو با درشتیهای او　　زیر پا چون پرنیان آید همی
رود جیحون وشکرفیهای او　　کاش مارا در میان آید همی
میر ماهست وبخارا آسمان　　ماه سوی آسمان آید همی
میر سروست وبخارا بوستان　　سرو سوی بوستان آید همی

Odor amnis Mulijàn olim ad nos spargetur,
Memoriaque amici amantissimi renovabitur;
O Bochâra, laeta esto, laetaque vivito!
Princeps laetabundus ad te revertetur olim.
Tum sabulum Amui cum silicibus suis
Pedi nostro quasi tapete sericum suberit!
Fluvius Dschichûni cum fluctibus suis
Utinam medium corpus nostrum attingeret!
Princeps noster est luna, Bochâra vero est coelum;
Luna autem ad coelum revertetur olim!
Princeps noster est cupressus, Bochâra vero est hortus;
Cupressus autem ad hortum revertetur olim!

Addit Dauletschah: کویند که امیر را چنان این قصیده بخاطر ملایم افتاد که موزه بر پا ناکرده سوارشد وعزیمت بخارا نمود i. e. ferunt hoc carmen animum principis ita permulsisse, ut, ne caligis quidem sibi indutis, statim in equum insiliret, atque ad Bochâram contenderet.

Pag. 24. lin. 4. Pro nomine عَبَايَةَ in cod. Petrop. عَبَادَةَ positum est. Lin. 5. Pro خَرَجَتْ pone خَرَجَتِ propter sequentem Elifam weslatam. Lin. 6. In apographo meo Parisiensi فِي حَيٍّ scriptum est; in cod. Petrop. vero فِي حَقٍّ exstat. Quod etiam Quatremèrius legisse videtur, qui haec verba sic reddit: *pour réclamer une dette,* Ephem. orient. Paris. nov. tom. 16. pag. 517. Lin. 11. De Karâïnis supra dictum est,

pag. 215. Lin. 15. Verba أَبُو أَيُّوب in utroque codice exstant; sed potius قَالَ أَبِي قَالَ أَيُّوبُ legenda esse coniicio, quia lin. 4. قَرَأْتُ عَلَى أَبِي عَنْ أَيُّوبَ posita sunt. Lin. 17. Usjûtensis de gentilitio اَلْيَزِيدِيُّ nil tradit nisi hoc: اَلْيَزِيدِيُّ إِلَى يَزِيدَ جَدِّ i. e. Jesîdita respicit ad Jesîdum, avum quendam; Veth. pag. 284. Lin. 17. Gentilitium اَلرِّيَاشِيُّ ab Rijâscho, homine quodam Dschodsâmita, ductum esse fert Usjûtensis loc. laud. pag. 120. Lin. 18. Kâmûs litterae Mîm, quae in nomine أَيْمُن inest, Dammam adscribi iubet: وَأَيْمُن كَأَذْرُح اَسْمٌ i. e. Aimun, quod iisdem quibus Adsruch instruitur vocalibus. Fleischerus أَيْمَن scribendum esse censet, quum أَيْمُن proprie significet nomen plurale. Sed exstant etiam singularia formae أَفْعُل nonnulla, ut أَصْبُع digitus, أَشُدّ robur. Lin. 19. Sirâr, quod in cod. Petrop. exstat, est مَوْضِعٌ قُرْبَ اَلْمَدِينَةِ locus prope El medînam, Kâm. pag. 576. In apographo meo Parisiensi صِدَار scriptum est, atque etiam صُدَارٌ locum prope El medînam esse dicit Kâmûs loc. laud. Metrum versiculorum est Wâfir. Lin. 21. Gentilitium اَلْكَرَانِيُّ rectene scriptum sit, nescio. Kâmûs كَرَانٌ et كُرَانٌ nomina locorum esse fert, كَرَّانٌ vero nomen vici cuiusdam urbis Ispahân. Usjûtensis gentilitium اَلْكَرَّانِيُّ tantum adfert, ab vico illo Ispahânico ductum.

Pag. 25. lin. 1. Metrum versiculorum est generis Kâmil species tertia, in qua pro مُتْفَا extremo distichi pede etiam مُتَفَا poni potest, Sacy gr. ar. tom. 2. pag. 635. Lin. 7. Metrum est generis Tawîl species secunda. Pro رُغْبَةٌ *adpetentia* ab Tantâwio رَغَبَةٌ *res adpetita* ponitur. Lin. 10. Kâmûs pag. 1311: وَٱلْعِرَاقَانِ ٱلْكُوفَةُ وَٱلْبَصْرَةُ i. e. duae Irâkae sunt El kûfa et El basra. Sunt enim urbes primariae illius terrae. Lin. 13. Metrum est generis Bassît species secunda. Lin. 14. Kâmûs pag. 657: اَلْمِصْرَانِ ٱلْكُوفَةُ وَٱلْبَصْرَةُ i. e. urbes duae [quae prae ceteris urbes duae adpellantur] sunt El kûfa et El basra. Hae enim urbes primis Moslemorum temporibus prae ceteris florebant religionis litterarumque studio; unde factum est, ut etiam grammatici Arabes in duas potissimum partes discederent, Kûfenses et Basrenses. Lin. 16. Castellum hoc est illud, quod بِٱلْعَرْصَةِ in El arssa vel بِٱلْعَرْضَةِ in El arda i. e. prope El medînam situm erat; nam lin. 18. patri aegrotanti filius suadet, ut ex hoc castello in El medînam descendat. Perperam igitur pag. 224. conieci, El arssam apud Damascum sitam fuisse.

Kâmûs pag. 873. de El arssa exponit sic: وَٱلْعَرْصَتَانِ كُبْرَى وَصُغْرَى بِعَقِيقِ ٱلْمَدِينَةِ i. e. Arssae duae, maior et minor, exstant in valle El medînae. Quamobrem apud Ispahânensem hoc loco ٱلْعَرْصَةُ scribendum esse censeo. Quatremèrius loc. laud. pag. 417. et 520. ٱلْعَرْصَةُ ponit, lectoresque ad quendam historiae Mekkanae, ab Takî eddîn el fâsi compositae, locum relegat, quo quid traditum sit ignoro. Lin. 18. Pro حَضْرَتُهُ ab Tantâwio حَضَرَتُهُ ponitur; vid. pag. 217. Lin. 23. Vocabulum ٱلْبَقِيعُ locum fruticosum, fruticetum, significare videtur. Praeterea locos plures prope El medînam hoc nomine adpellari tradit Kâmûs pag. 995. ut بَقِيعُ ٱلْغَرْقَدِ fruticetum rhamni, بَقِيعُ ٱلزُّبَيْرِ fruticetum Essobairi, بَقِيعُ ٱلْخَيْلِ fruticetum equorum, بَقِيعُ ٱلْخَبْخَبَةِ fruticetum dumorum, Kâmûs pag. 73. Sacyus in adnotationibus ad Harîrium pag. 357: ٱلْبَقِيعُ مَقْبَرَةٌ بِٱلْمَدِينَةِ i. e. El bakî est locus sepulcrorum prope El medînam.

Pag. 26. lin. 1. Pro ثَلَاثٌ ab Tantâwio ثَلَاثَ ponitur ita, ut hoc vocabulum ex verbo تَرَكَ pendeat. Lin. 4. De *dirhemo pleno* دِرْهَمٌ وَافٍ haec tradit Kâmûs pag. 1961. ٱلْوَافِي دِرْهَمٌ وَأَرْبَعَةُ دَوَانِيقَ El wâfi [*plenus*] est dirhemus unus et quattuor grana. Takî eddîn el fâsi in historia Mekkana, ut Quatremèrius loc. laud. pag. 520. adnotavit, exponit haec: „El wâfi est nummus argenteus persicus, pondere aequans mithkâlum aureum" atque loco alio: „dirhemi pleni ٱلْوَافِيَةُ iidem sunt qui *baglici* ٱلْبَغْلِيَّةُ adpellantur." Baglicos Makrîsius dirhemos antiquos fuisse perhibet, tempore primorum chalifarum usitatos, octo granorum pondus habentes, quibus forma persica impressa erat; Makrîsii tractat. de legalibus Arabum ponderib. et mensur. ed. Tychsen, pag. 35 — 38. Lin. 9. Pro صَعْلُوكِ cum Damma صُعْلُوكٍ poni oportet. Lin. 11. Pro أَنْ أَصِلَ *ut pervenirem* in cod. Petrop. ان احل scriptum est, quod fortasse أَنْ أَحُلَّ *ut considerem* pronuntiandum est. Verbo حَلَّ quidem accusativus loci subiungitur: حَلَّ ٱلْمَكَانَ consedit illo loco; possitne subiungi etiam جَنَاحٌ *ala, latus, manus,* in accusativo positum, non certe scio. Verba أَنْ أَصِلَ جَنَاحَكَ in translatione pag. 242. sic reddidi: *ut me committerem tutelae tuae*, atque ita etiam Quatremèrius loc. laud. pag. 521. *j'ai voulu me placer sous ton aile.* Sed rectius sic reddenda sunt: *ut me adfigerem lateri tuo,* i. e. ut tecum incederem, te manu tenens, ut te comitarer. Sacyus enim in adnotationibus ad Harîrium pag. 50. de hac dictione sic exponit: فَوَصَلْتُ جَنَاحَهُ أَيْ مَشَيْتُ مَعَهُ وَيَدِي فِي يَدِهِ وَجَنَاحُ ٱلرَّجُلِ يَدُهُ i. e. „adfixi me eius alae, id est: incessi cum illo ita ut manus mea in illius manu posita esset; nam ala viri est eius manus." Lin. 18.

Pro أَخَذْتُّ أَخَذْتُ ceterisque, quae huius generis sunt, ab Tantâwio semper أَخَذْتُ أَخَذْتُّ atque sic cetera scribuntur. Lin. 20. Pro بِٱبْنِ مَوْلَاةٍ *cum filio ancillae* in utroque codice بِٱبْنِ مَوْلَاهُ *cum filio domini sui* scripta sunt; quae fortasse rectiora sunt. Eadem etiam Quatremèrius legit; sed ita ea reddidit loc. laud. pag. 522. *accompagné d'un jeune homme, fils de son affranchi*; qui sensus minus veri similis mihi fit.

Pag. 27. lin. 4. Pro بِنْتُ ab Tantâwio بِنْتَ ponitur; quo recepto, أُمُّهُ وَأُمُّ scribi oportet. Lin. 6. Metrum est Wâfir. Lin. 7. Scripsi فَمَا أَنَا *neque ego*, ut syllaba una brevis, duaeque productae, quas metrum hoc loco fert, efficerentur. Sed Fleischerus more solito فَمَا أَنَا scribenda esse adnotavit; his enim syllabas ◡◡–◡ effici, quas et ipsas metrum hoc loco fert. Addit autem haec: „syllabam pronominis أَنَا extremam scriptores classici semper brevem usurpant. Itaque metri causa neque أَنَا cum Wesla scribendum est, neque hoc pronomen in أَنْـا discerpendum. Sacyus vocabulum أَنْـا quidem posuit gramm. ar. tom. 2. pag. 413. sed improbandum hoc esse, syllabamque huius pronominis extremam usurpari brevem, dixit pag. 507. 617. In libro ***Mochtâr el Sahâh*** de pronomine أَنَا exponitur sic: ٱلْأَلِفُ ٱلْأَخِيرَةُ إِنَّمَا هِيَ لِبَيَانِ ٱلْحَرَكَةِ فِي ٱلْوَقْفِ فَإِنْ تَوَسَّطَتِ ٱلْكَلَامَ سَقَطَتْ إِلَّا فِي لُغَةٍ رَدِيئَةٍ كَقَوْلِهِ ✿ أَنَا سَيْفُ ٱلْعَشِيرَةِ فَٱعْرِفُونِي ✿ i. e. Elifa extrema non adiicitur nisi ut distinctius pronuntietur vocalis [extrema] in pausa; si vero in media oratione adest [illa Elifa], ipsa cadit [i. e. eius ratio non habetur], praeterquam in sermone vitioso, quo usus est auctor huius versiculi: أَنَا سَيْفُ ٱلْعَشِيرَةِ فَٱعْرِفُونِي ego sum gladius huius gentis; itaque noscite me!"

Lin. 10. Cognomen أَبُو ذُبَابٍ vel lin. 12. أَبُو ٱلذُّبَابِ Abu dsobâb, quod Abd el mâliko, chalifae, tributum est, significat: *pater muscarum*, poniturque pro eo etiam أَبُو ٱلذِّبَّانِ Abu dsibbân, quod idem valet. Abulfeda tom. 1. pag. 426. de hoc Abd el mâliki cognomine exponit ita: وَكَانَ شَدِيدَ ٱلْبَخَرِ وَكُنِيَ لِذٰلِكَ بِأَبِي ٱلذِّبَّانِ i. e. laborabat ille foetore oris, propptereaque ei tribuerunt praenomen Abu dsibbân i. e. *pater muscarum*. Lin. 16. Pro نُبِّيتُ أَنْ scribendum esse نُبِّئْتُ أَنَّ adnotavit Fleischerus. Metrum est generis Tawîl species tertia. Primus pes نُبِّـيـ est عُولُنْ illud, quod pro فَعُولُنْ ponitur, Sacy gr. tom. 2. pag. 629. Lin. 18. Perperam a me لَأَحْقَنَّهُ positum est; in utroque codice لَأَحْقُنَنْهُ exstat, quemadmodum etiam in linea sequenti لَنَقْطَعَنْ scriptum

est. Lin. 19. Verba بِمَا يَعْلَمُ *ad ea, quae bene novit,* significare videntur: *ad verbera* eum relegaturus sum. Quatremèrius loc. laud. pag. 523. 524. haec sic reddidit: *je le traiterais comme un homme qu'il connaît bien.* Lin. 23. Metrum est Wâfir.

Pag. 28. lin. 3. Pro تُنَقِّرُ ab Tantâwio تَنَقَّرْ scribitur. Lin. 4. Pro جَفْرَمِين in cod. Petrop. حقرمين scriptum est. Lin. 7. Pro ٱلسُّغْدِ pone ٱلسُّغْدِ cum Sukûno litterae Gain imposito. Lin. 8. Sanba زَنْبَةُ nomen feminae est, Kâmûs, pag. 97. Hamâssa pag. 468. Lin. 10. Metrum est generis Bassît species secunda, Sacy gr. tom. 2. pag. 631. Pro تَهْتَانًا scribendum esse تَهْتَانَا sine nûnatione, monet Fleischerus; nam primus carminis versiculus esse videtur, quum hemistichia in eundem sonum desinant.

Pag. 14. lin. 4. Pro إِقْرَارٌ بِمَا *confessio illius quod* Fleischerus adnotavit ponendum: إِقْرَارٌ لِمَا *confirmatio illius quod,* in quibus praepositio Lâma, quae nomini actionis إِقْرَارٌ subiungitur, ea est, quam لَامٌ لِتَقْوِيَةِ ٱلْعَامِلِ i. e. Lâmam ad corroborandum agentem positam, adpellant.

Denique hoc loco corrigam quae pag. 224. per negligentiam posui falsa. Dixi illo loco metrum versiculorum eorum, qui pag. 10. arab. adferuntur, esse generis Sarî speciem septimam. Est species sexta مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ مَفْعُولَاتْ Sacy gr. tom. 2. pag. 639. igiturque extrema versiculorum verba scribi oportet ٱلْهُونْ ٱلْمَسْنُونْ مَكْنُونْ cum Dschesma; quod recte iam adnotaverat Fleischerus. Eiusdem generis sunt versiculi illi, quos Freytagius in metrica arabica pag. 249. adtulit.

Caput tertium.

Continet vitam Mabedi, musici.

Descriptio Mabedi, nonnullaque eorum, quae de eo narrantur.

29. Fuit ille Mabed, filius Wahbi, vel ut alii ferunt, filius Katani, libertus Ebn katani. Alii eum filium Katari, libertum El âssi ben wâbissa, Machsûmitae, fuisse dicunt; alii vero libertum Moâwijae ben abi sofjân.

Tradidit mihi haec El harami ben abil alâ, qui dixit: nobis haec narravit Essobair ben bekkâr, qui dixit: mihi haec narravit Abdarrachmân ben abdalla, Sohrita; qui dixit: Mabed, citharoedus, erat filius Wahbi, libertus Abdarrachmâni ben katan. El hassan ben jachja vero mihi tradidit, quae ab Hammâdo acceperat, cui a patre tradita fuerant; qui dixit: dixit Ebn el kelbi: Mabed erat filius Katari; Kataridae autem erant liberti Moâwijae ben abi sofjân. Ismâïl ben jûnis vero mihi tradidit haec, dixitque: narravit ea nobis Omar ben schabba, qui dixit: narravit ea nobis Abu gassân, qui dixit: Mabed erat filius Wahbi, libertus Ebn katani, erantque hi homines liberti gentis Wâbissidarum, qui ex Machsûmitis sunt. Pater eius erat niger; ipse vero erat fuscus, procera statura, strabus. Ebn chordâdsaba eum primis Omajjidarum temporibus cantavisse, sed usque ad imperium Abbâssidarum vixisse fert; tum vero eum arthritide adfectum esse ita, ut tremeret, hebesceretque, hominesque eum, si cantaret, irriderent et deluderent. Sed parum certa sunt ea, quae Ebn chordâdsaba tradit, atque in libris suis exponit. Verum est, Mabedum imperante El walîdo ben jesîd vixisse Damasci, et cum chalifa illo versatum esse. Porro nonnulli eum paulo ante mortem arthritide ita adfectum esse dicunt, ut tremeret, eiusque vox evanesceret. Sed usque ad Abbâssidarum imperium eum vixisse, perhibnit nemo praeter Ebn chordâdsabam; neque hic illud dixit vel retulit ab alio traditum, sed attulit hoc coniectura tantum ductus.

Haec mihi tradidit Mohammed ben el abbâs, Jesîdita, qui dixit: nobis haec narravit Omar ben schabba, qui dixit: narravit ea nobis Ajjûb ben omar abu salama, Medînensis, qui dixit: nobis haec narravit Abdalla ben imrân ben abi farwa, qui dixit: haec mihi narravit Kardam, filius Mabedi, citharoedi, liberti Ebn katani, qui dixit: efflavit animam pater meus in castris El walîdi ben jesîd, ubi apud eum aderam. Quum effer-

retur funere, ad Sallâmat el kass, ancillam Jesîdi ben abd el mâlik, oculos converti; homines enim, ab patre meo visum avertentes, in illa tantum obtutum figebant. Prehendebat illa fulcimen feretri, deflebatque patrem meum, his recitatis:

Iam, per vitam meam, transegi noctem 30.
Perinde ut homo adfectus morbo cruciante,
Sociusque moeror mecum pernoctavit,
Propinquior etiam mihi quam consors lecti.
Quotiescunque conspicio stationem
Desertam, profluunt lacrimae meae;
Nam deserta est ab principe,
Quem habebamus, haud socorde;
Ne vitupera nos, si desperamus,
Vel inclinamur in desperationem!

Addit Kardam: Jesîdus patrem meum iusserat cantilenam illam docere Sallâmam; quod quum fecisset, Sallâma illo die his versiculis eum deflevit. El walîdum ben jesîd vero, atque El kamirum, illius fratrem, vestibus exutos, indusiis tantum et palliis amictos, ante feretrum patris incedere vidi, quoad ex domo El walîdi elatum est; hic enim patris mei rebus prospexit, eumque ex domo sua ad locum sepulcri efferendum curavit. Quod vero ad huius cantilenae originem adtinet, carmen composuit El achwas, cantum vero Mabed. Cantus mentionem facit Jûnis, sed genus eius non definit; Hischâmita eum esse perhibet modum gravem secundum cum digito medio. Porro ad illud carmen Habbâba aptavit modum levem gravis, Ebn el mekki vero gravem primum recitatum, atque denique Sallâmat el kass modum alium, qui est ex mensura media gravis primi cum digito medio in ipsius curriculo.

Haec mihi tradidit El hossain ben jachja, qui ab Hammâdo ea acceperat, cui ab ipsius patre narrata fuerant, qui dixit: dixit Abu obaida: libertus quidam Sobairidarum, qui ex familiaribus Dschafari et Mohammedis ben solaimân ben ali erat, retulit haec: Mabed vixit quoad, aetate provectus, vocem paene amisit. Tum homo quidam, qui ex gente Othmânidarum erat, eum ad se invitavit. Apud quem quum Mabed, quanquam insenuerat, cecinisset, homines voluptate non adfecti sunt; quin iuvenes nonnulli, qui aderant, ab Assîd ben abil îs orti, Mabedum deriserunt, ludibrioque eum habuerunt. Quo comperto, cecinit ille haec:

Ignominiam intulistis Koraischitis fugiendo, ferentes
Auxilium Nigritis, qui crassos humeros habent.

Quod ad proelium adtinet, proelium nullum committitis,
Sed iter facitis ab latere turmarum.

Quod carmen est, quo derisi sunt antiquo tempore. Tum iuvenes illi ad Mabedum accurrerunt, manum ei iniecturi. Sed repulit eos ab eo ille Othmânida, atque: „risistis eum, inquit, adeo, ut stomachum ei moveritis, iamque manum ei iniicere vultis; sed, per Deum, hoc nequaquam fiet.“ Dixit Ishâk: hoc mihi narravit Ebn salâm, qui dixit: mihi hoc tradidit homo quidam, qui Mabedum vidit ita senectute confectum, eique dixit: „ad hoc, quod iam cerno, delapsus es?“ Mabed vero, digitum intendens ad guttur: „fuit hoc, inquit; quo sublato, sublata sunt omnia.“ Dixit Ishâk: fuit Mabed ex cantoribus praestantissimis, modorumque compositoribus experientissimis, ingenioque tam eximio praeditus erat, ut citharoedorum princeps exsisteret, cantusque apud Medînenses ma-
31. gister. Didicit hanc artem ab Sâïb châthir, et Naschîto, liberto Abdallae ben dschafar, atque Dschemîla, quae liberta Bahsitarum, gentis cuiusdam Solaimitarum, fuit, sed maritum habuit libertum quendam gentis Hârith ben el chasradsch, proptereaque ipsa dicebatur liberta Anssâriorum. In Mabedum autem poeta quidam dicit haec:

Excelluit Towais, atque Soraidschita post eum;
Sed tela praevolantia non fuerunt nisi Mabedi.

Ebn abi atîk quum aliquando Mekkae fuisset, inde cum eo El medînam venit Ebn soraidsch, ibique, Ebn abi atîko procurante, cantum Mabedi audivit, qui tunc adolescens erat, tempore Moslemi ben okba Medînensis. Ebn soraidschum quum interrogassent, quomodo de Mabedo sentiret, respondit: „si vivet, suae terrae exsistet cantator.“ Modos Mabed tales composuit, quales eorum hominum, qui praecesserant, ei praeripuerat nemo, qualesque eorum, qui post eum vixerunt, non iterum edidit ullus. Quamdiu servus fuit, plerumque mercaturam exercuit, atque interdum dominorum suorum oves pavit; sed tamen Naschîtum, Persam, et Sâïbum châthir, libertum Abdallae ben dschafar, frequentavit, quoad peritia, cantuque egregio, voceque suavi, modorumque compositione inclaruit, atque in hac arte tantum profecit, ut inter suos aequales praestare existimaretur.

Haec mihi tradidit El hossain ben jachja, qui dixit: dixit Hammâd: haec legi praeeunte patre: dixit Dschomachida: narrarunt mihi, dixisse Mabedum: modos aliquot composui, quos canere nequit homo satur, cibo expletus, neque aquarius, qui culeum fert, porroque modos composui tales, quos canere nequit homo recubans, nisi se erigit ita, ut sedeat, neque homo sedens, nisi adsurgit. Dixit Ishâk: narrarunt mihi haec:

Mabed ad Ebn soraidschum, qui eum non noverat, contendit, tantumque cantilenarum, quantum vellet, ex eo audivit. Deinde, quinam esset, ipse Ebn soraidschum edocuit, eique aliquid cecinit, dixitqne: „quomodo haec tibi placent? devovear pro te!“ Respondit ille: „quodsi velles, te invento, alium quaerere supersedere possem.“ Addit narrator: ex hominibus cantus peritis innumerabilibus audivi, cum dicerent: ex iis, qui cecinerunt, nemo fuit cantus peritior, quam Mabed. Addit idem: haec mihi narravit Ajjûb ben abâja, qui dixit: quum aliquando convenissem El hassanum ben moslim abul arâkîb, apud quem Atika, ipsius ancilla, aderat, ille, sermonem orsus, mentionem Mabedi fecit, dixitque: „vidi eum, duabus togis indutum rufis; quando canebat, agitabantur eius nares.“ Tum Atika: „mi domine, inquit, num Mabedo aequalis fuisti?“ Cui ille: „sane fui, per Deum, atque etiam aliis, qui maiores natu erant, quam Mabed.“ Atika vero: „pudet me senectutis tuae tantae.“

Haec mihi tradidit El hossain ben jachja, qui dixit: transscripsi ex libro Ham- 32.
mâdi haec: legi hoc praeeunte patre: haec mihi tradidit Mohammed ben salâm, qui dixit: mihi ea narravit Dscherîr, qui dixit: dixit Mabed: quum aliquando Mekkam venissem, mihi dixerunt homines: „Ebn safwân certaminis praemium proposuit cantoribus.“ Itaque ad illius ianuam contendi, petiique, ut introeundi potestas mihi fieret. Ianitor vero: „vetuit, inquit, me quemquam intromittere, vel ipsi nuntiare.“ Tum ego: „permitte, ut adeo ad ianuam tantum adpropinquem, ut cantilenam cantare possim!“ Atque ianitor: „quod ad hoc adtinet, tibi concessum sit!“ Itaque ad ianuam accessi, ibique aliquid cantavi. Tum illi homines clamarunt: „Mabed ille est!“ ianuamque aperuerunt, praemiumque, quod expositum erat, illo die accepi.

Haec mihi tradidit El hossain, qui dixit: haec ex libro Hammâdi transscripsi: dixit pater meus: narravit Audak, qui est El hassan ben otba, Lahabita, dixisse El walîdum ben jesîd: „iter sacrum suscipere nequeo.“ Cui quum dixissent: „cur hoc?“ respondit: „adventantem me Medînenses excipiunt, cantilenas duas Mabedi canentes, quarum altera:

Castellum, ac palmetum, et El dschammâa, illis interposita,

altera, quam Kotaila canit, modus ille est, quem Mabed ad hoc carmen aptavit:

Die illo, quo nobis ostendit Kotaila
Collum procerum, quod ornant monilia.

Dixit Ishâk: dixerunt quidam homines Mabedo: „quamnam rationem inis, quando cantum componere vis?“ Respondit: „inscendo camelum meum, numerosque

significo virga ad sellam adpulsa, carmenque ad eos recito, quoad cantilena iuste concinnata esse mihi videtur." Tum ille: „sane perquam apertum hoc fit ex cantu tuo!" Porro dixit Mosab Sobairida: dixit Jachja ben essobair ben abbâd ben hamsa ben abdalla ben essobair: haec mihi narravit pater meus, qui dixit: dixit Mabed: quum essem adolescens, servus familiae Katani, liberti Machsûmitarum, fui, perrexique aliquando ad oves pone El harram versantes; Katanidae enim erant mercatores, quorum mercaturam in hac re procurabam. Noctu ad saxum, in El harram proiectum, me recepi, atque apud id recubui. Tum inter somnum vocem quandam audivi, aures meas perstrepentem, quam, quum expergefactus essem, imitatus sum, indeque cantus meus initium duxit.

Haec mihi tradidit El hossain ben jachja, qui dixit: ex libro Hammâdi transscripsi haec: dixit pater meus: retulerunt haec Mohammed Daussita, qui ab patre ea acceperat, atque Mohammed ben jesîd, cui ab Saîdo, Daussita, tradita fuerant, qui ex Arrabîo ea compererat, cui ab Abul haitham narrata fuerant; qui dixit: quum aliquando
33. apud Abdallam ben dschafar ben abi tâlib consedissemus, homo quidam Mâliko dixit: „per Deum te obsecro, utrum tu cantus peritior, an Mabed?" Respondit Mâlik: „per Deum, ne par quidem illi fui unquam. Per Deum, quodsi Mabed nihil cecinisset, nisi haec:

Per eius patris vitam, non dicet uxor mea:
„En, aufugit ab me Mâlik ben abi kaab!"
Dum illi feriunt principem, cuius enses coruscant,
Circa quem cernis viros fortes, thoracibus fuscis indutos.

sane implevisset partes suas." Addit idem: Mâlik, quando ex cantu Mabedi aliquid canebat, nonnulla omittere solebat, dicebatque: „carmen longum Mabed adhibuit, idque dilatavit; propterea id decurtavi." Cantilena illa tota vero haec est:

Cantilena
quae ex cantilenis centum non est.

Per eius patris vitam, non dicet uxor mea:
„En, aufugit ab me Mâlik ben abi kaab!"
Dum illi feriunt principem, cuius enses coruscant,
Circa quem vides viros fortes, thoracibus fuscis indutos;
Qui quando exhauserunt utrem plenum, prociderunt que
Ebrii, quum non cessaverim, iis dicendo: „satis habeo"
Mitto aliquem ad tabernam, emoque vinum,
Neque quid detraho, quum pretium offero, neque id deminuo.

Metrum ex genere Tawîl est. Carmen composuit Mâlik ben abi kaab ben el kain Chasradschita, qui ex Salamitis fuit, ut dicit Ishâk; alii vero Murâditam cum fuisse ferunt. Narratio satis longa ad hoc carmen pertinet; quae exponetur infra. Cantus ille, quem ad versiculos duos primos Mabed aptavit, est gravis primus cum digito medio; quem nonnulli ab Ebn soraidscho compositum esse perhibent. Ad versiculum tertium et quartum vero Mâlik [*ben abis samch*] modum composuit, qui est ex gravi primo cum digito indice in curriculo annularis, ut dicit Ishâk. Nonnulli vero hunc modum ab Mabedo confectum esse tradunt, adiiciuntque Mâlikum modum hunc, ab Mabedo ad illos versiculos aptatum, sumsisse, sonisque aliquot ex eo eiectis, suum cum esse simulasse; quin modum ad versiculos illos quattuor pertinentem esse Mabedi. Atque nonnulli carmen hoc ab quodam homine Murâdita editum esse tradunt, multaque de illo homine, quae ad hoc carmen pertinent, narrant. Exponam vero, quum quae de illo homine traduntur, tum quae de Mâliko, filio Abu kaabi, Chasradschitae, qui Abu kaab filius Mâliki, amici legati Dei, fuit, memoriae prodita sunt, loco alio, his rebus adsignato. Nam multa de eo, eiusque familia, narrantur, quae hoc loco commode exponi nequeunt.

Revocatur oratio ad Mabedum. 34.

Haec mihi tradidit Ismaîl ben jûnis, qui dixit: nobis haec narravit Omar ben schabba, qui dixit: nobis haec narravit Abu gassân, qui ab Jûnis, notario, ea acceperat; qui dixit: ab Mabedo discedenti mihi obviam factus est Ebn muchris in Botchâna, mihique dixit: „unde venis?“ Respondi: „ab Abu abbâdo.“ Tum ille: „quid ab eo didicisti?“ Ego vero: „cecinit ille cantilenam, quam didici.“ Atque ille: „quaenam est?“ Tum ego:

Quidnam contemplatur ille, qui sistit camelum
In loco habitationis, quem vastavit eius vetustas?

Quod carmen composuit Châled ben el muhâdschir ben châled ben el walîd. Quibus auditis, Ebn muchris: „introi mecum, inquit, in domum Ebu harmae, eumque hanc cantilenam doce!“ Itaque cum eo ad Ebu harmam introivi, cantumque illum ei iteravi, quoad ipse eum cecinit. Deinde ille mihi dixit: „redi mecum ad Abu abbâdum!“ Ad quem quum rediissemus, modum illum ab Ebn harma, quum eum caneret, audivit. Sed ante quam discessimus, Ebn muchris iam modum alium, ad versiculos illos aptatum, composuerat.

Descriptio huius cantilenae.

Cantilena.

Quidnam contemplatur ille, qui sistit camelum
In mansione gentis, quam vastavit eius vetustas,
Vacua et deserta, quae non est hospitalis,
Impleta cineribus, resplendens prunis?

Cantum composuit Mabed, modusque eius est gravis primus cum digito indice in curriculo medii. Deinde ad hoc carmen aptatus est levis quidam gravis primi cum digito medio, quem alii El garîdum, alii Ebn muchrisum, composuisse ferunt. Amr ben bâna vero gravem illum primum ab El garîdo confectum esse dicit. Habasch ad hoc carmen ab Mâliko gravem quendam secundum cum digito medio aptatum esse perhibet. Porro Ramal quidam cum digito medio ad hoc carmen aptatus est, cuius auctorem esse tradunt Sâïbum châthirum; Habasch vero ab Ishâko eum compositum esse dicit.

Haec mihi tradidit El hossain ben jachja, qui dixit: ex libro Hammâdi transscripsi haec: dixit pater meus: dixit Ebn el kelbi: Ebn soraidsch atque El garîd aliquando El medinam perrexerunt, ut ab huius urbis incolis aliquid beneficii acciperent, amicosque suos, qui ibi habitabant, quum Koraischitas, tum alios, visitarent. Qui quum ad urbem adpropinquassent, sarcinas praemiserunt, deversorium aliquod quaesituri. Ad lotorium quum pervenissent, quod locus editus prope stagna El medînae est, vestibus lavandis destinatus, iuvenis iis obviam factus est, subligaculo cinctus, cuius capiti rete impositum erat; manu laqueum ferebat, ad aucupium paratum, canebatque haec:

Castellum ac palmetum, et El dschammâa, illis interposita,
Exoptatiora sunt meo cordi quam portae Dschairûni.

Iuvenis autem ille erat Mabed. Cuius cantum quum audivissent Ebn soraidsch atque El garîd, propius ad eum accesserunt, eumque rogaverunt, ut cantum iteraret. Itaque iterum illam cantilenam cecinit; illi vero se tale quid audire sibi visi sunt, quale non audierant unquam. Quapropter alter, ad alterum accedens: „num unquam, inquit, talia audivisti, qualia percepisti hodie?" Cui alter: „non audivi talia unquam. Quid vero nobis nunc faciendum esse censes?" Tum Ebn soraidsch: „quum etiam iuvenis auceps, inquit, hoc modo canat, quanta ab hominibus, qui in ista valle, sive El medîna, habitant, exspectanda sunt? Quod ad me adtinet, orba fiat illius mater, nisi reditum instituo!" Itaque locum, ex quo cesserant, repetierunt.

Dixit idem: narravit Mabed haec: quum aliquando Mekkam venissem, Koraischita quidam ad El garîdum me deduxit. Ad quem quum introissemus, eum invenimus somno matutino indulgentem. Sed ex somno expergefactus, adsedit, salutemque ei dixit ille Koraischita. Deinde interroganti El garîdo Koraischita: „hic homo est Mabed, quem ad te deduxi, quoniam volo, ut aliquid ab eo audias.“ Tum El garîd: „cedo dum!“ Itaque aliquot cantilenas ei cecini. El garîd interea pectine, quem forte secum habebat, caput perscrutatus est; deinde: „o Mabed, inquit, canis suaviter.“ Quae verba me punxerunt. Igitur in genua procubui, eique cantilenas cecini viginti, a me compositas, quales non auditae erant unquam. Ille vero tacebat, oculos humi defigens, coloremque immutabat, invidia perculsus, et pudore.

Dixit Ishâk: narraverunt mihi, dixisse Hakam el wâdi: ego cantoresque nonnulli alii Mabedum frequentabamus, praeceptorem eum habentes, a quo discebamus. Aliquando cantilenam, a se tunc compositam, nobis cecinit, qua valde delectabatur. Quae erat haec:

Castellum ac palmetum, et El dschammâa, iis interposita.

Quam nos quoque eximiam esse censuimus, atque admirati sumus. Primus ipse illo die fui eorum, qui eam didicerunt, beneque me eam canere iudicavit, atque mihimet ipsi valde placui. Ab Mabedo domum reversus, ad carmen illud modum alium composui. Postero mane cum condiscipulis ad Mabedum ivi, magna modi illius a me compositi admiratione captus. Itaque, quum cantilenas aliquot cecinissemus, Mabedo dixi: „post te modum quendam ad carmen illud, quod cantavimus, aptatum composui“ statimque modum meum canere coepi. Tacuit per aliquantum temporis Mabed, me mirans. Deinde: „heri, inquit, meliorem spem de te concepi quam hodie, teque ab prospero successu iam longius abesse existimo hodie.“ Addidit Hakam, tum, per Deum, modum meum illum ex eo temporis momento plane oblitus sum, neque eius memoriam adhuc revocavi.

Dixit Ishâk: porro Mabed narravit haec: princeps quidam Hidschâsensis, qui utrique urbi sacrae praeerat, nuntio ad me misso, me vocavit Mekkam. Itaque Mekkam
iter petens, quum aliquando servum meum antecessissem, calore sitique confectus ad 36.
tentorium perveni, in quo homo Aethiops aderat, qui hydrias secum habebat, aqua frigida impletas. Igitur propius ad eum accessi, eique dixi: „o homo, potum mihi praebe ex hac aqua!“ Ille vero: „non praebebo.“ Tum ego: „permitte, ut sub umbraculo re-

quiescam saltem per aliquantum temporis!" Sed ille: „non hoc tibi permitto." Itaque camelam meam decumbere feci, atque in eius umbram me recepi, eaque tutus, mihi dixi: „si illi principi, ad quem contendo, cantionem aliquam pararem, quam ei offerre possem, bene factum esset, fortasseque, si linguam agito, saliva guttur meum madefaciet, eoque sitis, qua laboro, paullulum mitigabitur." Cecini igitur cantilenam meam:

Castellum ac palmetum, et El dschammâa, iis interposita.

Quae simul ut ille Aethiops audivit, subito ad me accurrit, meque arripiens, in tentorium suum introduxit, mihique dixit: „o tu, pro quo pater meus materque devoveantur, cupisne ptisanam hordei, aquae huic frigidae admixtam?" Ego vero: „iam mihi denegasti quae minoris pretii sunt; uno aquae haustu contentus sum." Itaque aquam mihi dedit bibendam, quoad expletus sum. Deinde servus meus advenit, atque apud illum Aethiopem usque ad vesperam commoratus sum. Tum iter paranti mihi dixit: „o tu, pro quo pater meus materque devoveantur, aestus est ingens, facileque fieri potest, ut in calamitatem eam, quam sustulisti, incidas iterum. Propterea permitte mihi, ut tecum procedam, utrem aqua plenum ferens, cervici meae impositum, ut ex eo nobiscum portato, quoties sities, poculum aqua impletum tibi porrigere possim, quo accepto, cantilenam aliquam mihi canes." Respondi: „hoc tibi concessum sit." Atque, per Deum, homo ille me comitatus est ita, ut identidem potum mihi porrigeret, ego vero ei aliquid canerem, quoad in deversorium meum perveni.

Haec transscripsi ex libro Dschafari ben kudâma, ipsius manu scripta: narravit mihi haec Hammâd ben ishâk, qui a patre ea acceperat, cui ab Sobairida tradita fuerant, qui ex Dscherîro ea audiverat; qui dixit: Mabed quum aliquando iter ingressus esset, Mekkam contendens, inter viam, quum in Batn marr adesset, cantum audivit. Eo accedens hominem conspexit, in ripa stagni sedentem, capillos habentem inde a vertice divisos, pulchra facie praeditum, tunica lanea indutum, croco tincta, qui canebat haec:

Desiderio incensum est cor meum posteaquam resipuerat,
Revocavitque moerorem eius aegritudo, qui advenit statim,
Excitavitque eum, qui exstinctus fuerat, ardorem
Amoris, procreavitque curas atque dolores.
Hoc vero effecit mansio Selmae, quae iam vasta est,
Quamque induit sua vastitas vestimento funebri;
In qua substiti, dicens sociis meis: „subsistite!"

Quia volebam, ut aliqua statio responsum redderet,
Deflectensque paullulum habenam camelae validae, pilosae, 37.
Cuius color ita rubens est, ut pigmentum esse putetur,
Cuiusque avus fuit dromas, nasutus, Chorâssânicus,
Cuiusque materterae selectae fuerant, generosae.

Tum Mabed baculo pulsavit terram, cecinitque haec:

Auferunt vitam viris, eiusque usum,
Pupillae, quas feminae versant, languidae,
Videnturque corda virorum, quando conspiciunt
Feminarum pupillas, telis inde missis esse scopi.

Quibus auditis, Ebn soraidsch ei dixit: „esne Mabed?“ Cui ille: „Mabed sum; tu vero, per Deum, es Ebn soraidsch.“ Responditque alter: „sum Ebn soraidsch; sed si te novissem, coram te non cecinissem.“

Descriptio harum cantilenarum.

Cantilena.

Desiderio incensum est cor meum posteaquam resipuerat.
Revocavitque moerorem eius aegritudo, qui advenit statim.
Excitavitque eum, qui exstinctus fuerat, ardorem
Amoris, paravitque curas atque dolores.
Hoc vero effecit mansio Selmae, quae iam vasta est,
Quamque amicuit sua vastatio vestimento funebri;
In qua substiti, dicens sociis meis: „subsistite!“
Quia volebam, ut aliqua statio responsum redderet,
Deflectensque paullulum habenam camelae validae, pilosae.
Cuius color ita rubens est, ut pigmentum esse putetur,
Cuiusque avus fuit dromas, nasutus, Chorâssânicus,
Cuiusque materterae selectae fuerant, generosae.

Carmen composuit Omar ben abi rebìa, cantum Ebn soraidsch. Qui modos duos ad hoc carmen aptavit, quorum alter, ab Ishâko traditus, est Ramal cum digito indice, alter, ab Amro traditus, est levis gravis cum annulari.

Cantilena.

Auferunt vitam viris, eiusque usum,
Pupillae, quas feminae versant, languidae,

Videnturque corda virorum, quando conspiciunt
Feminarum pupillas, telis inde missis esse scopi.

Carmen composuit El farasdak, cantum Mabed; quem ex genere gravi primo esse tradidit Hischâmita.

Haec mihi tradidit Mohammed ben mesîd ben abil ashar, qui dixit: narravit mihi haec Hammâd ben ishâk, cui a patre tradita fuerant, qui ex Sajjât ea audiverat,
38. qui dixit: haec mihi narravit Jussuf notarius, qui dixit: Mabed ancillam quandam Hidschâsensem, cui nomen erat Dabjae, cantum docuit, eique instituendae multum operae tribuit. Deinde homo quidam Irâkensis eam emit, Basramque deduxit, ubi eam vendidit. Emit eam vero homo quidam Ahwâsensis, qui ita ea delectabatur, ut ipsa ad arbitrium suum eum regeret, sibique subiiceret. Sed per aliquantum temporis apud eum commorata, diem supremum obiit; cantilenarum ejus vero partem maiorem illius hominis ancillae ab ea didicerant. Qui quum eam insigni amore amplexus esset, eiusque casum valde doleret, de rebus Mabedi, et ubinam habitaret, acriter sciscitatus est, seque ei favere, atque in eum propensum esse, eiusque cantum cantilenis ceteris, quae ab illius temporis hominibus compositae essent, omnibus praeferre significavit, quoad denique illas res comperit. Atque Mabed quoque, quae de illo homine ferebantur, cognovit, Mekkaque relicta, contendit El basram. Quo quum pervenisset, in illum hominem incidit, qui ipso illo die iter instituerat, ad El ahwâsam perrecturus, navemque sibi iam comparaverat. Mabed, quum et ipse navem, qua ad El ahwâsam ferretur, quaereret, nullam invenit praeter eam, quae illius hominis erat; neuter eorum vero noverat alterum. Itaque homo ille nautam iussit Mabedum in puppim imponere, ubi ipse consederat; quo facto, nauta a terra solvit. Ad ostium amnis El obollae delati, prandium comederunt ac biberunt, iussitque ille homo ancillas suas aliquid canere. Itaque cecinerunt haec, silente Mabedo, qui vestitu indutus erat ad iter parato, veste pellicea, caligisque crassis, cuique in universum habitus erat agrestior, quali Hidschâsenses utuntur:

Abiit Soâda, vinculumque, quo continebatur, ruptum est,
Iamque illa consedit in El gauro, atque in faucibus Idami,
Balijjidarum pulcherrima, quae nullius tamen hominis cor rapit,
Nisi eius, qui stultus est, vel qui huius feminae meminit, somno agitatus libidinoso.

Dixit Hammâd: carmen composuit Ennâbiga, cantum Mabed, qui est levis gravis primi cum digito annulari; sed etiam alii ad hoc carmen modos aptarunt, qui partim sunt

antiquiores, partim recentiores. Quum vero ancilla illa hanc cantilenam non bene caneret, Mabed in eam inclamavit: „o ancilla, cantus, quem edis, non recte comparatus est!“ Addit narrator: tum dominus illarum, irascens iam, dixit Mabedo: „quod ad te vero adtinet, unde scis, quid sit cantus? Quin contines vocem, curasque ea, quae tua sunt?“ Tacuit igitur Mabed; ancilla vero cantilenas cecinit, ab hominibus aliis compositas. Siluit iterum Mabed, neque protulit quidquam, quoad illa cecinit haec:

Cantilena.

O filia Asditae, cor meum est afflictum,
Deperiens amore, neque iam resipiscet.
Vituperarunt quidem me, sed respondi: sinite me! 39.
Illa enim, a qua me prohibetis, est mihi dilecta,
Neque contrivit ossa mea, corpusque meum,
Nisi amor, quo eam amplector, saneque amor res mirabilis est.
O tu, qui me vituperas propter amorem, quem erga eam habeo,
Te post me exstinctum censeo vituperaturum esse temet ipsum.

Carmen composuit Abdarrachmân ben abi bekr, cantum Mabed, qui est gravis primus cum digito indice in curriculo annularis. Sed ancilla illa partem quandam huius cantilenae cecinit mutilam; quapropter Mabed ei dixit: „o ancilla, mutilasti hanc cantilenam nimis valde!“ Tum Ahwâsensis, iterum irascens, dixit Mabedo: „vae tibi! quid disputas de cantu? quin abstines ab his ineptiis?“ Conticuit igitur Mabed; ancillae vero denuo cecinerunt per aliquantum temporis. Denique una earum cecinit haec:

Amici mei, subsistite nunc mecum aliquantisper
Apud hanc mansionem, ut negotium absolvamus, mox valedicturi,
Neque ita impellite me ut deverterc nequeam ad rudera,
Quae reliquit Assa, iam comparentia in loco vasto et deserto!
Diciteque cordi, quod pacatum fuerat: „renova amorem!“
Atque oculo: „funde lacrymas, vel sinito hoc!“
Non est felicitas, nisi quae refert eam, qua utebamur
Per aestatem, quam hic transegimus post tempus vernum exactum.

Carmen composuit Kuthajjir, cantum Mabed; qui est levis gravis cum digito indice in curriculo medii. Atque Ramalum ad hoc carmen composuit El garîd. Addit narrator: sed ancilla illa plane nihil huius cantilenae bene cecinit. Itaque Mabed: „o puella, inquit, ne unam quidem cantilenam recte canere potes?“ Ahwâsensis vero succensens: „suspicor te nullo pacto harum ineptiarum finem facturum esse; sed iuro per Deum, me, si

iterum talia profers, ex navi te eiecturum esse." Tacuit igitur Mabed. Deinde vero, quum ancillae paulisper respirarent, ipse cantilenam primam cantavit usque ad finem. Qua audita, Ahwâsensis clamavit: „bene cecinisti, per Deum, o homo! cane iterum hoc!" Sed Mabed: „nullo pacto, per Deum, inquit, hoc iterum canam!" Statim vero cantilenam secundam cecinit. Tum ancillae suo domino dixerunt: „vae tibi, hic homo, per Deum, cantorum omnium est praestantissimus. Roga eum, ut hoc nobis repetat, si non pluries, at semel saltem, ut fortasse id ab eo discamus. Nam si hoc homine non utimur, eius similem posthac non inveniemus unquam." Quibus Ahwâsensis respondit: „iam audivistis, quam aspere hoc ille mihi denegavit; quapropter metuo, ne iterum talem se mihi praebeat, quum nos primi aspere eum tractaverimus. Itaque exspectate, quoad eius animum permulserimus." Deinde Mabed cantilenam tertiam cecinit ita, ut terra iis videretur moveri. Ahwâsensis prosiliit, atque ad Mabedum accurrit, eiusque caput osculatus: „mi domine, inquit, peccavimus in te, neque dignitas tua nobis erat cognita." Cui Mabed: „etiamsi hoc concedatur, te dignitatem meam non novisse, tamen lente agere te decebat, neque vero per festinationem praeproperam me offendere; duriterque me compellare." Tum Ahwâsensis: „sane peccavi, inquit, veniamque eorum,
40. quae commisi, a te peto. Rogo te, ut in domum meam devertas, mecumque converseris." Respondit Mabed: „in praesenti quidem hoc fieri nequit." Ahwâsensis vero non desiit eum exorare, donec ad ipsum devertit. Tum Ahwâsensis ei dixit: „ab quonam homine hunc cantum didicisti?" Mabed: „ab quodam Hidschâsensi, inquit; sed ancillae tuae unde hunc cantum acceperunt?" Cui ille: „didicerunt eum ab ancilla quadam mea, quam homo quidam Basrensis ex Mekka comparaverat; quae praeceptorem habuerat, Abu abbâdum mabed, qui in eam instituendam multum operae impenderat. Cui puellae tantum tribuebam, quantum animae in corpore tribuitur auctoritatis. Sed, brevi tempore interiecto, Deus venerandus, adorandusque, eam ad se vocavit, mihique hae ancillae relictae sunt, quas illa instituerat. Propterea Mabedo admodum faveo, eumque citharoedis ceteris praefero omnibus, modosque ab eo compositos reliquis." Mabed vero: „num tu igitur, inquit, homo ille es? novistine me?" Ille: „te non novi." Addit narrator: tum Mabed, utraque manu verticem suum calvum percutiens: „ego vero, per Deum, inquit, Mabed sum, iamque ex El hidschâsa ad te contendi, modoque El basram eo temporis momento veneram, quo in navem inscendi, ut El ahwâsam deferrer, te quaesiturus. Sane, per Deum, his tuis ancillis non deero, sed earum unamquamque ita instituam, ut locum tibi expleat illius, quae mortua est." Quibus auditis, Ahwâsensis eiusque ancillae in manus pedesque Mabedi se proiecerunt, oscula iis ferentes, dicentes-

que: „tam diu, quisnam esses, nos celasti! unde factum est, ut duriter te compellaremus, inhumaniterque tractaremus te, dominum nostrum, quem ut inveniremus a Deo precabamur.“ Ahwâsensis vero statim vestitu habituque alio Mabedum induit, vestesque pretiosas ei donavit plures, illicoque trecentos dinâros ei dedit, atque unguenta, muneraque, quae non minoris pretii erant, eumque secum deduxit El ahwâsam. Quo loco apud illum hominem Mabed commoratus est, quoad ancillae satis dexteritatis nactae esse, satisque cantilenarum ab Mabedo didicisse, ei visae sunt. Quibus peractis, Mabed Ahwâsensi valedixit, atque in El hidschâsam rediit.

Haec mihi tradiderunt El hassan ben ali ocrearius atque Abd el bâki ben nâfi, qui dixerunt: nobis haec narravit Mohammed ben sakarijja Kilâïta, qui dixit: mihi haec narravit Mahdi ben sâbik, qui dixit: narravit ea mihi Solaimân ben gaswân, libertus Hischâmi, qui dixit: mihi haec narravit Amr ben el kâri ben adi, qui dixit: dixit aliquando El walîd ben jesîd: „me tenet desiderium Mabedi.“ Misit igitur El medînam veredos, quibus Mabed advectus est. Tum El walîd eum apud se considere, baptisteriumque parari iussit, quod vino et aqua impletum est. Mabed, eo adductus, iubente Chalifa, ita consedit, ut baptisterium inter ipsum et chalifam interpositum esset. Porro aulaeum inter eos suspensum erat. Quo misso, chalifa: „cane mihi, inquit, o Mabed, haec:

Cantilena.

Defleo viros, quibus tempus ita se submiserat,
Ut iis non obtingeret, nisi id quod vellent;
Quos deinde non desiit vexare inconstantia fortunae, 41.
Quoad perierunt; nam inconstantia fortunae dira est.
Flere fecit discessus eorum oculum meum, insomnemque eum reddidit;
Sane separatio, quae fit, amicorum excitat fletum.“

Cantum composuit Mabed, qui est levis gravis. Deinde ad hos versiculos Jachja Mekkanus aptavit Ramalum, Solaimân vero Hesedschum. Quae omnia ab Hischâmita tradita sunt. Addit narrator: quam cantilenam quum cecinisset Mabed, El walîd aulaeum subduxit, pallamque unguento perfricatam, qua indutus erat, exuit, seque in baptisterium illud proiecit, haustumque unum ex eo duxit. Deinde vestes aliae adlatae sunt, acerrasque et odores chalifae obtulerunt. Ille vero dixit Mabedo: „cane mihi cantilenam hanc:

O mansio, cur non respondes homini amanti,
Qui devertit ad te, visitaturus te, et salutaturus?
Irriget te quaevis nubes imbrica
Quoad videaris floribus nitens, quasi subridens!

Cantus, quem ad hoc carmen Mabed composuit, est gravis secundus cum digito medio et digito minimo, ut perhibet Ebn el mekki. Porro idem Alawijjam ad hos versiculos modum aptasse tradit, qui est gravis secundus alius cum digito annulari in ipsius curriculo. Addit narrator: quae quum cecinisset Mabed, chalifa quindecim millia dinarorum adferri iussit Mabedo, quae ipse ad eius pedes effudit. Deinde ei dixit: „redi ad tuos, taceque quae vidisti!“

Hanc narrationem mihi etiam patruus meus exposuit ita, ut nonnulla eorum, quae in ea tradita sunt, adferret, alia vero adiiceret, alia omitteret. Dixit enim: haec mihi narravit Hârûn ben mohammed ben abd el mâlik olearius, qui dixit: narravit mihi haec Solaimân ben saîd el chair, qui dixit: ab El kari ben adi audivi, quum diceret: El walîd ben jesîd, quum desiderio Mabedi teneretur, nuntium ad eum misit El medînam, qui Mabedum adduxit. De cuius adventu certior factus El walîd, ante sedem suam parari iussit baptisterium, quod aqua rosacea repletum est, cui moschum et crocum admiscuerant. Deinde in interiori aedium parte ad baptisterii oram El walîdo pulvinar positum est, itemque ad baptisterii oram e regione pulvinaris Mabedo tapete; hominem tertium enim admitti, nolebat chalifa. Quo quum Mabed adductus esset, aulaeum vidit missum, hominisque unius sedem. Cubicularii vero ei dixerunt: „o Mabed, saluta principem credentium, locoque hoc conside!“ Itaque ille chalifam salutavit, salutemque ei reddidit El walîd, pone velum recubans. Qui mox: „consalutet te Deus, inquit, o Mabed! scisne, quam ob causam nuntium ad te misi, o Mabed?“ Respondit ille: „Deus hoc rectius scit, atque princeps credentium.“ Tum chalifa: „quum recordatio tui mihi in mentem incurreret, ut ex te aliquid audirem, constitui.“ Mabed vero: „utrum id, quod me subit, canam, an aliquid ab principe credentium flagitatum?“ Respondit chalifa: „quin cane mihi:

42. Non desiit eos vexare inconstantia fortunae
Quoad perierunt; nam inconstantia fortunae dira est.“

Cecinit igitur hanc cantilenam Mabed. Sed antequam eam finiverat, ancillae velum subduxerunt, prodiitque El walîd, seque in baptisterium illud proiecit, atque in eo

mersus est. Ex quo quum exiisset, ancillae vestes alias ei obtulerunt. Tum bibit, potumque Mabedo dedit bibendum. Quo peracto, dixit Mabedo: „cane mihi: o Mabed:

O mansio, cur non respondes homini amanti,
Qui devertit ad te, visitaturus te, et salutaturus?
Irriget te quaevis nubes imbrica,
Quoad videaris floribus nitens, quasi subridens!
Si scires, quinam te compellat, responsura esses,
Ploraturaque esses, dolens de eo, sanguinem mittente.“

Addit narrator: quam cantilenam quum cecinisset Mabed, ancillae eo accesserunt, aulaeumque subduxerunt; El walîd vero prodiit, seque in baptisterium illud proiecit, in quo mersus est. Deinde, ex eo egressus, vestes alias induit, bibitque, Mabedoque potum dedit bibendum. Quibus peractis, dixit Mabedo: „cane mihi aliquid!“ Ille vero: „quidnam, o princeps credentium?“ Tum El walîd: „cane mihi:

Demirata est illa, quum me videret
Deflentem iam mansionem illam vetustam,
Stantemque in habitatione illa, lacrymas fundentem,
Ubi nihil videbam praeter rudera.
„Quid ploras propter homines tales,
Qui nunquam desinunt vagari?
Quoties dicis; „nunc tandem fixa est
Domus eorum!“ toties respondent: „proficiscamur!“

Addit narrator: quod quum Mabed cecinisset, chalifa iterum in baptisterium se proiecit. Ex quo quum exiisset, ipsius vestes ei reddiderunt. Deinde bibit, potumque dedit etiam Mabedo. Quibus peractis, El walîd, ad Mabedum accedens: „o Mabed, inquit, quicunque gratiam regum sibi conciliare vult, eum arcana illorum tacere oportet.“ Cui Mabed: „hoc quidem ab principe credentium mihi praecipi, nihil necesse est.“ Tum chalifa: „o famule, inquit, Mabedo adfer decem millia dinarorum, ut ipsi in patria praesto sint, duoque millia, quae pro viatico habeat.“ Itaque, tota hac pecunia Mabedo adlata, ipse illico veredis revectus est El medînam.

Dicit Ishâk: porro Mabed narravit haec: El walîd ben jesîd nuntium ad me misit, quo iubente ad illum perrexi. Tum aliquando, quum in quodam Syriae balneo adessem, homo quidam ad me intravit, formoso habitu praeditus, quem aliquot famuli sequebantur. Qui ibi unguentis illitus, summaque cura ab balneatore exceptus est, ho- 43.

minibus ceteris, qui aderant, postpositis. Quam ob causam mihi dixi: „quod nisi quantum arte mea polleo, hunc hominem quodammodo edoceo, etiam canc in me instigato me hinc expellent!" Itaque a tergo ad illum hominem accedens ita, ut me videret audiretque, canere coepi. Tum ille, ad me conversus, dixit famulis: „offerte huic homini ea, quae hic praesto sunt!" Itaque omnia, quae ante eum posita erant, mihi adlata sunt. Deinde me rogavit, ut cum eo ad ipsius domum contenderem. Quod quum ei concessissem, summa humanitate atque observantia ibi me excepit, vinumque palmeum mihi adposuit. Ego vero ei multa cecini ita, ut cantilenae pulchrae, quam modo finieram, statim etiam pulchriorem subiungerem. Sed homo ille nullam voluptatem inde cepit, neque ad ea, quae ex me audiebat, animum advertit. Denique, quum ei viderer longus esse in canendo: „o famule, inquit, magistrum nostrum, magistrum nostrum!" Tum magister quidam adductus est, quem homo ille, simul ut eum conspexit, cum alacritate excepit. Citharam hic magister arripuit, cecinitque haec:

Anguilla in olla inerat, vae mihi, vae!
Venit felis, eamque comedit, vae mihi, vae!

Vocabulo ٱلسِّلَّوْرُ piscem illum, qui ٱلجِرِّيُّ i. e. *anguilla* nuncupatur, adpellant Syri. Addit narrator: tum dominus aedium prae voluptate et gaudio manus complodere, terramque pede percutere, coepit. Addit narrator: Deinde magister ille ei cecinit haec:

Proiicitque in me Habîba malum persicum,
Putatque se Habîba a me non videri.

Vocabulo ٱلدُّرَاقِنُ pomum illud, quod ٱلخَوْخُ i. e. *malum persicum* nuncupatur, adpellant Syri. Addit narrator: tum haud multum adfuit, quin ille dominus prae voluptate, quam ex illo cantu capiebat, ex pelle sua exiret. Ego vero his hominibus me subduxi, abiique clam illo, neque adhuc audivi unquam cantum foediorem, neque magistrum vidi insipientiorem.

Dixit Isḥâk: narravit mihi magister quidam Medînensis, qui ab Harûno ben saîd haec acceperat, Ebn âïscham cantilenas docuisse ipsum atque Rubaicham Schammâssianam. Tum ad eos intrasse Mabedum, cantilenamque quandam eos docuisse. Quam quum Ebn âïscha, qui una cum illis eam memoria comprehenderat, ipse caneret, Mabed succensens: „macte virtute, o fili meretricis, inquit, num mecum certare vis?" Cui Ebn âïscha: „minime vero, per Deum, qui me pro te devoveri faciat, o Abu abbâd! Sed te

magistro utor, neque ab ullo aliquid didici, nisi a te." Deinde dixit: „Obsecro te per Deum, o Ebn schammâs, nonne tibi dixi: huc iam venit Mabed; itaque ad eum me deduc, ut eo magistro utamur." Respondit ille: „bone Deus, ita est."

Haec mihi tradidit El hossain ben hammâd, qui a patre ea acceperat, qui dixit:
aliquando Ebn âïschae, quum cantilenam quandam egregie cecinisset, propereaque dixis-
set: „cantorum praestantissimus sum!" nonnulli homines dixerunt: „qua ratione can-
torum praestantissimus factus es?" Quibus ille respondit: „qui potest negari hoc, quum 44.
undecim cantilenas ab Abu abbâdo didicerim, qui Medinensium cantor est, quem perfectis-
simum habent?"

Haec nobis tradidit Wakî, qui dixit: narravit haec nobis Hammâd ben ishâk, qui dixit: mihi haec narravit pater, qui dixit: narravit mihi haec Ajjûb ben abâja, qui ab quodam homine Hudsailita haec acceperat, qui dixit: dixit Mabed: quum canendo operam dedissem, mihique, hominibusque aliis, cantus meus ita placuisset, ut laudem gloriamque inde consequerer, mihimet dixi: „Mekkam me conferam, ut cantores, qui ibi adsunt, audiam, meaque iis canam, modoque hoc in eorum notitiam perveniam." Itaque asinum emi, quo vectus ad Mekkam perrexi. Quo quum pervenissem, asinum meum vendidi, quonamque loco cantores convenirent, sciscitatus sum. Dixerunt mihi: „in monte Koaikiân, in aedibus certi hominis." Itaque ad huius hominis domum primo mane contendi, foresque pulsavi. Ille vero: „quinam adest?" Respondi: „vide iam, tueatur te Deus!" Tum ille ad me propius accessit, dicens: „laudibus celebro Deum!" et „confugio ad Deum!" quasi timens sibi, ianuamque aperuit, interrogavitque: „quinam es, tueatur te Deus?" Respondi: „homo Medinensis." Tum ille: „quid petis?" Ego vero: „homo sum, qui delectatur cantu, meque huius artis aliquatenus peritum esse existimo, cantoresque in aedibus tuis convenire comperi. Quam ob rem volo, ut prope conclave tuum considendi potestatem mihi facias, meque ad illorum hominem consessum admittas; victus mihi neque ab te, neque ab illis, est praebendus." Tum ille homo, cunctatus paululum: „conside illic, tibique benedicat Deus!" Addit Mabed: itaque, sarcinis meis in illum locum translatis, prope illius hominis conclave consedi. Deinde, ubi illuxit, cantores singuli deinceps eo accesserunt, quoad convenerant omnes. Me adesse aegre tulerunt, interrogaveruntque: „quinam est hic homo?" Dominus aedium vero „homo Medînensis est, inquit, levior, qui cantu delectatur, voluptatemque ex eo capit, neque quidquam molestiae vel iniuriae vobis adferet." Quibus auditis, me salvere ius-

serunt, sermonesque contulimus. Mox iocari coeperunt, et biberunt, cecineruntque. Ego vero cantum eorum admiratus sum, iisque hoc significavi, qua re delectati sunt. Sic quum dies aliquot transigeremus, ex eorum cantu, quanquam ipsi hoc non animadvertebant, cantilenas nonnullas didici, et deinceps alias, iterumque alias. Denique Ebn soraidscho dixi: „o tu, pro quo devovear, audi ex me cantilenam tuam:

Dicito Hindae, quum eius sodalis
Ante iter longinquum accesserit mane.“

Tum Ebn soraidsch: „num quid bene canis?“ Respondi: „videbis ipse, atque fortasse etiam componam aliquid.“ Itaque strenue exorsus, cantilenam illam cecini. Tum ille, ceterique qui aderant, clamore edito: „cecinisti bene, inquiunt, impugnet te Deus!“ Addit Mabed: ego vero: „iam ex me audi cantilenam illam aliam!“ Itaque auscultarunt mihi, cecinique illam cantilenam ita, ut etiam maiore adficerentur admiratione, maiores-
45. que ederent clamores quam antea. Atque hoc modo eorum unicuique cantilenas aliquot, quas ex eius cantu elegeram, cecini. Addit Mabed: illi vero, alta voce conclamantes, mihi dixerunt: „sane egregius quam nosmet ipsi cantum nostrum canis!“ Tum ego: „iam hoc ex me audite!“ cecinique iis cantilenam quandam, quae ex meo cantu erat. Qua audita, illi in me inclamarunt iterum. Quum deinceps alias, atque alias, canerem, in me irruentes: „obsecramus te per Deum, inquiunt, tu es homo, qui iam nominis famam adeptus est, atque in hac arte, cui operam damus, progressus magnos fecit! quinam vero es?“ Tum ego: „Mabed sum.“ Quibus auditis, illi, caput meum osculati: „te, qui nobis praestas, despiciebamus, neque aliquid dignitatis tibi tribuebamus, quanquam tu eras tu!“ Deinde mensem unum apud illos homines commoratus sum, in eo occupatus, ut cantilenas ab iis discerem, illique cantilenas a me discerent. Quibus peractis, redii El medînam.

Descriptio huius cantilenae.

Cantilena.

Dicito Hindae, quum eius sodalis
Ante iter longinquum accesserit mane:
„Quodsi iam largiris, posteaquam diu
Transegi noctem meam pervigil,
Tu in amore eo, qui inter nos intercedit,
Summum nobis confers beneficium,
Quando prehendis hominem luridum,
Nigricolorem, atrum.

Carmen composuit Omar ben abi rabia; cantum ab Mabedo compositum esse perhibet Hammâd, qui vero modum non definit. Porro Màlik ad hos versiculos modum aptavit, qui est levis gravis primi cum digito annulari in ipsius curriculo, ut tradidit Ishâk. Denique Hischâmita Ebn muchrisum ad hoc carmen aptasse dicit levem gravis cum digito medio.

Adnotationes

ad caput tertium.

Pag. 29. lin. 1. Mabedi, citharoedi clarissimi, mentionem fecit Harîrius in consessu octavo decimo, ubi puellam quandam describit formosam, egregieque canentem, atque, ut summa laude eam ornet, praeter alia addit haec: وَإِنْ غَنَّتْ ظَلَّ مَعْبَدٌ لَهَا عَبْدًا i. e. quando illa canebat, etiam Mabed fiebat eius mancipium i. e. ab ea superabatur: Lusit vocabulis مَعْبَدٌ et عَبْدٌ *servus*, quia cognata sunt. In adnotatione ea, quam ad illum Harîrii locum Sacyus adiecit, edit. Sacyan. pag. 176. de rebus Mabedi nonnulla exponuntur, ipseque imperante El walîdo ben jesîd diem supremum obiisse dicitur. Elmakînus, edit. Erpen. pag. 85. breviter ea narrat, quae de Mabedo, ad El walidum ben jesîd advocato, copiosius exposuit Ispahânensis pag. 40—42. arab. Alius Mabed, qui et ipse citharoedus clarus fuit, est Mabed Jaktînianus, de quo supra dixi pag. 26. Lin. 2. Pro وَقِيلَ ٱبْنُ قَطَنٍ in utroque codice hoc loco وقيل ابن قطنى scriptum est; sed infra semper ابن قطن in utroque codice ponitur. Pro مَوْلَى ٱبْنِ قَطَنٍ وَقِيلَ ٱبْنُ قَطَرٍ in cod. Parisiensi perperam مولى ابن قطر وقيل ابن قطر posita sunt; Mabedum non مَوْلَى ٱبْنِ قَطَرٍ sed مَوْلَى ٱبْنِ قَطَنٍ fuisse, etiam ea, quae sequuntur, adfirmant. Lin. 9. Pro أَسْوَدُ pone أَسْوَدَ propter كَانَ quod praecedit. Vocabulo خِلَاسِىٌّ is significatur, qui colore mixto est, ex patre nigro matreque alba natus, quem nunc ***mulattum*** adpellant. Lin. 10. Pro ٱبْنُ خُرْدَاذْبَةَ ab Tantâwio ٱبْنُ خُرْدَاذْبَه scribitur. Est hic homo عُبَيْدُ ٱللَّهِ بْنُ عَبْدِ ٱللَّهِ بْنِ خُرْدَاذْبَة Obaidalla ben abdalla ben chordâdsba, qui circa annum 300. p. H. mortuus est, librosque plures, quum historicos, tum geographicos, conscripsit. Chronicon magnum, quod ille composuit, narrationibus copiosis adfluentem, Masûdius summa laude effert, Uylenbrock dissertatio de Ibn haukalo, Lugdun. 1822. pag. 57. Lin. 19. Pro سَلَامَةُ ٱلْقَسِّ pone سَلَامَةَ ٱلْقَسِّ vel سَلَّامَةَ ٱلْقَسِّ ***Sallâma presbyteri***, ut supra scripsimus pag. 22. ***Presbyterum*** cognominatum esse Abdarrachmânum ben abdalla, Mekkanum, Sallâmae amicum, etiam Kâmûs pag. 789. atque Abulfeda in annalibus tom. 1. pag. 448. tradiderunt.

Pag. 30. lin. 1. Metrum est generis Ramal species quinta, Sacy gramm. tom. 2. pag. 638. Lin. 4. Pro غَيْمِ etiam غَيْمُ poni posse, adnotavit Tantâwius. Lin. 11. De Habâba vel Habbâba supra diximus pag. 22. Abulfeda eius mentionem facit tom. 1. pag. 448. Lin. 11. Vocabulo نَشِيد *recitatum* hoc loco quoddam genus canendi significari videtur. Ita Ispahânensis in vita Mohammedis ben el aschath ponit haec: ٱلْغِنَآءُ لِمُحَمَّدِ بْنِ ٱلْأَشْعَثِ نَشِيدُ خَفِيفِ ثَقِيلٍ أَوَّلٍ بِٱلْوُسْطَى فِي مَجْرَاهَا i. e. „cantus, quem Mohammed ben el aschath composuit, est recitatum levis gravis primi cum digito medio in ipsius curriculo.“ Kàmûs ٱلنَّشِيدُ etiam id, quod رَفْعُ ٱلصَّوْتِ *elatio vocis* valet, significare dicit. Lin. 12. De ٱلْقَدْرُ ٱلْأَوْسَطُ *mensura media* supra diximus pag. 181. 182. Lin. 16. Pro أُسَيْدِ بْنِ أَبِي ٱلْعِيصِ quod in cod. Petrop. exstat, in apographo meo Parisiensi أُسَيْدِ بْنِ أَبِي ٱلْعَاصِ positum est. Sed etiam apud Ebn kotaibam in libro Kitàb el meârif عَتَّابُ بْنُ أُسَيْدِ بْنِ أَبِي ٱلْعِيصِ scripta sunt, Möller catal. manuscript. Gothan. partic. 1. appendix pag. 22. Lin. 18. Pro سِرًّا *mysterium* ab Tantâwio سَيْرًا *profectio* ponitur.

Pag. 31. lin. 2. Pro مَوْلَاةُ بَهْنٍ pone مَوْلَاةُ بَهْزٍ quod supra scriptum est pag. 19. ar. et pag. 257. lat. Lin. 2. Pro زَوْجَهَا pone زَوْجُهَا in nominativo. Lin. 4. Pro قُصَيَاتُ ٱلسَّبْقِ *extremitates praevertendi* in cod. Petrop. scriptum est قَصَبَاتُ ٱلسَّبْقِ *cannae praevertendi*, quod ab Tantâwio probatur. Quarum cannarum mentionem facit Fîrûsâbâdensis pag. 143. ubi ponit haec: ٱلْمُقَصِّبُ ٱلَّذِى يَحْرُزُ قَصَبَاتِ ٱلسِّبَاقِ *elmukassib est is, qui custodit cannas certationis.* Freytagius vocabulum ٱلْمُقَصِّبُ in lexico ita explicat: „is qui custodit palos ornatos, erectos in fine campi, ubi equi certant cursu.“ Sensus igitur illius versiculi, in Mabedum dicti, esse videtur: „sed ad metam primus non pervenit, nisi Mabed.“ In translatione mea pag. 270. posui: „tela praevolantia“ quia cannas illas iacula, quibus certabant, esse putabam. Lin. 5. Ebn abi atik ٱبْنُ أَبِي عَتِيقٍ ab Ispahânensi dicitur fuisse عَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ عَبْدِ ٱلرَّحْمٰنِ بْنِ أَبِي بَكْرٍ pag. ١٣٧. Lin. 7. Pro ٱلْمَدَنِيُّ in cod. Petrop. المرى scriptum est. Lin. 8. Pro يُسْبِقُهُ a Tantâwio يَسْبِقُهُ ponitur. Apud Fîrûsâbâdensem verba سَبَقَهُ يَسْبِقُهُ وَيَسْبُقُهُ leguntur. Lin. 8. Pro وَكَانَتْ صِنَاعَتَهُ ٱلتِّجَارَةُ ponenda esse وَكَانَتْ صِنَاعَتُهُ ٱلتِّجَارَةَ

37

recte monuerunt Fleischerus et Tantâwius. Nam صِنَاعَتُهُ *ars ipsius* est subiectum; quae qualis fuerit, subiuncto praedicato ٱلتِّجَارَةُ *mercatura* significatur. Lin. 12. Dschomachida الجُمَحِىُّ est nomen gentilitium, ductum ab جُمَحُ Dschomach, quae gens quaedam fuit Koraischitarum, Usjûtii Lub ellubâb, ed. Veth, pag. 68. Lin. 16. Pro وَغَنَاءُهُ in cod. Petrop. غناوه scriptum est. Lin. 19. Pro أَعْلَمُ ab Tantâwio أَعْلَمَ ponitur; quod si fit, hoc vocabulum non est vocabuli أَحَدٌ epithetum sive attributum, sed praedicatum, ex يَكُنْ pendens. Lin. 20. Atika عَاتِقَةُ est fortasse Atika, filia Schahdae, de qua diximus pag. 22. Lin. 21. Mabed duabus vestibus luto rubro tinctis ثَوْبَيْنِ مُمَشَّقَيْنِ indutus fuisse dicitur. Ita etiam Omar ben abi rebîa pag. ٥٤ advenisse fertur فِى ثَوْبَيْنِ مَصْبُوغَيْنِ مُوَرَّدَيْنِ أَوْ مُمَصَّرَيْنِ i. e. indutus duabus vestibus coloratis, roseis, vel luto rubro tinctis. Atque in vita Mohammedis ben âïscha Ispahânensis cod. Petrop. pag. 168. narrat El walîdum ben jesîd, chalifam, in solio sedisse وَعَلَيْهِ ثَوْبَانِ أَصْفَرَانِ إِزَارٌ وَرِدَآءٌ يَقِيئَانِ ٱلزَّعْفَرَانَ قَيْئًا i. e. indutum duabus vestibus flavis, tunica et pallio, saturatis croco.

Pag. 32. lin. 3. Vocabulo تَقَدَّمَ *praecepit* adde إِلَىَّ *mihi*, quod in utroque codice exstat. Lin. 12. Pro قَتِيلَةَ pone قَتِيلَةُ nominativum. Lin. 14. Pro عَلَى رَحْلِى *ad sellam meam* in cod. Petrop. عَلَى رِجْلِى *ad pedem meum* scriptum est. Lin. 22. Verba عَنِ ٱلرَّبِيعِ in cod. Petrop. distincte exarata sunt, in apographo meo codicis Parisiensis vero ita negligenter scripta, ut quid significatum sit, non satis certe coniicere possim; fere عن الجبيع ibi posita esse videntur.

Pag. 33. lin. 1. Mâlik مَالِكٌ citharoedus ille est, de quo supra diximus pag. 17 Lin. 4. Metrum est Tawîl. Pro لَا in cod. Par. perperam أَلَا scriptum est. Pro تَقُولُ pone تَقُولُ *dicet*. Lin. 6. Pro حَسْبَةٌ pone حَسْبَةً accusativum. Lin. 9. 10. His versiculis poeta se intrepidum uxoris defensorem dicere videtur, qui non de proelio se subripit, quando gentiles ab familiis suis hostem irruentem prohibent. Igitur pronomen وَهُمْ ad gentiles poetae trahendum est. Lin. 11. 12. Deinde poeta se gentilium suorum potantium compotorem fortissimum dicit. Ad verba فَلَمْ أَقْطَعْ *neque intermisi* supplendum esse videtur شُرْبَ ٱلْخَمْرِ *potum vini*. Quemadmodum apud El makînum pag. 53. haec posita sunt: قِيلَ أَنَّ وَالِدَهُ مُعَوِيَةَ كَانَ أَنْكَرَ عَلَيْهِ شُرْبَ ٱلْخَمْرِ

وَمُلَازَمَتَهُ فَـقَطَعَهُ أَيَّامًا i. e. „fertur ipsius pater, Moawija, aegre tulisse, eum vinum potare, eique deditum esse; unde factum est, ut potum per aliquot dies intermitteret.“ Quem locum mihi attulit Fleischerus; qui addit, vocabulum قَطَاعَة significare *abstinentiam* sive *ieiunium*, et أَنْتَ قَاطِع *cibo abstines*, sive: eo tantum cibo uteris, qui tempore ieiunii licitus est; vide lexicon arabicum Boctorii, in articulis: *abstenir*, *maigre*. Sensus versiculorum igitur hic est: gentiles mei potaverunt, quoad ebrii conciderunt, ipseque cum iis potavi, potum nunquam intermittens, iique quum iam concidissent, in potando perseveravi, novo vino emto. Fleischerus vero censet, verbis فَلَمْ أَقْطَعْ بِقَوْلِي لَهُمْ حَسْبِي poetam non significare voluisse: فَلَمْ أَقْطَعْ شَـرْبِي بِـقَـوْلِي لَهُمْ حَسْبِي i. e. neque cohibui potum meum, dicendo iis: „satis habeo“ sed: فَلَمْ أَقْطَعْ شَـرْبَهُمْ بِقَوْلِي لَهُمْ حَسْبِي مِنْ شَرْبِكُمْ i. e. „non cohibui potum eorum, dicendo iis: satis mihi bibistis, satis vos bibisse existimo.“ Pro عَضْب *detractio* Tantâwius غَصْب *ereptio* scribendum esse censet, quod in cod. Petrop. positum est. Lin. 13. Pro بَنِي ٱلْقَيْنِ in cod. Par. بن المقين scriptum est. Tribum بَنُو سَلَمَة Fìrûsàbâdensis gentem quandam Anssâriorum بَطْن مِنَ ٱلْأَنْصَارِ esse dicit. Lin. 19. Pro وَقَدْ أُخْرِجَ خَبَرُهُ fortasse وَقَدْ أَخْرَجَ خَبَرَهُ ponendum est, quum lin. 21. أَفْرَدَ لَهُ subiungatur. Lin. 22. Pro أَنْ تَذْكُرَ pone أَنْ تَذَكَّرَ *ut commemoretur*. Pro يَصْلَخُ Fleischerus يَصْلُخُ scribendum esse censet, quum Dschauharius de verbo صَلَخَ dicat: بَابُهُ دَخَلَ *flectitur ut* دَخَلَ *intravit*. Fìrûsâbâdensis quum صَلَخَ كَمَنَعَ وَكَرُمَ ponat, etiam futurum fatchatum, quo مَنَعَ utitur, usurpari significare videtur.

Pag. 34. lin. 1. Pro رَجَعَ ٱلْخَبَرُ ab Tantâwio رَجْعُ ٱلْخَبَرِ ponitur. Lin. 3. Botchân بُطْحَان vel Batichân بَطِحَان nomen loci prope El medînam siti esse perhibet Kâmûs pag. 267. Lin. 6. Metrum est species quarta generis Kâmil, Sacy gramm. ar. tom. 2. pag. 634. Pro مَا ذَا تَـأَمَّلَ *quidnam contemplatur?* Fleischerus مَا ذَا يُـأَمِّلُ *quidnam sperat?* ponendum esse censet; sed تَـأَمَّلَ a me retentum est, quoniam et hoc loco, et paulo infra lin. 12. in utroque codice ponitur. Lin. 7. *Châled ben el muhâdschir*, poeta, filius fuit Châledi ben el walid, clari primorum Moslemorum ducis, quem *gladium Dei* سَيْفَ ٱللّٰهِ adpellavit Mohammed; quo de poeta Ispahânensis in posteriore libri parte plura tradit. *Ebn harma* ٱبْنُ هَرْمَةَ fortasse poeta ille Koraischita est,

qui إِبْرَاهِيمُ بْنُ عَلِيِّ بْنِ سَلَمَةَ بْنِ هَرْمَةَ adpellabatur, breviusque أَبْنُ هَرْمَةَ Ebn harma; vide Hamàssam pag. 550. 603. 693. Exponit de eo Ispahânensis in priore libri parte. Lin. 8. Pro أَرُدُّهُ a Tantâwio ponitur أَرْدُدُهُ *iterabam id.* Lin. 13. Vocabulum غَيْرُ non ad مُنْتَصَفُ solum, sed etiam ad لَبِدٌ et نَاصِعٌ trahendum est ita, ut sensus sit: in eo loco, in quo neque cineres, neque prunae comparent, nulla ignis hospitalis نَارِ ٱلْقِرَى vestigia. Pro بِمَحَلِّ حَيٍّ in codice Petrop. فِي رَبْعِ دَارٍ exstat, quod supra positum est lin. 6. Lin. 19. Pro إِلَى ٱلْمَدِينَةِ in cod. Petrop. ٱلْمَدِينَةَ scriptum est. Lin. 21. Lotorium ٱلْمُغْتَسَلَةُ locum prope El medînam situm esse perhibet Kâmûs pag. 1513. Vocabulum جَبَّانَةٌ hoc loco fortasse non *locum editum*, sed *locum planum* significat; nam Kâmûs pag. 1732. id etiam vocabulo ٱلصَّحْرَآءُ adposito explicat.

Pag. 35. lin. 7. Subiectum verbi سَأَلَهُ esse videtur Koraischita, quum particula Fàa illi verbo non praemissa sit; quod si recte coniecimus, سَأَلَهُ fortasse significat: Koraischita interrogavit El garîdum, quomodo se haberet; vel: petitionem ei exposuit. Sed fortasse فَسَلَّمَ ante وَسَأَلَهُ restituendum est ita, ut sensus sit: Tum El garîd salutem retulit, quaesivitque ex eo, quid vellet. Lin 8. Pro فَقَالَ بِمِدْرًى Fleischerus ponit فَفَلَى بِمِدْرًى i. e. pediculos venatus est pectine. Lin. 10. Pro وَآجِمٌ ponendum esse وَاجِمٌ *conticescens prae ira* adnotavit Tantâwius; quod verbum etiam infra usurpatur lin. 18. Lin. 12. De Hakam el wâdi, citharoedo, supra diximus pag. 20. Lin. 13. Pro فَأُعْجِبَ بِهِ a Tantâwio فَأَعْجَبَ بِهِ adnotatum est; quod utrum فَأُعْجِبُ بِهِ an فَأَعْجَبَ بِهِ legendum sit, nescio. Lin. 15. Pro وَعَجِبْنَا بِهِ ponitur وَأُعْجِبْنَا بِهِ ab Fleischero, وَعَجِبْنَا بِهِ a Tantâwio. Lin. 18. Pro غَنِّيْنَا ponendum esse غَنَّيْتَنَا *cecinisti nobis*, recte censet Fleischerus. Lin. 20. Pro فَأَنْسِيتُ in passivo فَأُنْسِيتُ *oblitus sum* ponendum esse, adnotavit idem. Lin. 21. Pro فَتَقَدَّمْتُ غُلَامِي in cod. Petrop. فَتَقَدَّمْتُ مِنْ غُلَامِي scriptum est.

Pag. 36. lin. 1. Pro بَرَدْتُ in cod. Petrop. فتبردت scriptum est. Lin. 5. Pro فَيُخَفِّفُ pone فَيُخَفَّفُ nasbatum, ut ex أَنْ يُسَبِّلَ pendeat. Lin. 12. Pro غَنِّيْتَنِي in cod. Petrop. غَنِّى positum est. Lin. 16. De Batn marr in Kâ-

mûsso pag. 655. traduntur haec: وَبَطْنُ مَرٍّ وَيُقَالُ لَهُ مَرُّ ٱلظَّهْرَانِ مَوْضِعٌ عَلَى مَرْحَلَةٍ مِنْ مَكَّةَ i. e. „Batn marr, qui etiam Marr eddahrân adpellatur, est locus ab Mekka unius diei itinere distans.“ Lin. 17. Pro بِزَعْفَرَانٍ ponendum esse بِزَعْفَرَانِ adnotavit Fleischerus. Lin. 18. Metrum est Chafîf. Codex Petrop. horum versiculorum primum tantum, tertium, quartum, et denique secundum, hoc loco ponit.

Pag. 37. lin. 1. Pro قَانِيًّا a Tantâwio قَانِيًا scribitur, quod et ipsum *rubentem* significat. Lin. 2. Pro أَنْتَخِبَنْ passivum أُنْتُخِبَنْ ponendum esse, adnotavit Tantâwius. Lin. 4. Metrum est generis Kâmil species tertia, in qua pro extremo versiculi pede مُتْفَا interdum مُتَفَا ponitur, Sacy gramm. arab. tom. 2. pag. 635. Lin. 6. Pro نَعَمْ وَٱللّٰهِ in cod. Petrop. نَعَمْ وَوَٱللّٰهِ scriptum est. Lin. 19. Pro عَنِ ٱلرِّجَالِ in cod. Petrop. مِنَ ٱلرِّجَالِ positum est. Lin. ;21. Cognomen ٱلْفَرَزْدَقُ El farasdak, quod poetae Arabi claro, Hemmâmo ben gâlib, inditum est, Kàmûs frustum massae farinaceae, vel frustum panis, significare dicit, ductumque esse ab بَرَازْدَهْ *massa farinacea*, vocabulo persico. Atque Müllerus quoque, qui in Ephemerid. asiat. Paris. ao. 1839. de lingua pehlevica exposuit, nomen Farasdak, poetae illi inditum, vocabulum persicum esse, sed *multiscium* vel *perdoctum* significare censet, quum ex praepositione *ferâs* et *dâo* vel *dak* i. e. *sciens*, compositum esse videatur. Lin. 22. Pro مَزِيدِ بْنِ أَبِي ٱلْأَزْهَرِ in cod. Paris. مزيد ابى الازهر scriptum est. Pro مَزِيد vero fortasse rectius مَزْيَد ponitur, quod nomen viri esse perhibet Kâmûs pag. 370.

Pag. 38. lin. 1. Pro سِبَّاط fortasse سِبَاط ponendum est, nomen illius citharoedi, de quo supra diximus pag. 20. Lin. 2. Pro طَبْيَة in cod. Petrop. طيبه scriptum est. Pro عَنَى ponendum esse passivum عُنِيَ *operam dedit* adnotavit Tantâwius, itemque Fleischerus, qui adiecit, quae Dschauharius de hac forma passiva exponit: عُنِيَ بِحَاجَتِهِ يُعْنَى بِهَا عَلَى مَا لَمْ يُسَمَّ فَاعِلُهُ عِنَايَةً فَهُوَ بِهَا مَعْنِيٌّ عَلَى مَفْعُولٍ وَإِذَا أَمَرْتَ مِنْهُ قُلْتَ لِتُعْنَ بِحَاجَتِي . Lin. 7. Pro عَرَفَ passivum عُرِفَ ponendum esse adnotavit Fleischerus; sensus igitur est: „quoad illum hominem ita sentire in vulgus pervulgatum est, atque etiam Mabed, quae de eo ferebantur, comperit.“ Lin. 9. Verba فَٱكْتَرَى سَفِينَةً — إِلَى ٱلْأَهْوَازِ in cod. Petrop. omissa sunt. Lin. 11. Pro

قَمِر a Tantàwio قَمِر ponitur. Lin. 12. Pro جَوَارِيَهْ pone جَوَارِيَهْ accusativum. Lin. 15. Metrum horum versiculorum, ab Ennâbiga compositorum, est Bassît. Carmen aliud, satis clarum, quod verbis بَانَتْ سُعَادُ incipit, Kaab ben sohair in laudem Mohammedis pepigit; quod Freytagius edidit, Bonnae 1822. Poetas Arabes novem, qui Ennâbiga cognomine utebantur, enumerat Kâmûs pag. 1129. Quorum quinam hos versiculos composuerit nescio, qnum nomen gentilitium non addiderit Ispahânensis. Sunt versiculi mordaces, quibus poeta feminam quandam perstringit; quam pulcherrimam quidem tribus Balijjidarum, sed ita tamen comparatam esse, ut nemo eam depereat, nisi qui fatuus sit, vel enervis et libidinosus, qui per somnum illam feminam reminiscens polluatur. *El gaur* ٱلْغَوْرُ i. e. locus depressior, est nomen terrae depressioris, Tihâmae ad occidentem versus sitae, aliorumque aliquot locorum, Kâmûs pag. 621. *Idam* اِضَمُ montem quendam esse, locumque alium prope El medînam situm, perhibet Kâmûs pag. 1573. Vocabulum اِحْدَى *una* hoc loco significat unicam vel pulcherrimam; quemadmodum ٱبْنَ اِحْدَاهَا in monilibus aureis Samachscharii ponitur, ed. Fleischer. pag. 47. adnotat. 12. et nervosius اِحْدَى ٱلْأَحَدِ *prorsus unica*, quod Kâmûs pag. 339. ٱلْأَمْرُ ٱلْمُتَفَاقِمُ *rem eximiam* significare dicit. *Balijjidae* بَنُو بَلِيٍّ gens arabica sunt, Kâmûs pag. 1848. ortique ab بَلِيُّ بْنُ عَمْرِو بْنِ ٱلْحَافِ بْنِ قُضَاعَةَ avo, Sojûtii Lubb ed. Veth pag. 44. Singularem ٱلْفُؤَادُ aut pro فُؤَادِى *cor meum*, aut tanquam nomen collectivum pro ٱلْأَفْئِدَةُ *corda*, positum existimari posse adnotavit Fleischerus. Utrolibet vero probato, qnae sequuntur verba efficiunt ٱسْتِثْنَآءً مُنْقَطِعًا *exceptionem disiunctam*, sive eam, in qua res, quae excipitur, natura sua est diversa ab iis, ex quibus excipitur; unde fit, ut ٱلسَّفَاهُ et ذِكْرَهُ in accusativo posita sint, Sacy gramm. ar. tom. 2. par. 713. 1094. Alia horum verborum structura, eaque paulo argutior, admitti potest, quae genitivis ٱلسَّفَاهُ et ذِكْرَهُ utitur; tum ٱلَّا ٱلسَّفَاهُ وَٱلَّا ذِكْرَهُ pro ٱلَّا أَفْئِدَةُ ٱلسَّفَاهِ وَٱلَّا فُؤَادُ ذِكْرَهُ ponuntur. Nomen actionis ذِكْرَهُ *recordatio* hoc loco pro nomine agentis ذُو ذِكْرَهُ *recordans* positum esse, praedicatum singulare masculinum حَلِمَ demonstrat. Lin. 19. Pro ٱلْغَنَآءُ pone ٱلْغَنَآءَ accusativum, ex يُدْرِيكَ pendentem, ita, ut مَا هُوَ explanationem ad ٱلْغَنَآءَ adiectam efficiant. Lin. 19. Pro أَلَا تُمْسِكُ *nonne tacebis?* sive: *sane tacebis!* aptius poni أَلَا تُمْسِكْ *agedum, tace!* existimat Fleischerus. Nam particula أَلَا futuro praemissa introducit interrogationem ad-

firmantem sive adfirmationem nervosiorem; quod Dschauharius ita exponit: أَلَا حَرْفٌ يُفْتَحُ بِهِ ٱلْكَلَامُ لِلتَّنْبِيهِ تَقُولُ أَلَا إِنَّ زَيْدًا خَارِجٌ كَمَا تَقُولُ ٱعْلَمْ أَنَّ زَيْدًا خَارِجٌ. Sed particula أَلَّا futuro praemissa introducit increpationem iubentem, proptereaque explanator enchiridii studiosi, ed. Caspari pag. 4. particulam illam dicit poni لِلتَّحْضِيضِ *ad instigandum*, duplicemque eius usum, quum aut praeterito, aut futuro praemittatur, ita definit: فَمَعْنَاهَا اذا دَخَلَتْ عَلَى ٱلْمَاضِى ٱلتَّوْبِيخُ وَٱللَّوْمُ عَلَى تَرْكِ ٱلْفِعْلِ وَمَعْنَاهَا فِي ٱلْمُضَارِعِ الحَثُّ عَلَى ٱلْفِعْلِ وَالطَّلَبُ لَهُ فَهِىَ فِي ٱلْمُضَارِعِ بِمَعْنَى ٱلْأَمْرِ. Particula أَلَا imperativo praemissa valet: *agedum!* ut: أَلَا أَعْجَبْ agedum, mirare! Kosegarten chrest. ar. pag. 67. Lin. 23. Metrum est Ramal. ***Filia Asditae*** est لَيْلَى بِنْتُ الجُودِيّ Leila bint el dschûdi, amica Abdarrachmâni ben abi bekr, qui filius fuit Abi bekri, chalifae primi. Femina autem illa, Damasci orta, erat filia principis cuiusdam Arabis Gassânidae, qui الجُودِى بْن عَدِىّ بْن عِمْرَان بْن أَبِي عَمْرٍو ٱلْغَسَّانِى adpellabatur. Primo Abdarrachmân eam vidit Hierosolymis, amoreque eius captus est; quam ob rem Omar chalifa, Damasco ab Moslemis expugnata, eam dono dedit Abdarrachmâno. In vita Abdarrachmâni, ubi illum versiculum Ispahânensis iterum refert, pro يَا ٱبْنَةَ ٱلْأَزْدِيّ ab eo يَا ٱبْنَةَ الجُودِيّ ponitur.

Pag 39. lin. 3. Pro أَنْتَ بَعْدِى in cod. Petrop. انت تغدى scriptum est. Lin. 6. Vocabulum وَٱلْغِنَآءَ in accusativo ponitur, quia Wâwa praemissa valet: *cum*; Sacy gramm. ar. tom. 2. par. 132. Lin. 6. Pro أَلَا تَكُفُّ *nonne abstinebis?* pone أَلَّا تَكُفُّ *agedum abstine!* qua de re modo exposuimus. Lin. 8. Metrum est generis Tawil species secunda. Pro فَتُوَدِّعِ a Tantâwio فَتُوَدِّعِ *ut mox illa valedicat* ponitur; quod ad الحَاجَةُ *negotium, res gerenda*, fortasse trahendum est. In codice Petrop. فنودع scriptum est, quod aut فَنُوَدِّعِ *ut mox valedicamus*, aut فَنُوَدَّعِ *ut mox nobis valedicetur* legi potest. In cod. Paris. فَتُوَدَّعِ *ut mox ei valedicetur* i. e. illi negotio. Si masculinum فَيُوَدَّعِ ponitur, verbum hoc ad ٱلرَّبْعُ pertinet: ut mox illi mansioni valedicetur. Verbum فَنُوَدِّعِ ex more poetarum pro فَنُوَدِّعْ positum est. Futurum apocopatum vero usurpavit, quia hoc verbum جَوَابُ ٱلْأَمْرِ est, Sacy gramm. ar. tom. 2. par. 66. Fâa praemissa est رَابِطَةٌ لِلْجَوَابِ *subnectens responsionem*, Kâmûs pag. 1971. Sacy anthol. arab. pag. 90. ar. Atque pro نَقْضِى quoque apocopatum نَقْضِ poni debebat, quia hoc verbum ex imperativo عُوجَا pendet; sed

metri causa ex licentia poetarum futurum indicativum posuit. Lin. 9. Coniunctio أَنْ valet: *quominus*, quia verbo تُعْجِلَانِى subest sensus prohibendi, quasi positum esset: لَا تَمْنَعُونِى *ne prohibete me!* Sacy gramm. ar. tom. 1. par. 1234. tom. 2. par. 841. Kosegarten gramm. arab. par. 1314. Lin. 10. Pro دَعْ in cod. Petrop. rectius دَعِى imperativus femininus positus est; nam أَلْعَيْنُ est femininum. Lin. 12. Kuthajjir poeta clarissimus fuit, Dscherîro atque El farasdako fere aequalis, cui nomen أَبُو صَخْرٍ كُثَيِّرُ بْنُ عَبْدِ ٱلرَّحْمٰنِ بْنِ ٱلْأَسْوَدِ erat. Lin. 15. Pro فَسَكَتَ in cod. Petrop. فَأَمْسَكَ positum est, quod idem valet. Lin. 23. Pro nomine بِسَوْءٍ Tantâwius et Fleischerus rectius nomen actionis بِسُوءٍ poni existimant.

Pag. 40. lin. 2. Pro يَرْفُقُ a Tantâwio يُرَفِّقُ scribitur. Lin. 3. Pro أَخَذَتْهُ rectius أَخَذَتْهُ ponitur, quemadmodum lin. 15. scriptum est. Lin. 5. Pro عَنَى pone عُنِىَ passivum: *operam dedit.* Pro تُخُلِّ a Fleischero تَخَلَّ in forma prima, a Tantâwio تُخُلَّ ponitur. Pro وَبَقِى in cod. Petrop. وَيَبْقَى scriptum est. Lin. 9. Pro سَاعَةً pone سَاعَةَ definitum: *eo momento quo.* Pro وَٱللّٰهِ in cod. Petrop. وَوَٱللّٰهِ scriptum est. Pro قَصُرَتْ a Tantâwio قَصَّرَتْ ponitur. Lin. 12. Pro نَتَمَنَّى in cod. Petrop. نَتَهَنَّى scriptum est, quod pro نَتَهَنَّأَ *recreamur* positum esse videtur. Lin. 17. Unde nomen gentilitium أَلْقَلَانِىُّ ductum sit, nescio; num a loco قَالِيقَلَا Kâmûs pag. 1937.? Jn cod. Paris. القلانى scriptum est, in Petrop. القلاى. Lin. 19. Pro أَلْبَرِيدَ in utroque codice البزيد scriptum est. Lin. 20. Pro بِرْكَةٌ pone بِرْكَةً cum nunatione. Lin. 23. Metrum est Bassît. Adfert hos versiculos etiam El makînus, ed. Erpen. pag. 85. Pro لَهْفِى *pro dolor!* plerumque لَهْفَى scribi, adnotat Fleischerus, Hamâss. pag. 19. Enchirid. studios. ed. Caspari pag. 39.

Pag. 41. lin. 2. Pro آرَقَهَا *insomnem reddidit eam* a Tantâwio أَرَّقَهَا ponitur, quod idem significat. Lin. 4. Pro مُلَاءَةٌ *amiculum*, quod ex Freytagii lexico arabico, tom. 4. pag. 203. receperam, pone مُلَاءَةٌ rectam illius vocabuli formam, Kâm. pag. 35. Ita scripserunt etiam Tantâwius et Fleischerus Lin. 5. Pro فِيهَا apud El makinum ed. Erpen. pag. 86. مِنْهَا scribitur: quod fortasse rectius est. Ad نَهْلَةً *haustum unum* El makînus addit: بَانَ نُقْصَانُهَا مِنْهَا i. e. ex quo imminutio illius [baptisterii] adparuit;

quibus verbis haustus largus significatur. Lin. 8. Metrum est Kâmil. Lin. 13. Ad نَقَّصَ *deminuit* Tantâwius adnotavit: نَقَصَ أَفْصَحُ *elegantius* نَقَصَ *ponitur.* Lin. 14. Saîd el chair quidem a Fîrûsâbâdensi non laudatur, sed سَعْدُ الْخَيْرِ Saad el chair, homo quidam narrator, pag. 519. Lin. 17. Pro زَعْفَرَانَ pone زَعْفَرَانِ perinde ut pag. 36. Tantâwius vero flectionem illam non improbasse videtur; nihil enim adnotavit. Verba بُسِطَ — ٱلْبِرْكَةِ in cod. Petrop. omissa sunt. Lin. 22. Pro حَصَرٍ a Tantâwio حَضَرٍ ponitur. Pro يَقْتَرِحُهُ in cod. Petrop. يَقْتَرِعُهُ *eleget id* scriptum est.

Pag. 42. lin. 11. Metrum est generis Ramal species quinta, Sacy gramm. arab. tom. 2. pag. 638. Lin. 18. Pro تُحَصَّلُ *qui comparentur* a Fleischero يَحْصُلُ *qui praesto sint* ponitur. Lin. 22. Pro فَأُطْلِىَ rectius ponitur فَٱطَّلَى *unctus est,* Fleisch.

Pag. 43. lin. 1. Verba لَئِنْ لَمْ *nisi* ponenda esse censet Fleischerus; in utroque codice vero لَوْ لَمْ scripta sunt. Lin. 2. Verba مُزَجَّرُ ٱلْكَلْبِ Fleischerus significare censet: *qui increpatur a cane, quem abigit canis,* quemadmodum ponitur مَقْتُولُ عَمْرٍو *qui occisus est ab Amro;* quae verborum structura ab Arabibus إِضَافَةُ ٱلْمَفْعُولِ إِلَى ٱلْفَاعِلِ vocatur; vide Centum dicta Alii, ed. Fleischer. pag. 104. adnotat. ad. nr. 87. Bâam vero vocabulo مُزَجَّرٍ praemissam esse eam, quae Beth essentiae adpellari solet; sensum verborum vero esse hanc imprecationem: „nisi hunc hominem aliquatenus edocebo, quanta facultate canendi polleo, sim canibus abactus!“ Mihi quidem coniectura significata esse videtur: „nisi canendo hunc hominem edocebo, qualis sim, res eo deveniet, ut me prorsus despiciant, asperrimeque habeant.“ Nam modo dixerat Mabed, hominem illum, formoso habitu praeditum, a balneatore summa cura exceptum, ceteros homines vero, qui aderant, neglectos esse. Tantâwius non بِمُزَجَّرٍ sed بِمَزْجَرِ scribendum esse dicit, additque haec: مَزْجَرُ ٱلْكَلْبِ مَحَلُّ زَجْرِهِ وَذَلِكَ ٱلْمَحَلُّ ٱلْمُحْتَقَرُ فَمَعْنَى لَأَكُونَنَّ بِمَزْجَرِ ٱلْكَلْبِ لَأَكُونَنَّ مُمْتَهَنًا مُحْتَقَرًا مُبْعَدًا i. e. „*Masgar* canis est locus expulsionis eius; hic vero est locus contemtus. Itaque sensus verborum: profecto, ero in loco expulsionis canis, hic est: profecto, ero despectus, contemtus, abactus.“ Locus alius, in quo dictio illa eodem sensu posita est, apud Ispahânensem in vita Mohammedis ben âïscha exstat. Narrat autem ibi, aliquando, quum apud El walîdum ben jesîd, chalifam, Mabed et Mâlik ben abis samch, citharoedi clari, adessent, ad eos accessisse

Mohammedem ben àïseha, eitharoedum iuvenem, summoque honore eum a chalifa exceptum esse, citharoedis ceteris neglectis; quibus expositis, addit haec: فَغَضِبَ مَعْبَدٌ وَقَالَ يَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ إِنَّا مُقْبِلُونَ إِلَيْكَ بِأَقْدَارِنَا وَأَسْنَانِنَا وَإِنَّكَ تَرَكْتَنَا بِمَزْجَرِ ٱلْكَلْبِ وَأَقْبَلْتَ عَلَى هَذَا ٱلصَّبِيِّ i. e. „Tum Mabed irascens dixit: o princeps credentium, nos quidem te convenimus, homines arte praecellentes, aetateque provecti; tu vero nos relinquis in loco expulsionis canis, atque ad illum puerum te convertis.“ Quid vero sit locus expulsionis canis, non satis certe scio; num locus, in quem expellunt canem? Canes in urbibus orientis hoc quidem tempore paene non domestici sunt, sed feri per plateas oberrant, suo marte victum sibi parantes. Verba زَجَرَ ٱلْكَلْبَ valent نَهْنَهَهُ *abegit canem*, Kàmûs pag. 534. Lin. 5. Pro الا فَعَلَهُ pone إِلَّا فَعَلَهُ cum Teschdîdo. Lin. 8. Pro عَلُوَّهْ ad finem hemistichii secundi posito in cod. Paris. عَلَى وَّهْ scriptum est. Versiculos hos ad metrum Wâfir referri posse adnotat Fleischerus, si verba modo vitioso, ad sermonem vulgarem inclinante, sic proferuntur, ut vocalibus a nobis adscriptis significatum est; vocabulum عَلُوَّهْ *eheu* vero interiectionem doloris esse, qua sermo vulgaris utitur, ex عَلَى ٱلْوَّهْ vel عَلَى وَّهْ *proh dolor!* ortam. Nomen piscis vel anguillae سِلُّورٌ idem quod σίλουρος Graecorum esse videtur; vocales, quas posui, in apographo meo codicis Parisiensis, ab Ayda, Arabe, exarato adscriptae sunt. Apud Meninskium سَلُّورٌ exstat, ex Casirii bibliotheca sumtum; sed Casirius interdum pronuntiationem non satis explorate significat. Mabed, quum haec exponit, demonstrare vult, hominem illum, qui hospitio ipsum excepit, virum bonum quidem et benignum, sed ingenio hebeti praeditum, cantusque existimatorem ita pravum fuisse, ut miseram cantoris sui domestici cantilenam egregio Mabedi cantui praeferret. Lin. 9. Pro ٱلسَّمَكَ pone ٱلسَّمَكُ nominativum. Lin. 11. Metrum est Wâfir. Hic versiculus in memoriam revocat verba Virgilii: Malo me Galatea petit, eclog. 3. vers. 64. eaque, quae apud Theocritum 5. vers. 88. et 6. vers. 6. exstant. Lin. 16. De Rubaieha, cantrice clara, supra dictum est pag. 27. Lin. 17. Pro يَا ٱبْنَ عَاهِرَةِ ٱلدَّارِ cognomine Mohammedis ben àïseha, cuius mentionem pag. 15. fecimus, in codice Petrop. يَا ٱبْنَ عَائِشَةَ scriptum est. Lin. 19. De Ebn schammàs diximus pag. 22. Lin. 21. Pro عَنْ أَبِيهِ in cod. Par. قَالَ أَبِيهِ scriptum est.

Pag. 44. lin. 4. Pro هُذَيْلٍ Fleischerus rectius هُذَيْلَ poni existimat, quia nomina patrum, quando pro nominibus tribuum ponuntur, tanquam nomina feminina

declinationem secundam sequuntur. Lin. 7. Koaikiân nomen locorum aliquot, atque montis prope Mekkam siti, esse perhibet Kâmûs pag. 1077. Lin. 8. Pro فَدَنِى in utroque codice فدنى scriptum est; sed vocabulum solitum فَدَنًا *accessit* ponendum esse censet Tantâwius. Lin. 12. Pro وَتَخَلَّطِى a Tantâwio وَتَخَلَّطِى ponitur. Lin. 13. Pro حُجْرَتِهِ *atrii eius* a Fleischero et Tantâwio حُجْرَتِهِ *conclavis eius* ponitur. Lin. 16. Pro أُعْجَبُ *delectabar* a Tantâwio أَعْجَبُ *mirabar* scribitur. Lin. 18. Pro أَصْوَاتَا pone أَصْوَاتًا cum nûnatione. Verba أَمْسِكْ عَلَىَّ صَوْتَكَ transtuli: *audi ex me cantilenam tuam!* coniectura tantum ductus. Ad verbum illa valent: *tene in me vel ad me cantilenam tuam!* Apud Meidânium ed. Freyt. tom. 2. pag. 638. hoc proverbium exstat: أَمْسِكْ عَلَيْكَ نَفَقَتَكَ *tene ad te expensum tuum* i. e. cohibe sumtum, esto parcus! Lin. 19. Pro لِهِنْدِ pone لِهِنْدٍ cum nûnatione. Lin. 21. Pro وَصَاحَوا pone وَصَاحُوا cum Damma.

Pag. 45. lin. 1. Pro بِأَدَآءٍ غِنَآئِنَا غِنَآءٍ مِنَّا in cod. Par. بادا غنايناعنا منا scriptum est. Lin. 5. Pro لَفْقَتَ in cod. Petrop. انفقت scriptum est. Lin. 9. Metrum est generis Chafîf species quarta, Sacy gramm. ar. tom. 2. pag. 642. Lin. 12. Pro تَدْلِى مُصَفَّرًا ponendum esse تُدْلِى مُصَفَّرًا a Tantâwio edoctus sum, atque etiam in utroque codice مصفرا scriptum est. Deinde pro تِرْبِهَا a Tantâwio تِرْبِهَا poni videtur. Versiculos hos enim ita explicat: قُلْ لِهِنْدٍ وَتِرْبِهَا أَىْ مُسَاوِيهَا فِى ٱلسِّنِّ قَبْلَ ٱلْفِرَاقِ غَدًا إِنْ تَجُودِى مَقُولُ ٱلْقَوْلِ أَىْ إِنْ تُنْعِمِى بِٱلْوِصَالِ فَكَثِيرًا مَا بِتُّ سَاهِرًا يَعْنِى فَأَنَا أَسْتَحِقُّ وِصَالَكِ لِكَثْرَةِ مَا قَاسَيْتُ أَنْتِ خَيْرُ نِعْمَةٍ عِنْدَنَا يَدًا مَنْصُوبٌ عَلَى ٱلتَّمْيِيزِ فِى وُدٍّ بَيْنَنَا أَىْ بِسَبَبِ الْحُبِّ الْحَاصِلِ بَيْنَنَا أَوْ فِى حَالَةِ ٱلْوُدِّ حِينَ تُرْخِى شَعْرَكِ ٱلْأَسْوَدَ الْمَجْدُولَ مُصَفَّرًا بِٱلضَّادِ ٱلْمُعْجَمَةِ. Igitur versiculi illi sic reddendi sunt:

Dicito Hindae, eiusque sodali, ante quam
Instituatur iter longinquum cras:
„Quodsi iam mihi largiris optata, recte facis;
Nam sane diu noctes meas transegi pervigil!
Tu in amore eo, qui inter nos intercedit,

Beneficiorum mihi collatorum summum es,
Quando pandis capillum plexum,
Nigricolorem, atrum.

Amicae crastino die abiturae mentio fit saepius. Ita Omar ben abi rebìa pag. ٦٥ dicit: قَالَ الْخَلِيطُ غَدًا تَصَدُّعنا i. e. „dicit amica: cras separabimur.“ Nam pro تُصَدِّعُنَا ibi تَصَدُّعُنَا ponendum esse adnotavit Tantâwius. Atque Nossaib pag. ٢١١ ita: أَلَا لَيْتَ شِعْرِى ما ٱلَّذِى تُحْدِثِينَ لِى غَدًا غُرْبَةَ ٱلنَّأْىِ ٱلْمُفَرِّقِ وَٱلْبُعْدِ i. e. „o utinam scirem, quid mihi adlatura sis cras, peregrinatio abitus nos discindentis, et longinquitatis!“ Iter mox instituendum etiam pag. ١٩٠ verbis قَبْلَ شَحْطٍ مِنَ ٱلنَّوَى significatur. Vocabulo تِرْبٌ *aequalis, sodalis,* amica puellae significari solet; quemadmodum Omar ben abi rebîa pag. ٧٢ dicit: قَالَتْ لِتِرْبٍ لَهَا تُحَدِّثُهَا i. e. „dixit illa cuidam suae amicae, quacum colloquebatur.“ Interdum vero vocabulum illud virum aequalem significat; quod Tebrîsensis ita exponit: أَكْثَرُ مَا يُسْتَعْمَلُ ٱلْأَتْرَابُ فِى ٱلنِّسَآءِ يُقَالُ هَذِهِ تِرْبُ فُلَانَةَ إِذَا كَانَتْ عَلَى سِنِّهَا وَرُبَّمَا ٱسْتُعْمِلَ ذَلِكَ فِى ٱلرِّجَالِ Hamâss. pag. 225. Imperativum قُلْ non ad لِهِنْدٍ modo, sed etiam ad لتربها referendum, igiturque لِتِرْبِهَا pronuntiandum esse, ideo parum probabile mihi videbatur, quia poeta in iis, quae sequuntur, non Hindam eiusque amicam, sed solam Hindam adloquitur.

Caput quartum.

Continet partem primam vitae Omari ben abi rebîa.

Deinde ex cantilenis tribus haec est. 46.

Cantilena

cui modos quatuor aptatos esse perhibet Ali ben el hossein.

Questus est El komait cursum suum, quum eum impellerem
Clareque hoc eloquutus esset, si modo posset verba facere;
Ideoque mihi propinquiorem quam ceteros equos meos eum colloco,
Praecipioque, ut non vilis habeatur, sed adficiatur honore.
Tum ei dixi: „Imperti oculo refrigerationem!
Nam parum curo te languescere et defatigari.
Perdam opes meas, profundamque cordis mei sanguinem,
Nisi meridie in Karno quiescam, si Deus me tuetur!"

Metrum ex genere Tawîl est. Verba „nisi meridie in Karno quiescam" significant eum properanter iter facere, ut iam meridie in illo loco quiescere possit. Est autem ille locus Karn el menâsil, cuius mentionem in suis carminibus saepius facit. Carmen hoc pepigit Omar ben abi rebîa Machsûmita. Cantus vero huius modi delecti, ab Ebn soraidscho compositus, est gravis secundus missus in curriculo digiti medii. Deinde ab Ishâko huic carmini aptatus est gravis secundus cum annulari, quem retulit Amr ben bâna. Porro ei aptatus est gravis primus, quem Jachja Mekkanus composuisse fertur; porro levis Ramali, quem ab Achmedo ben mûssa astronomo compositum ferunt; denique gravis secundus alius, ab El motadido confectus, isque praestantissimus. Atque Amr ben bâna quoque modum huic carmini aptavit; qui vero periit, quia, quae hic homo composuit, perierunt.

Tradidit mihi Dschachda, dixitque: haec mihi narravit Abu abdalla Hâschimita, qui dixit: aptavit Amr ben bâna modum quendam carmini: „Questus est El komait cursum suum." Quod mihi tradidit quaedam nostrarum matronarum, quae dixit: modum illum Mutajjamae proponere volebamus, ut, quomodo de eo sentiret, cognosceremus. Diximus igitur cuidam ancillae, quae ab Amro eum didicerat: „cane carmen:

„questus est El komait" ad modum illum novum!" Tum Mutajjama: „quid hoc modi novi est, recentisque El komaiti?" Respondimus: „modus ab Amro ben bâna compositus." Deinde eum cecinit illa ancilla. Mutajjama vero: „finem fac, finem fac! satis, superque, cecinisti. Per deum, sane asinus Honaini fractus magis quam modus ille refert El komaitum!"

47. Exponitur vita Omari ben abi rebîa, eiusque genus.

Fuit ille Omar, filius Abdallae, filii Abu rebîae, cui Abu rebîae erat nomen Hudsaifa, filii El mugîrae, filii Abdallae, filii Omari, filii Machsûmi, filii Jakadae, filii Morrae, filii Kaabi, filii Lowajji, filii Gâlibi. Reliqua pars huius genealogiae exposita est in genealogia Abu katîfae. Praenomen Omar ben abi rebîa erat Abul chattâb. Avus eius, Abu rebîa, cognominabatur Dsur rumchain, i. e. ***bihastius.*** Quod cognomen propter proceritatem accepit. Dicebant enim eum quasi duabus hastis ire.

Hoc mihi tradidit El harami ben abil alâ, qui dixit: hoc nobis narravit Essobair ben bekkâr, qui dixit: narravit mihi id patruus meus, atque Mohammed ben eddachchâk, qui id a patre, Eddachchâko, acceperat, cui ab Othmâno ben abdarrachmân, Jarbûita, traditum fuerat. Alii vero eum in proelio Okâdensi, duabus hastis instructum, pugnavisse, proptereaque Dsur rumchain adpellatum esse ferunt.

Atque hoc mihi tradidit item Ali ben ssâlich ben el heithem, qui dixit: hoc mihi narravit Abu hiffân, qui id ab Ishâko ben ibrahîm Maussilensi acceperat, cui traditum fuerat ab Mosab Sobairita, atque El meidânio, et Mohammede ben sallâm, atque El mussajjabio. Qui dixerunt: in illum hominem [***Dsur rumchainum***] dicit Abdalla ben essibara:

O, Deo commendata sit gens, quam peperit soror Sahmitarum!
Hischâm, atque Abu abd menâf, princeps ille pugnatorum,
Atque Dsur rumchain sunt leonini robore et intrepiditate.
Hi uterque hostem repellunt, dum ille e propinquo iaculatur,
Leones, qui despiciunt aemulos, abiguntque adversarios.
Hi in proelio Okâdensi tuiti sunt homines a clade,
Hique iis, quos procrearunt, donaverunt thesaurum nobilitatis eximiae.
Quodsi iuro: per domum Dei! non iuro falsum;
Certe nulli exstant fratres inter castella Syriae et Erradmum,
Qui probiores sunt quam filii Raitae, vel spectabiliores constantia.

48. Abu abd menâf est El fâkih, filius El mugîrae. Raita vero illa, cuius mentionem

facit, erat mater filiorum El mugîrae, ipsaque filia Saîdi ben saad, quae ex El mugîra peperit Hischâmum, Hâschimum, Abu rebîam et El fâkihum.

Hoc mihi tradiderunt Achmed ben suleimân ben dâwud Tûssensis atque El harami ben el alâ, qui dixerunt: nobis hoc narravit Essobair ben bekkâr, qui dixit: nobis hoc narravit Mohammed ben jachja ben abd el asîs ben abi thâbit, qui dixit: mihi hoc tradidit Mohammed ben abd el asîs, qui hoc ex Ebn abi nahschal audiverat, cui a patre traditum fuerat. Qui dixit: aliquando Abu bekr ben abdarrachmân ben el hârith ben hischâm, quum pecuniam ab eo exacturus eum convenissem, mihi dixit: „o avuncule, en haec quattuor millia dirhemorum; recita vero hos quattuor versiculos, atque dic: ex Hassâno eos audivi, quum eos recitaret legato Dei.“ Respondi: „Deus prohibeat, ne contra Deum, eiusque legatum, aliquid confingam. Sed si vis, dicam: „ex Aïscha audivi, quum eos recitaret“ hoc faciam.“ Ille vero: „minime hoc! nihil volo, nisi ut dicas: ex Hassâno eos audivi, quum eos recitaret legato Dei, adsidenti.“ Itaque ille sic mihi renitebatur, egoque renitebar ei; unde factum est, ut per aliquot dies non inter nos colloquéremur. Deinde vero me arcessivit, mihique dixit: „pange versiculos, quibus Hischâmum, filium dico El mugîrae, celebres, filiosque Omajjae.“ Tum ego: „nominatim eos mihi significa!“ Igitur nominatim illos significavit, addiditque: „recita illos versiculos, tanquam Okâdae editos, eosque dic a patre tuo compositos esse.“ Itaque pepigi illos versiculos, quorum primus est:

O, Deo commendata sit gens, quam peperit soror Sahmitarum.

Addidit ille: deinde eum conveni, dixique: „hos versiculos pepigit pater meus.“ Ille vero: „non ita res se habet; sed pepigit eos Ebn essibara.“ Addit ille: ita factum est, ut in libris hominum versiculi illi adhuc Ebn essibarae tributi sint.

Dixit vero Essobair: hoc mihi tradidit Mohammed ben el hassan Machsûmita, qui dixit: tradidit mihi Mohammed ben talcha, Omarum ben abi rebîa pepigisse versiculos illos:

O, Deo commendata sit gens, quam peperit soror Sahmitarum.

Hoc mihi tradiderunt Achmed ben abd el asîs gemmarius et Habîb ben nasr Mohallabida, qui dixerunt: narravit hoc nobis Omar ben schabba, qui dixit: narravit mihi hoc Mohammed ben jachja, qui dixit: mihi hoc narravit Abd el asîs ben imrân, qui dixit: tradidit mihi Mohammed ben abd el asîs, quae ab Abu nahschal acceperat, cui a patre tradita fuerant; quae cum iis consentiunt, quae Essobair tradit, ab illo accepta. Adiicit iis vero Omar ben schabba haec: dixit Mohammed ben jachja: soror illa Sahmi-

tarum, quam poeta laudat, est Raita, filia Saîdi ben sahm ben amr ben hossais ben kaab
49. ben lowaj. Fuit illa mater filiorum El mugîrae ben abdalla ben omar ben machsûm, qui erant Hischâm, Hâschim, Abu rebîa, El fâkih, et aliquot alii, qui non reliquerunt prolem. Ad illos homines respicit Abu dsuwaib, ubi dicit:

Rudente gutture praeditus, qui semper esse videtur
Servus aliquis gentis Abu rebîae efferatus.

Splendor huius gentis in proverbium cessit. Nomen Abdallae ben abi rebîa tempore paganismi erat Bodschair; legatus Dei vero eum adpellavit Abdallam. Koraischitae eum El idl i. e. *aequipondium* vocabant. Nam Koraischitae tempore paganismi anno uno suis impensis totam Kaabam convestiebant, annoque altèro Bodschair suis impensis eam convestiebat. Igitur illo nomine declarare volebant, sibi omnibus in hac re peragenda Bodschairum solum quasi aequipondium esse. De eo Ebn essibara dixit haec:

Bodschair, filius Dsur rumchaini, me adfecit honore,
Promtaque erga me fuit eius liberalitas, non tarda.

Alii vero El idlum fuisse dicunt El walîdum ben el mugîra. Abdalla ben abi rebîa erat mercator dives, cui commercium in El jemena erat, numerabaturque inter homines opulentissimos. Mater eius erat Asmâa, filia Machrabae, vel, ut alii ferunt, Machramae. Erat illa unguentaria, ad quam unguenta ex El jemena adferebantur. In matrimonium eam duxit etiam Hischâm ben el mugîra, cui Abu dschahlum et El hârithum, filios Hischâmi, peperit. Est illa igitur mater horum duorum hominum, porroque mater Abdallae et Ajjâschi, filiorum Abu rebîae.

Hoc mihi tradiderunt El harami atque Tûssensis, qui dixerunt: nobis haec narravit Essobair, qui dixit: haec mihi narravit patruus meus, cui ab El wâkedio tradita fuerant; qui dixit: Asmâa, filia Machrabae, unguenta vendebat El medînac. Qua de femina hoc narravit Arrubajjia, filia Muawwidsi ben afr, Anssâria, cuius pater in proelio Bedrensi Abu dschahlum interfecerat, cui caput vero abscidit Abdalla ben masûd; quamquam alii ab ipso Abdalla ben masûd illum interfectum esse ferunt. Narrat igitur Arrubajjia, ad se venisse Asmâam, filiam Machrabae, ungnenta sua vendituram, cum nonnullis feminis. Addit Arrubajjia: tum Asmâa interrogavit, quaenam essemus, nosque ortum nostrum ei exposuimus. Quo comperto, illa: „tu igitur, inquit, filia illius hominis es, qui dominum suum interfecit!“ quibus verbis Abu dschahlum significabat. Respondi: „minime hoc; sed filia illius hominis sum, qui servum suum interfecit!“ Tum illa: „tibi aliquid mei unguenti vendere, mihi non licet.“ Egoque: „neque mihi aliquid huius

unguenti emere licet; sane nunquam inveni unguenta, quae foeterent, nisi tua." Quibus dictis surrexi, quanquam, per Deum, nunquam unguenta videram suaveolentiora quam illa; contemnebam ea ideo tantum, quia Asmâae indignationem movere volebam.

50.

Abdalla ben abi rebîa servos Habessinios habebat, qui ministeriis omnibus fungebantur. Traditum est ab Sofjâno ben ojaina, homines quosdam legato Dei, quum ad proclium Honainense proficisceretur, dixisse: „nonne Habessinios filiorum El mugîrae adsumere vis adiutores?" Illum vero respondisse: „in Habessiniis nihil boni inest; si esuriunt, furantur; sin satures sunt, scortantur. Sed duae tamen virtutes in iis insunt, suppeditatio cibi, et fortitudo in adversitate." Praefecit legatus Dei Abdallam ben abi rebîa El dschenedae, eiusque pagis; cui terrae praefuit, quoad occisus est Omar, quem misericordia amplectatur Deus. Quod ab Ebn essobairo traditum est, qui id a patruo acceperat. Dixit ille: narravitque mihi Ebn el madschuschûn, etiam ab Othmâno ben affân illum illi terrae praefectum esse. Mater Omari ben abi rebîa erat ancilla, cui nomen erat Medschdae, quam captivam adduxerant ex Hadramauta, vel, ut alii ferunt, ex Himjaritis. Dixerunt Abu muhallim et Mohammed ben sallâm: fuit illa ex Himjaritis, indeque factum est, ut Omar ben abi rebîa ad poesin amatoriam se conferret; nam in proverbio sunt blanditiae amatoriae Jemenicae et lusus amatorius Hidschâsiens. Dixit Omar ben schabba: mater Omari ben abi rebîa erat ancilla nigra ex Habessiniis illis, qui Farassân vocantur. Sed hoc per errorem traditum est ab Abu seido; femina enim illa fuit mater eius fratris, El hârithi ben abdalla, qui El kûba cognominabatur, eratque illa christiana. El hârith ben abdalla vero fuit homo nobilis, generosus, religiosusque, qui in principibus Koraischitarum numeratur. Dixit Essobair ben bekkâr: mentionem illius viri aliquando fecit Abd el mâlik ben merwân, postea quam illum Abdalla ben essobair praefectum creaverat. Dixit igitur ille: „mitte Aufum, et procede ultra; nullus ingenuus est in valle Aufi." Tum ei Jachja ben el hakam: „quisnam, inquit, est El hârith, filius matris nigrae?" Abd el mâlik vero illi: „est ille is, quem eius mater peperit meliorem eo, quem peperit mater tua." Hoc mihi tradidit Ali ben ssâlich, cui ab Ishâko ben ibrahîm traditum fuerat, qui id ab Sobairida, atque El madâïnensi, et Mussajjabida, acceperat: mater Omari ben rebîa mortua est christiana; filium vero illa hoc celaverat. Homines nobiliores quum ad eius funus accessissent, El hârith ex mulieribus murmura audivit. Causam rei sciscitatus, matrem mortuam esse christianam comperit, crucemque in eius collo inventam esse; quod illa eum celaverat. Itaque El hârith ad homines illos egressus: „revertimini domum, inquit, misericordia vos amplectatur Deus! sunt matri meae ho-

mines, sacris iisdem, quibus illa, addicti, qui meliori iure, quam nos et vos, eam sibi vindicabunt." Tum illi hoc eum recte sensisse existimaverunt, idque, quod fecerat, mirati sunt.

51. Descriptio cantus, cuius mentio fit in his narrationibus.

Cantilena.

O Deo commendata sit gens, quam peperit soror Sahmitarum!
Hischâm, atque Abu abd menâf, princeps ille pugnatorum,
Atque Dsur rumchain, sunt gentes, praeditae robore et intrepiditate;
Hi uterque hostem repellunt, dum ille e propinquo iaculatur.

Metrum est ex Hesedsch constricto. Cantus, a Mabedo compositus, est levis Ramali, ut tradidit Hammâd. Haec mihi tradidit Mohammed ben chalaf wakì, qui dixit: dixit Ismaîl ben mudschamma: haec nobis tradidit El madâïnensis, qui id accepit ab Rostam ben ssâlich, qui dixit: Jesìd ben abd el mâlik aliquando dixit Mabedo: „volo tibi exponere, quid de te sentiam. Si vero alia profero, quam quae ipse sentis, noli verecundari haec mihi opponere!" Respondit Mabed: „o princeps credentium, dominus tuus in eo loco te posuit, ut tibi non refragetur, nisi qui in errore versatur, neque tibi aliquid opponat, nisi qui peccat." Tum Jesìd: „quod in cantu tuo deprehendo, id in cantu Ebn soraidschi non item invenio. Deprehendo enim in cantu tuo firmitatem, in illius hominis cantu vero inflectionem et mollitudinem." Cui Mabed: „per illum, qui chalifatu suo ornavit principem fidelium, eumque servis suis gratificatus est, procuratoremque sui prophetae genti eum praefecit, non perperam definivit princeps credentium naturam meam, naturamque Ebn soraidschi, sentitque ita etiam Ebn soraidsch, idemque ipse sentio. Sed si principi credentium placet, ut mihi dicat, num definitio illa aliquid de dignitate mea detrahere ipsi videatur, hoc faciat!" Jesìd vero: „minime hoc, inquit; sed oblectationem animi ceteris rebus omnibus praefero." Tum Mabed: „mi domine, quodsi vero Ebn soraidsch cantui levi studet, ego vero ad plenum integrumque propensus sum, egoque in occidentem tendo, ille vero ad orientem versus procedit, quoniam tempore fiet, ut coeamus?" Chalifa vero: „potesne imitari, inquit, tenerum Ebn soraidschi cantum?" Respondit Mabed: „sane possum." Quibus dictis, statim modum levem composuit, aptatum carmini:

O, Deo commendata sit gens, quam peperit soror Sahmitarum!

quattuor illos versiculos complectenti, eumque cecinit. Quo audito, Jesìd exclamavit: „modum egregium composuisti, per Deum, mi domine! iterum eum cane, devoveantur

pro te pater meus, materque mea!" Iterum igitur ille modum illum cecinit. Tum chalifa: „iterum eum cane, devoveantur pro te pater meus, materque mea!" Iterumque eum cecinit Mabed. Chalifam vero gaudium eo abripuit, ut de sella exsiliret, ancillisque suis succlamaret: „facitote id quod facio!" Quibus dictis, per domum circumcurrere coepit, illaeque cum eo cucurrerunt. Ipse vero clamabat:

O domus, fac me circumcurrere! O Korkor, prehende me! 52.
Juravisti quidem dudum, certe te me repudiaturam esse,
Neque me conventuram esse! Per Deum, miserere mei!
Non meministi iuris iurandi mei?

Addit narrator: neque desiit ille circumcurrere perinde ut pueri circumcurrunt, circumcurrentibus cum eo ancillis, quoad concidit, quum animus eum reliquisset, ancillaeque super eum corruerunt, ita ut neque ipse, neque ancillae mentis compotes essent. Tum famuli ad chalifam accurrerunt, ancillisque, quae super eius tergo iaciebant, sublevatis, eum asportaverunt, iamque animus ad eum redierat, vel in eo erat, ut rediret.

Revocatur oratio ad historiam Omari ben abi rebîa.

Omar ben abi rebîa filium habebat, qui Dschuwân adpellabatur. In quem dicit El ardschi:

Testificatur mihi Dschuwân amorem illius puellae;
Nonne testis incorruptus de illa exstitit Dschuwân?

Hoc mihi tradidit El harami, qui dixit: hoc nobis narravit Essobair ben bekkâr, qui dixit: nobis hoc narravit Jachja ben mohammed ben abdalla ben thaubân, qui dixit: Dschuwân, filius Omari ben abi rebîa, ad Sijâdum ben abdalla, Hârithidam, qui illo tempore provinciae Hidschâsensi praefectus erat, perrexit, testimoniumque quoddam apud eum reddidit. Tum Sijâd recitavit illum versiculum:

Testificatur mihi Dschuwân amorem illius puellae;
Nonne testis incorruptus de illa exstitit Dschuwân?

Quod carmen ab El ardschio compositum est. Deinde Jesîd: „testimonium tuum, inquit, fide dignum existimamus" idque ratum habuit. Homo quidam alius vero quam Essobair tradit, Dschuwânum deinde ad El ardschium perrexisse, eique dixisse: „quid mihi tecum rei est, ut carminibus tuis me infames? Quando testimonium de amica tua reddere

me inssisti? Et quando de huius generis re testimonium dedi?“ Erat enim ille homo pius.

Hoc mihi tradidit El harami, qui dixit: haec nobis narravit Essobair, qui dixit: mihi hoc narravit Bekkâr ben abdalla, qui dixit: princeps quidam, qui Mekkae praeerat, provinciae Tabâlensi praefecit exactorem Dschuwânum, filium Omari. Qui Chathamitis decumas pecorum imposuit tam graves, ut illi annum Dschuwâni constituerent aeram. Propterea dixit Dobâra ben ettofail:

Utrum nobiscum consuescet Leila, etsi squalemus,
Anno illo adflicti, an opprimemur contemtu?

Cantilena.

53. **Ego illi feminae videor lorum esse detritum;**
Sed placet ei homo blandus, cincinnatus, oleo nitens.
Quodsi illa me vidisset in diebus illis praeteritis,
Qui ex biennio erant, quod antecessit annum Dschuwâni,
Nobilissimum gentis meae me esse vidisset, flagravissetque
Inter nos amor, cumque servavissemus cura summa!
Prohibet quidem illa animas sitientes ab amore;
Hae vero tamen colla ad eum reflectunt.

Tradit Habasch cantum, qui his versiculis aptatus est, composuisse El garîdum, eumque esse gravem secundum cum annulari. El hâschimi vero eum ab Karârîto confectum esse perhibet. Porro narratores illi tradiderunt hoc: habebat Omar etiam filiam, quae Amat el wâchid adpellabatur, atque apud Hodsailitas nutriebatur. In quam dixit Omar ben abi rebîa, quum eam quaesiturus iter fecisset, atque a via aberravisset:

Nesciebat, igiturque ei ignoscat eius dominus,
Quid ipsa molestiae nobis imposuerit, Amat el wâchid!
Imposuit illa iumentis nostris dira;
Percunctantur de tentorio Abu châledi;
Percunctantur de magistro Abu kâhili;
Exstincta est defatigatione vox inquisitoris.

Tradidit nobis hoc Mohammed ben chalaf ben el marsubân, qui id ab Abu bekro, Amerita, acceperat. Hoc mihi tradiderunt Achmed ben abd el asîs el dschauhari et Habîb ben nasr, Mohallabida, qui dixerunt: nobis hoc narravit Omar ben schabba, qui dixit: mihi hoc narravit Jakûb ben el kâssim, qui dixit: hoc nobis narravit Osâma ben seid ben el hakam ben awâna, qui id ab Awâna ben el hakam acceperat, qui dixit: puto hoc ab El hassano traditum esse, qui dixit: natus est Omar ben abi rebîa nocte ea, qua Omar

ben el chattâb interfectus est; quanta igitur veritas tunc sublata est, quantaque orta futi-
litas! Addit Awâna: mortemque obiit Omar ben abi rebîa, prope septuaginta annos natus,
vel etiam hos annos egressus. Hoc mihi tradiderunt El dschauhari atque Mohallabida,
qui dixerunt: nobis hoc narravit Omar ben schabba, qui dixit: mihi hoc narravit Abdalla
ben el harith, qui id ab Ebn dschoraich acceperat, cui ab El atâ traditum fuerat, qui
dixit: Omar ben abi rebîa mihi aetate praestabat, fere primo islamismi tempore natus.

Hoc mihi narraverunt El dschauhari atque Mohallabida, qui dixerunt: nobis hoc
narravit Omar ben schabba, qui dixit: hoc mihi narravit Hârûn ben abdalla Sohrida,
qui dixit: mihi hoc narravit Ebn abi thâbit; porroque id mihi narravit Ali ben abi ssâ-
lich ben el heithem, qui id ab Abu hiffân acceperat; cui ab Ishâko traditum fuerat, qui
id audiverat ex El mosajjabio, et Sobairida, atque El madâïnensi, et Mohammed ben
salâm, qui dixerunt: dixit Ajjûb ben sajjâr; porroque id mihi tradidit El harami, qui 54.
dixit: mihi hoc narravit Mohammed ben hassan, Machsûmita, qui id audiverat ex Abd
el asîso ben imrân, cui ab Ajjûbo ben sajjâr traditum fuerat, qui id ex Omaro eddsakâ
audiverat, qui dixit: quum aliquando Ebn abbâs in templo sacro versaretur, adessentque
apud eum Nâfi ben el asrak, hominesque aliquot Châredschitae, qui illum interrogabant,
ad eos accessit Omar ben abi rebîa, indutus duabus vestibus coloratis, roseis, vel luto
rubro tinctis, templumque intravit, atque apud eos consedit. Tum Ebn abbâs ad eum
accedens: „recita, inquit, nobis aliquid!" Recitavit igitur ille haec:

Utrum ab gente Noomae venies matutinus, eo rediturus
Cras mane, an venies vesperi, discessurus circa meridiem?

quoad totum carmen absolvit. Nâfi ben el asrak vero, ad illum se convertens: „time
Deum, inquit, o Ebn abbâs! Nos enim iecora camelorum ad te propellimus, de rebus
licitis et prohibitis te interrogaturi; tu vero morosus te a nobis avertis, quia adolescens
delicatus, qui ex delicatis Koraischitarum est, te convenit, tibique recitat versiculum hunc:

Vidit illa hominem, qui, quando sol radiat,
Exstat misellus, vesperi vero aberrat a via.

Tum Ebn abbâs: „non ita se habet hic versiculus." Addit narrator: Nâfi vero: „quo-
modo igitur se habet?" Adiicit narrator: tum Ebn abbâs: „poeta, inquit, dixit haec:

Vidit illa hominem, qui, quando sol radiat,
Sudore manat, vesperi vero frigore horret."

Cui Nâfi: „sane memoriae, inquit, te hunc versiculum infixisse credo." Atque Ebn ab-
bâs: „ita est; quin si vis, totum carmen tibi recitem, hoc tibi recitabo!" Respondit

Nâfi: „sane hoc volo.“ Tum Ebn abbâs carmen illud ei recitavit, quoad totum hoc absolvit.

In narratione alia vero, quae non ab Omaro ben schabba tradita est, Ebn abbâs primo carmen illud ab initio ad finem, deinde inversum a fine ad initium recitasse fertur, quamquam id nunquam audiverat, nisi illo die, idque improvisum. Addit narrator: hoc autem summum acumen demonstrat. Tum homo quidam dixit Ebn abbâsso: „non vidi ullum te acutiorem.“ Cui ille: „ego vero, inquit, non vidi ullum, qui acutior esset, quam Ali ben abi tâlib, qui consalutetur.“ Addit narrator: „Ebn abbâs dicere solebat: nihil audivi unquam, quin id tradere potuerim, profectoque, quando vocem praeficae audio, aurem obturo, ne in memoria retineam ea, quae illa dicit.“ Adiicit narrator: quum Ebn abbâssum quidam eius sociorum in eo reprehenderet, quod illud carmen memoria comprehendisset, respondit: „est illud ex gente Noomae!“ quibus verbis carmen egregium illud esse significabat. Ebn sobair in ea narratione, quam a patruo acceptam tradit, addit haec: postea Ebn abbâs saepe dicebat: „num quid novi Mugîrida ille pepigit postea quam nos convenit?“ Addit idem: hoc mihi narravit Abdalla ben nâfi ben thâbit, qui dixit: Abdalla ben essobair, quum hunc versiculum, ab Omaro ben abi rebîa compositum,
55. „sudore manat, vesperi vero frigore horret“ audivisset, dixerat: minime ita; sed sic: „exstat misellus, vesperi vero aberrat a via.“ Dixerunt Omar ben schabba, et Abu hiffân, atque Essobair in narratione sua: deinde Ebn abbâs, ad Ebn abi rebîa conversus: „recita, inquit, aliquid!“ Recitavit igitur ille hoc: „Procul erit cras mansio nostrorum vicinorum.“ Quibus dictis, tacuit. Tum adiecit Ebn abbâs: „certeque domus illa perendie etiam magis procul erit.“ Omar vero: „sane ita, inquit, pepigi, tueatur te Deus! Num hoc carmen iam audivisti?“ Respondit ille: „non id audivi; sed haec adiici debent.“

Haec mihi tradidit El harami ben abil alâ, qui dixit: nobis hoc narravit Essobair ben bekkâr, qui dixit: mihi hoc narravit Jakûb ben ishâk, qui dixit: Arabes Koraischitis principatum cuiuscunque rei adsignabant, excepta poesi, quam illis non adtribuebant, quoad Omar ben rebîa exstitit. Hoc vero exorto, poetae Koraischitis etiam poesin addixerunt, neque quidquam iis abiudicaverunt. Dixit Essobair: audivique ex patruo meo, quum narraret quae ab avo meo acceperat, cum iis, quae modo exposui, concinentia. Dixit idem: porroque viri aliquod docti mihi narraverunt, Ennossaibum dixisse: „sane Omar is nostrum est, qui optime describit dominas thalamorum.“ Dixit idem: dixit El madâïnensis: Solaimân ben abd el mâlik aliquando dixit Omaro ben abi rebîa: „quid te prohibet, quo minus me celebres laudibus?“ Cui ille respondit: „viros ego non celebro, sed laudes mulierum tantum cano.“ Addidit idem: Ebn dschoraich dicere solebat: ad

puellas virgines, in conclavibus suis commorantes, nihil perfertur, quod magis iis noceat, quam carmina Omari ben abi rebîa. Dixit essobair: narravitque mihi hoc patruus, qui id ab avo meo acceperat; idemque Ishâk in iis commemoravit, quae ab Abu hiffân tradita exposuimus, qui ab Ishâko ea acceperat, cui ab El madâïnensi tradita fuerant; qui dixit: aliquando Hischâm ben urwa dixit: „ne iubete pueros vestros recitare carmina Omari ben abi rebîa, ne ad impudicitiam delabantur!“ Deinde recitavit haec:

Iam emisi ancillam meam, eique dixi: „age caute,
Atque dic blandiloqua Seinabae: voti compotem fac Omarum tuum!“

Hoc mihi tradidit Ali ben abi ssâlich, qui dixit: mihi id narravit Abu hiffân, 56.
cui ab Ishâko traditum fuerat, qui id ab Sobairida acceperat, qui dixit: mihi hoc narravit pater, cui id tradiderat Samura Dûmânita, qui ex Himjaritis erat; qui dixit: quum aliquando domum sacram circumirem, circumeuntem ibi vidi hominem senem quendam, quem Omarum ben abi rebîa esse dixerunt. Quo comperto, dextram eius complexus, ei dixi: „o Ebn abi rebîa!“ Ille vero: „quid vis?“ Tum ego: „num omnia ea, quae in carminibus tuis a te exposita sunt, fecisti?“ Ille: „mitte me!“ inquit. Ego vero: „per Deum te obtestor!“ Tum ille: „feci ea, sed veniam eorum a Deo peto!“ Dixit Ishâk: nobis narravit El heithem ben adi, ex Hammâdo arrâwija se audivisse, aliquando nonnullos homines ab Hammâdo quaesivisse, quid de carminibus Omari ben abi rebîa sentiret, tumque illum respondisse: „haec carmina sunt pistacia decorticata.“

Haec mihi tradidit El harami, qui dixit: nobis id narravit Essobair, qui id a patruo acceperat, qui dixit: El farasdak, quum aliquid ex carminibus amatoriis Omari audivisset: „hoc est illud, inquit, quod poetae quaerebant, sed non repererunt, quum mansiones complorarent; ille homo vero in hoc incidit.“ Dixit idem: El kûfae homo quidam erat iuris peritus, apud quem homines se congregabant, ut de litteris ibi disputarent. Quo loco quum aliquando fieret mentio carminum Omari ben abi rebîa, ille homo haec carmina exilia esse dixit. Tum caeteri: „quem statuis arbitrum?“ Hammâd arrâwija quum forte praeteriret, homo ille: „hunc hominem, inquit, statuo arbitrum.“ Itaque illi dixerunt Hammâdo: „quomodo sentis de eo, qui Omarum ben abi rebîa nihil egregii pangere contendit?“ Respondit Hammâd: „ubinam est is? me ad eum adducite!“ Illi vero: „quid ei faciemus?“ Quibus Hammâd: „eius matrem adgrediemur, tumque ea fortasse aliquem pariet, qui melior sit Omaro.“ Dixit Ishâk: dixitque Abul mikwam Anssârita: nulla re alia tantum, quantum carminibus Omari ben abi rebîa, in Deum peccatum est. Porro dixit Ishâk: hoc mihi narravit Kais ben râkid, qui dixit: mihi hoc narravit pater, qui dixit: audivi ex Omaro ben abi rebîa, quum diceret: olim quum iuvenis essem,

me deperibant, quamquam ego non deperibam ullam; iam vero eo delapsus sum, ut puellis formosis blandiar usque mortis diem. Aliquando puellae duae me convenerunt, quarum altera mihi: „adclina te ad me, inquit, ut tibi aliquid in aurem insusurrem!“ Quum igitur ad eam me inclinassem, altera ad me accessit, meque mordere coepit; sed morsum eius non sentiebam prae voluptate, quam ex insusurratione alterius capiebam. Dixit Ishâk: hoc tradidit Abd essamad ben el mufaddal Rakkâschita, cui id tradiderat Mohammed, filius cuiusdam hominis, Sohritae, cuius nomen Ishâk oblitus erat, qui id audiverat ex Abdalla ben salama ben aslam, qui dixit: quum aliquando in Dscherîrum incidissem, ei dixi: „o Abu hasra, carmina tua ad El medînam delata sunt, igiturque volo, mihi aliquid ex iis recites.“ Ille vero: „vobis, o Medînenses, inquit, adprime placent carmina amatoria; in his vero super ceteros excellet Machsûmita ille;“ quibus verbis Ebn abi rebîa ab eo signi-
57. ficabatur. Dixit Ishâk: tradidit hoc Mohammed ben ismaïl Dschaferida, qui id a patre acceperat, cui ab ipsius avunculo, Abd el asìs ben abdalla ben ajjâsch ben abi rebîa, traditum fuerat, qui dixit: Omar ben abi rebîa, quum aliquando in montem Abu kobais prospiceret, adessentque apud eum filii eius fratris, ad obeunda sacra accincti, uni eorum dixit: „manum meam prehende!“ Qui quum eius manum complexus esset, Omar: „per dominum huius templi, nulli feminae unquam aliquid dixi, quod ipsa non dixerit mihi, neque vestem ab eo, quod sacrum est, retexi unquam!“ Narravit idem hoc: quum Omar iam eo morbo, quo exstinctus est, laboraret, frater eius, El hârith graviter animo angebatur. Tum Omar ei dixit: „te angeri credo propter id, quod de me suspicaris. Sed, per Deum, me aliquid turpe commisisse unquam, mihi non constat.“ Quibus auditis, illius frater: „de te non dolebam, inquit, nisi propter hanc rem; iam vero hac cura me liberavisti.“ Porro dixit Ishâk: hoc mihi narravit Mosab Sobairida, qui dixit: hoc narravit Mosab ben orwa ben essobair, qui dixit: aliquando cum fratre meo, Othmâno, Mekkam perrexi, ut solennibus Mekkanis interessemus, sive iter sacrum perageremus. Domum sacram quum circumivissemus, ad septum sacrum contendimus, ibi Deum precaturi. Tum eo homo senex venit, qui inter me fratremque meum ita intercessit, ut discedentes locum ampliorem ei daremus. Post precationem absolutam ille, ad nos se convertens: „quinam, inquit, estis?“ Quod quum ei exposuissemus, salvere nos iussit, atque: „o filii fratris mei, inquit, praefectus formositati sum, eamque prosequor. Vos igitur quum conspicerem, pulchritudo et formositas vestra me adfecit admiratione. O filii, beneficio iuventutis utimini, ante quam de ea effluxa doleatis!“ Quibus dictis, ille abiit; nos vero, quum quaesivissemus, quinam ille homo esset, Omarum ben abi rebîa eum esse comperimus.

Hoc mihi tradidit El harami, qui dixit: narravit nobis hoc Essobair, qui dixit:

mihi hoc narravit Mohammed ben eddachchâk, qui dixit: vixit Omar ben abi rebîa annos octoginta, quorum quadraginta dedit lasciviae, quadraginta castimoniae. Dixit Essobair: hoc vero mihi narraverunt Ibrahîm ben hamsa et Mohammed ben thâbit, qui id ab El mugîra ben abdarrachmân acceperant, cui id a patre traditum fuerat, qui dixit: aliquando cum patre meo iter sacrum peregi, adolescentulus cincinnatus. Quum Mekkam pervenissemus, Omarum ben abi rebîa adii, salutemque ei dixi, et prope eum consedi. Tum ille crispum aliquem crinium meorum cincinnum manu explicare coepit, qui, simul ut eum mittebat, in pristinam formam redibat. Quo viso: „heu adolescentia!" inquit; quod plus semel fecit. Deinde mihi dixit: „o fili fratris mei, sane ex me audivisti, quum in carminibus meis dicerem: „dixit illa mihi" atque: „dixi illi feminae." Sed quoscunque habeo servos, ii manumissi sint, si cum femina mihi vetita commercium habui unquam!" Quo audito, inde abii dubius, quid fidei iuri iurando eius tribuendum esset. Quam ob rem quum quaesivissem, num servos ille haberet, mihi responsum est: „septuaginta servos ille habet, in sola arte textoria occupatos, praeter caeteros."

Hoc mihi tradidit El harami ben abil alâ, qui dixit: nobis hoc narravit Esso- 58.
bair ben bekkâr, qui dixit: mihi hoc narravit Dabja, ancilla Fâtimae, filiae Omari ben mosab, quae dixit: quum aliquando domum avi tui, Abdallae ben mosab, praeterirem, ad eum introivi, in vestibulo sedentem, librum mecum ferens. Tum ille: „quid hoc est, quod tecum fers?" librumque ei adferre me iussit. Itaque ad eum accedens, dixi: „sunt carmina Omari ben abi rebîa." Ille vero: „vae tibi, inquit, ad feminas introis, tecum ferens carmina Omari ben abi rebîa? Sane carmina huius hominis commovent corda, leniterque in ea irrepunt. Quodsi carmina homines lympharent, profecto haec carmina tale quid effectura essent. Revertere retro!" Addit illa: igitur reversa sum. Dixit Ishâk: hoc mihi tradidit El heithem ben adî, qui dixit: femina quaedam, quae ex formosissimis erat, venit Mekkam. Quam quum Omar ben abi rebîa, quum domum sacram circumiret, conspexisset, eius amore captus est. Quam ob rem propius ad eam accedens, eam alloquutus est; illa vero eum non respexit. Nocte insequente Omar eam requisivit, quoad in eam incidit. Tum illa ei dixit: „mitte me, o homo! nam in sacro Dei templo versaris, diesque hi sunt festi et sacri." Sed ille ei institit, eamque adloquutus est ita, ut illa metueret, ne eam infamaturus esset. Postera nocte femina illa fratri suo dixit: „veni mecum, mihique ostende loca sacra; nam ea non novi." Itaque illa cum fratre eo perrexit. Qua conspecta, Omar ei occurrere voluit; sed viso eius fratre, ab ea recessit. Tum illa hunc versiculum, ab Dscherîro compositum, recitavit:

Incurrunt lupi in eum, qui canes secum non habet; 41
Sed cavent illi furorem canis strenui, exercitati.

Dixit Ishâk: narravit mihi Assindi, servus principis credentium, El manssûrum, quum illa ei narrata essent, dixisse: „Vellem, nulla esset Koraischitarum puella, in conclavi suo commorans, quin audiret illam narrationem."

Dixit Ishâk: dixit mihi El asmaï: Omar in grammatica arabica auctoritatem habet insignem, neque eum vituperarunt, nisi propter versiculum hunc:

Deinde illi dixerunt: „num eam amas?" Respondi: „papae,
Quantum exstat arenae, silicumque, pulverisque!"

Sed ille hoc excusare potest, quia in enarrantis modum hoc posuit. Atque sunt alii, qui eum hoc tantum dixisse ferant: „Dictum mihi est: „num eam amas?" Respondi: „papae!"

Descriptio carminum

quorum mentio facta est in his narrationibus, ab Omaro ben abi rebîa compositorum, quibus cantum aptaverunt citharoedi. Descriptio eorum vero supra non adposita est, quoniam copiosius de iis dicendum erat. Ex iis primo versiculi sunt, quibus cantus aptatus est, ex hoc carmine sumti:

Cantilena.

59. Utrum ab gente Noomae venies matutinus, eo rediturus
Cras mane, an venies vesperi, discessurus circa meridiem,
Ut conficias mandata animae, quae ipsa non fecit verba respondens,
Quibus veniam nancisci potuisset, quum verba excusare soleant?
Intendit illa acum crinalem in me, sororique suae dixit:
„Num hic est Mugîrida ille, cuius mentio facta est?"
Respondit soror: „est ille sine dubio; sed coloris nitorem
Iam ei aufert profectio nocturna, iterque meridie factum."
Vidit illa hominem, qui, quando sol radiat,
Sudore manat, vesperi vero frigore horret,
In itineribus occupatum, peragratorem terrae, quem vasta
Exceperunt deserta, ita ut fieret squalidus, pulvere inquinatus.
Nocte illa, qua Dsû daurânae versabar, illa mihi imposuit
Iter nocturnum, quum etiam dira subeat homo amans, periclitans.
Dixique: „adgrediar illos! tum enim aut ex iis effugiam,
Aut adsequetur gladius ultionem, tumque ulciscetur!"

Hi versiculi vero, si ita componuntur, inter se non cohaerent; nam ii tantum ex illo carmine hoc loco adpositi sunt, quibus cantus aptatus est. Ad primum et secundum Ebn soraidsch aptavit levem Ramali cum annulari, ut perhibet Achmed ben el mekki. Habasch tradit Mabedum illis duobus versiculis aptavisse gravem primum cum annulari.

Ad versiculum tertium et quartum item gravem primum cum digito medio composuit Ebn soraidsch. Habasch perhibet Hakamum iis aptavisse Hesedschum cum digito medio. Ad quintum et sextum Ebn soraidsch composuit Ramalum cum digito medio, ut fert Amr ben bâna. Ad septimum et octavum item Ebn soraidschum modum quendam composuisse perhibet Jûnis, cuius genus vero non definivit. Habasch ad duos hos versiculos Mâlikum composuisse fert gravem secundum cum annulari.

Hoc mihi tradidit Mohammed ben chalaf ben el marsubân, qui dixit: mihi hoc tradidit Mohammed ben ishâk, qui dixit: tradidit mihi hoc Mohammed ben abi habîb, qui id ab Hischâmo ebn el kelbi acceperat: aliquando Omar ben abi rebîa convenit Abdallam ben abbâs, in templo sacro sedentem, eique dixit: „Deus te frui mihi permittat! Anima mea ad carmina pangenda propensa est, meque ad hanc rem impulit. Igitur carmen composui, quod ut audias, sed cum aliis non communices, volo." Tum ille: „id mihi recita!" Itaque Omar ei recitavit: „Utrum ab gente Noomae venies matutinus, eo rediturus?" Tradidit idem: hoc carmen quum Omar recitasset Talchae ben abdalla ben 60.
auf, Sohritae, qui camelo vehebatur, substitit hic, camelum habena retrahens, quoad carmen ipsi perscriptum est.

Hoc mihi tradidit Mohammed ben chalaf ben el marsubân, qui dixit: narravit mihi hoc El hossain ben ismâïl, qui dixit: nobis hoc narravit Ebn âïscha, cui a patre traditum fuerat; qui dixit: Dscherîr, quotiescunque aliquod carmen ab Omaro ben abi rebîa compositum ipsi recitabatur, dicere solebat: „hoc est carmen hominis Tihâmensis, qui, simul ut in Nedschdam adscendit, frigus sentit." Denique hoc Omari carmen ei recitatum est:

Vidit illa hominem, qui, quando sol radiat,
Sudore manat, vesperi vero frigore horret,
Tergoque iumenti insidens parum habet umbrae
Praeter tutelam, quam ei praebet pallium virgulatum;
Placetque illi feminae umbra coenaculi, in quo versetur,
Et hortus irriguus, densus arboribus, virens,
Atque amicus, qui ab ea propellit quodcunque eam sollicitam habet,
Ita ut curis iam non teneatur ipsa unquam insomnis.

Quibus auditis, Dscherîr: „Koraischita ille, inquit, non desiit ineptire, quoad denique carmen pepigit."

Hoc mihi tradidit Mohammed ben chalaf, qui dixit: tradidit mihi hoc Abu abdalla Iemâmensis, qui dixit: narravit mihi hoc El asmaï, qui dixit: aliquando Arraschîd

mihi dixit: „recita mihi praestantissimum eorum, quae in hominem dicta sunt, quem decoloraverunt itinera!“ Tum haec ei recitavi, quae Omar ben abi rebîa pepigit:

Vidit illa hominem, qui quando sol radiat,
Sudore manat, vesperi vero frigore horret,
In itineribus occupatum, peragratorem terrae, quem vasta
Exceperunt deserta, ita ut fieret squalidus, pulvere inquinatus.

ceterosque versiculos omnes. Tum Arrraschîd mihi dixit: „Ego, per Deum, ille homo sum!“ Modo enim ex terra Graecorum reversus erat.

Hoc mihi tradidit El fadl ben el habâb Dschomachida, Abu chalifa, in litteris ad me datis; in quibus dixit: hoc nobis narravit Mohammed ben salâm, qui dixit: mihi hoc tradidit Schoaib ben sachr, qui dixit: inter Aïscham, filiam Talchae, eiusque maritum, Omarum ben obaidalla ben mamar, aliquid intercesserat altercationis. Cuius rei causa quum illa pernoctasset insomnis, dixit: „sane Ebn abi rebîa huius noctis, quam transegi, nescius erat, quum diceret:

Atque amicus, qui ab ea propellit quodcunque sollicitam eam habet,
Ita ut curis iam non teneatur ipsa insomnis nocte ulla.

61. Hoc mihi tradidit Ali ben sâlich, qui dixit: mihi hoc narravit Abu hiffân, qui dixit: nobis hoc narravit Ishâk, qui id ab El madâïnensi acceperat, qui dixit: quum Jesîd ben moâwija exercitum, qui ad proelium Harrense convenerat, lustraret, homo quidam Syrus eum praeteriit, qui clypeum gerebat tritum, mollemque. Quem quum conspexisset Jesîd, ridens ei dixit: „clypeus Omari ben abi rebîa praestantior erat quam clypeus tuus!“ Quibus verbis hunc versiculum, ab Omaro editum, significabat:

Scutum, quod iis obieci, quos cavebam, fuerunt
Personae tres, mammosae duae, menstrualis una.

Hoc mihi tradidit Dschafar ben kudâma, qui dixit: hoc mihi narravit Mohammed ben abdalla ben mâlik Chosâïta, qui dixit: aliquando Abul harith dschommain ex quadam cantrice audivit, quum caneret haec:

Intendit illa acum crinalem in me, sororique suae dixit:
„Num hic est Mugîrida ille, cuius mentio facta est?“

Tum Dschommain: „uxor illius hominis repudietur, inquit, nisi femina illa acum crinalem in eum non intendit, nisi ut oculum eius effoderet! Quidni in eum intendit lucanicam in sinapi intinctam, vel artocreas aceto maceratum, vel pultem amygdalinam

oleo madentem? Hoc enim ei utilius fuisset, magisque gratum, meliusque amorem, quo amica eum amplectebatur, demonstravissct!"

Hoc mihi tradidit El harami, qui dixit: nobis hoc narravit Essobair, qui dixit: mihi hoc narravit Abd el asîs bcn abi uwais, qui id audiverat ex Attâfo ben châled, Wâssibita, cui id tradiderat Abdarrachmân ben harmala, qui dixit: recitarunt Saîdo ben el mosajjab hunc versiculum, ab Omaro ben abi rebîa compositum:

Atque occidit lunula, quam occasuram essc speraveram,
Pastoresque, ad stabulum reversi, dum confabulantur, obdormiverunt.

Tum Saîd: „quid est, quod ille homo eam rem, quam Deus his verbis: „quod ad lunam adtinet, mansiones plures ei constituit" magnam esse dixit, tam parvam reddiderit, ut fungo veteri similis fieret?"

Porro ex illis carminibus hoc est,
cui cantum aptaverunt, qui in narrationibus supra expositis suo loco non descriptus
est, iam vero hoc loco describetur.

Cantilena.

1. Aberit a nobis cras mansio vicinorum nostrorum,
Profectoque haec mansio perendie etiam magis procul erit!
2. Quando cum agmine Kinditarum proficiscuntur
Multo mane, iter dirigunt ad stellam polarem,
3. In Irâka versantes, vel in Tihâma morantes, 62.
Circa Mekkam degentes, vel in Nedschdam tendentes,
4. Incitantque agasones propter illos etiam alios
Properantes, qui, quando relanguescunt, impelluntur.
5. Tu vero hoc loco aut compesces amorem,
Aut illorum vestigia prosequeris moerens,
6. Profectoque femina illa, si eius mansio a nobis multum distat,
Nihil insoliti mihi est, saneque tum patientia fortior est.
7. Amicitiam modo discidi, modoque iunxi, ita ut sciam
Ubi sint loca discedendi, accedendique locus,
8. Huiusque rei adeo expertus sum, ut sciam,
Quae cavenda mihi sint, et quae laudanda.
9. Quum propius accessissemus ad latratum mussitantem,
Atque lumina, tribusque illa nondum obdormivisset,
10. Emisimus ad illam feminam inquisitorem vestigaturum,
Quia in ipsa tribu inquirendus erat is, quem vestigabam.

11. Tum illa vacillans ad nos adgressa est caute,
Dum prae metu praecordia eius tremunt.
12. Dicebat illa, amorem erga me prodens, quanquam
Amor, quo flagrabam, etsi illa suum prodebat, etiam acrior erat:
13. „Sane vos eidem rei, quae me miseram reddit, dediti estis;
Nam me prosequimini iam studio magno!“
14. Quae dicens, cohibuit lacrimas prorumpentes,
Quae super genam secum abducebant stibium.
15. Sane per feminam illam, quae mihi valedixit mane
Ad primam auroram, cor meum confossum est,
16. Perinde ut anthemides loci pluvia vernali rigati
Collabuntur, tactae aquis nubis rorantis.

Ad primum, et secundum, tertiumque horum versiculorum Mabed cecinit levem gravis, qui modus ex iis est, qui pares habent paucos, ut perhibet Ishâk. Porro Aschab ad eos cecinit secundum gravis cum digito medio, ut tradit El hâschimi. El garîdum ad quatuor versiculos primos gravem secundum cum digito annulari aptavisse fert Amr. Ebn soraidsch ad quartum decimum, qui est: „Quae dicens, cohibuit lacrimas prorumpentes“ atque primum et nonum aptavit Ramalum cum digito medio, ut perhibet Ebn el mekki. Porro Mâlik, vel, ut alii ferunt, Mabed, levem gravis ad quartum decimum, et tertium decimum, primumque, aptavit, ut tradit El hâschimi. Ad septimum vero, et octavum primumque, Ebn dschâmi aptavit gravem primum cum digito medio, ut perhibet El hâschimi. Ad primum et undecimum Ebn soraidsch Ramalum cecinit cum digito annulari in ipsius curriculo, ut tradit Ishâk. Ad eosdem versiculos gravem secundum cum digito indice in curriculo digiti annularis compositum esse fert Ishâk, auctorem eius vero non signi-
63. ficat; quem modum Achmed ben el mekki a patre suo conditum esse perhibet. Ad quartum et quintum a Mabedo Ramalum compositum esse tradit Ebn el mekki; sed alii ab illius patre hunc modum Mabedo falso tributum esse ferunt. Ad tertium decimum et sextum ab Jûniso levem Ramali aptatum esse tradit El hâschimi. Ad primum et duodecimum Ebn el mekki gravem secundum, in quo digiti concurrunt, compositum esse perhibet; porroque ad eosdem ab El abdscharo modum alium, qui ex gravi secundo est, conditum esse dicit idem. Atque Mabedum ad quartum et sextum composuisse gravem secundum alium, perhibet idem. Porro ad eosdem duos versiculos ab Ebn soraidscho Ramalum aptatum esse, tradunt Ebn el mekki et Habasch. Ramalus, quem ad versiculum primum et secundum aptavit Ishâk, in eius libro consignatus est. Ulajja, filia El mahdii, ad tertium decimum et primum cecinit gravem primum. Ebn musaddschidsch ad duodecimum et primum composuit Ramalum, quem alii ab Arrattâbo conditum esse ferunt, Habasch

vero ab Ebn soraidscho compositum esse dicit. Ad versiculos quinque primos continuos levis Ramali cum digito medio compositus est, quem alii Mabedo, alii Jachjae Mekkano, tribuunt. Habasch ad illos versiculos ab Ebn muchriso Ramalum cum digito medio aptatum esse tradit. Jûnis in libro suo ad carmen: „Aberit a nobis cras mansio vicinorum nostrorum“ modos quinque compositos esse dicit, duos ab Mabedo, duos ab Mâliko, unum ab Jûniso. Achmed ben obaid cantum ad illud carmen compositum, qui certe cognitus sit, modos septem complecti dicit, gravem primum, gravem secundum, levem gravis, Ramalum, et levem Ramali.

Tradidit mihi quidam amicorum nostrorum, se ex Abdalla ben el mersubân audivisse, quum diceret, usque ad suum tempus modos sedecim numeratos esse, ad carmen illud compositos. Quos ipse reperi, locoque hoc consignavi, praeter illos, quorum genus Jûnis non significavit, sunt modi undeviginti; quorum sunt ex gravi primo duo, ex levi Ramali duo, ex gravi secundo sex, ex Ramalo septem, atque ex levi Ramali duo.

Carmen illud vero Omar ben abi rebîa in feminam quandam dixit, quae ex liberis El aschathi ben kais erat, illoque tempore sacrorum celebrandorum causa commorabatur Mekkae. Cuius amore Omar quum captus esset, nuntiumque ad eam misisset, in amicitiam ab ea receptus est. Igitur eam convenit, sermonesque cum ea habuit, conditionemque uxoriam ei tulit. Tum illa: „hoc quidem loco, inquit, hoc negotium perfici nequit; si vero patriam meam adis, ibique in matrimonium me petis, tibi nubam.“ Sed Omar hoc non fecit. Haec mihi tradidit El harami ben abil alâ, qui dixit: nobis
haec narravit Essobair, qui dixit: nobis ea narravit Mohammed ben el hossain, Machsû- 64.
mita, qui id ex Muchriso ben dschafar, servo Abu horairae, audiverat, cui a patre traditum fuerat, qui dixit: ex Bodaicho audivi, quum diceret: filia Mohammedis ben el aschath, Kindita, quum sacrorum celebrandorum causa Mekkam venisset, nuntium ad eam misit Omar ben abî rebîa, eique pollicitus est, die insequente ad vesperam se eam conventurum esse. Hoc vero signum ei constituit, ut ipsa vestigatorem quendam, qui clamando iumentum amissum quaereret, auditura esset, si nuntium mittere non posset, qui eam certiorem faceret, se ad locum condictum perrexisse. Addit Bodaich: itaque subito Omar ad me accessit personatus, mihique dixit: „o Bodaich, adi filiam Mohammedis ben el aschath, eique nuntia, ad locum condictum me perrexisse.“ Quum vero eo ire nollem, ei respondi: „homines mei generis in illius generis rebus neminem adiuvant.“ Tum Omar mulam suam ex conspectu meo abdidit, pauloque post ad me reversus, mihi dixit: „amisi mulam meam; itaque clamando eam require in platea peregrinatorum!“ Igitur eo contendi, mulamque

clamando quaesivi. Quo facto, filia Mohammedis ben el aschath, quum signum illud intellexisset, ad me egressa est, Omarumque loco condicto convenit. Quod Omar hoc versiculo significavit:

> Signum vero huius rei hoc esto, ut auditura sis,
> Quando ad vos contendo, vestigatorem quendam clamantem!

Addit Bodaich: simul ut illam accedere vidi, ab Omaro, quum mulam requirere me iuberet, me deceptum esse intellexi. Igitur ei dixi: „O Omar, recte te descripsit illa, quae tibi dixit:

> Hoc modo tu feminas lymphas;
> Iam, qualis sis, puellae mihi narrarunt.

Me lymphasti, etsi vir sum; quanto facilius corda mulierum tenera, iudiciumque earum infirmum, deludes! Fidem posthac tibi non habebo unquam. Etiamsi pompae eorum, qui domum sacram circumeunt, interesses, te ad fraudem aliquam moliendam eo ivisse, crediturus essem.“ Omar vero amicae suae, quomodo me deluserat, narravit; unde factum est, ut sermonibus suis, per totam noctem protractis, frequentes risus, de me editos, intermiscerent.

Dixit Essobair: hoc mihi narravit Abul hindâm, servus Rebîitarum, qui id ex Abul hârith ben abdalla, Rebîita, audiverat. Qui dixit: Ebn abi atîk, quum in Bodaichum incidisset, ei dixit: „o Bodaich, decepit te Ebn abi rebîa; sane Koraischita est!“ Respondit Bodaich: „ita est; sed apud El kasrium, eiusque amicas, hoc minus prospere ei successit.“ Tum illi Ebn abi atîk: „vae tibi, o Bodaich, qui securum se tibi praebet, sane ad te non adtendit, tumque statim manu tua prehenditur, si modo acumine polles. Nonne vidisti, quisnam reportaverit victoriam? Per Deum, Ebn abi rebîa parum curat, utrum illis feminis superincidat, an superincidant ipsi.“

Hoc mihi tradidit patruus meus, qui dixit: nobis hoc narravit Mohammed ben saîd, Kirânensis, qui dixit: nobis hoc narravit El amri, qui id a Kaabo ben bokair, Mu-hâribita, acceperat: ad Fâtimam, filiam Mohammedis ben el aschath, quae ad sacra Mek-
65. kana perrexerat, Omar ben abi rebîa nuntium misit; quo accepto, illa ei promisit, se eum conventuram esse. Tum Omar nuntio illi, qui, eam venturam esse, ipsum certiorem fecit, centum dinâros dedit. Hoc mihi tradidit Ali ben sâlich, qui ab Abu hiffân id acceperat, cui ab Ishâko traditum fuerat, qui id ex hominibus illis, qui supra nominati sunt, compererat; qui dixerunt: ad sacra Mekkana perrexit filia Mohammedis ben el aschath; ita vero narrat Ishâk, idque rectum esse existimo: aderatque apud illam eius

matcr. Qnae quum de Omaro ben abi rebîa mnlta audivisset, illnm ad se arcessivit. Qunm accessisset, aliquid recitare illa eum iussit. Tum ille recitavit haec:

Aberit a nobis cras mansio vicinorum nostrorum,
Saneque mansio illa percndie etiam magis procul erit!

Deinde rem illam Ishâk exponit fusius, additqne hacc: qunm Omar feminam illam convenisset, aulaeum tenne illa misit, inter se et illum intercedens, per qnod ipsa eum conspiciebat, quanquam ille eam conspicere non poterat. Deinde cnm eo colloqui coepit, atque denique aliqnid recitare eum iussit. Igitur illud carmen Omar ei recitavit. Quo earmine illa ita commota est, ut ipsa aulaeum illud tolleret; quo facto, ille faciem formosam, corpusque gracile, conspexit. Tum Omar conditionem uxoriam ei tulit, eiusque matri qningentos dinâros misit. Sed haec consentire noluit, ingressumqne illi interdixit; nuntio vero dixit: „revertetur illa ad nos." Quod qnum puella gravitcr ferre videretur, mater ei dixit: „iam amor, quo eum complecteris, te perimit; itaque nnbe ei!" Illa vero: „minime hoc fiat, inqnit, per Deum! ne Irâkenses me absente narrent, me ad Ebn abi rebîa contendisse, matrimonium ei oblaturam. Si vero ille, in El irâkam profectus, me convenit, ei nubam." Addit narrator idem: feruntque alii, eam nuntium ad Omarum misisse, cique promisisse, se eum conventuram esse. Tnm ille tentorium suum bonis odoribns suffivit, feminaeque illi, quae illud ipsi nuntiavit, ecntum dinâros dedit. Amiea Omari vero, quum ad eum venisset, ei permisit, ut ipsam, quando homines iter ingressuri essent, valedicturus comitaretur, atque signum huius rei, de qua convenerant, ei constituit hoc, ut nuntius qnidam, ab eo missus, ipsam aditurus esset, qni aliquam eius eamelam apud ipsam inqnireret. Itaquc Omar, quum homines iter iam ingrederentnr, illnd fecit. Quod ille, postquam eam comitatus est, his versieulis descripsit:

Cantilena:

1. Dixit amica: „cras iam nos disiungemur,
Vel pcrendie; nonne valedicturus nos comitaberis?
2. Discessus fiet intra diem perendinam;
Scd quando domum unam iterum nos complecti dices?"
3. Sane desiderio nos incendit Hinda, quanqnam bene
Ipsa scit, separationem illam mihi incutere terrorem!
4 Mirum, quod ego atque illa loco illo consistebamus,
Dum illa crebram terrae suae mentionem nobis faciebat,
5. Mihique dicebat: „proficiscere nobiscum noctem unam;
Tnm foedus pangemus; nam separatio nos adfliget graviter."
6. Cui respondi: „speculatorcs apud vos adsunt mnlti,
Iterque crcdo nobis impedimento esse futurum.

7. Igitur hoc non fiat! Sed in terra vestra vos visitabimus,
Ibique adnuetur oratori vestro et precatori nostro."
8. Tum dixit illa: „utrum hoc id est, quod re vera facies?
Quod, per vitam tuam, exoptatissimum esset! num me falles?
66. 9. Per Deum, certiores nos fac! iamque speramus illud;
Veraque dic! nam quod verum est, perferri potest a nobis.
10. Constitue nobis diem, ad quam computemus tempus!
Num, fidem frangens, amicitiam nostram discindes?

Cantum composuit Ebn soraidsch, cumque gravem primum missum in curriculo digiti annularis, ut perhibet Ishâk; Amr vero eum ab El garîdo cum digito medio conditum esse fert. Porro ad illud carmen Ebn soraidschum composuisse levem Ramali, tradit El hâschimi; Habasch vero hunc modum ab Mûssa schaharât confectum esse perhibet.

Porro ex illis carminibus haec sunt, de quibus supra non expositum est.

Cantilena.

Jam emisi ancillam meam, eique dixi; „age caute,
Atque dic blandiloqua Seinabae: voti compotem fac Omarum tuum!"
Tum illa caput movit mirans, dixitque: „Quisnam hoc tibi iniunxit?
Num hoc modo decipis feminas? Jam qualis sis, puellae mihi narrarunt."

Ebn soraidschum ad hoc carmen levem Ramali cum digito annulari cecinisse fert Amr; quem modum alii ab El garîdo compositum esse dicunt. Mâlikum vero ad hos versiculos levem gravis aptavisse tradit Ebn el mekki. Exstant autem modi multi, ad hoc carmen aptati. Ipsi carmini homoeoteleutum aliud, quam quod in illis versiculis usurpatur, est. Sumti enim sunt hi versiculi ex carmine quodam Omari, cuius versiculi in Râam desinunt, cui subiicitur Elifa. Citharoedi vero in duobus modis illis versiculos hos ita mutaverunt, ut pro Elifa substituerent Kâfam. Primo igitur sic editi sunt:

Jam emisi ancillam meam, eique dixi: „age caute."

Cantilena.

Exarsit cor meum, recordans amorem iuvenilem, quanquam non novit
Seinaba, se nobis renovare amorem sincerum, nunquam turbatum!
Nonne ipsa ea est, quae ancillae suae dixit: „comparuit ille;
Nutu eum saluta, si superbiente gradu ad nos accedit!"
67. Tu vero dic blandiloqua Seinabae: „voti compotem fac Omarum!"

Tum illa caput movit mirans, dixitque: „Quisnam hoc iniunxit?
Num hoc modo decipis feminas? Jam certiorem me fecerunt puellae.“

Ebn soraidsch ad versiculum tertium, quartum, quintum et primum cecinit levem gravis primi cum missione chordae in curriculo digiti annularis, ut perhibet Ishâk. Atque Amr ben bâna quoque in commentario suo primo modum illum ab Ebn soraidscho compositum esse fert; Abu ishâk vero in commentario suo secundo modum illum ab Dachmâno conditum esse tradit. El garîd ad versiculorum illorum primum aptavit modum, qui est ex mensura media gravis primi cum digito medio in ipsius curriculo, adiecitque versiculos duos, qui ex illo carmine non sunt, hos:

Percelleris, quum is, quem amas, camelos suae gentis reduxerit mane.
Dic igitur feminae illi Mâlekidae: „ne vitupera cor meum, si se avertit!“

Jûnis ad hoc carmen, cuius hemistichium primum hoc est: „exarsit cor meum, recordans“ Mabedum modos duos composuisse fert, genus eorum vero non definit; El hâschimi alterum esse levem primi tradit, alterum Ramalum. Ad eosdem versiculos autem, quibus El garîd cantum aptavit, Dachmânum composuisse Ramalum, narrat El hâschimi; addit vero, alios hunc modum ab Essobairo, illius filio, conditum esse dicere. Scinaba illa, quam Omar ben abi rebîa in his versiculis laudat, vocatur Seinaba, filia Mûssae, soror Kudâmae ben mûssa, Dschomachidae. Quod mihi tradidit Mohammed ben chalaf ben el mersubân, qui id ab Abu bekro, Amerita, acceperat.

Atque hoc mihi tradidit Dschomachida, Ebn abil alâ, qui dixit: nobis hoc narravit Essobair ben bekkâr, qui dixit: mihi hoc narravit Abdarrachmân ben abdalla ben abd el asîs, Sohrida, qui dixit: mihi patruus meus, Imrân ben abd el asîs, narravit hoc: Omar ben abi rebîa celebravit Seinabam, filiam Mûssae, Dschomachidae, carmine illo, in quo dixit haec:

1. O amici mei, iam desistite vituperare me,
Subsistiteque hodie mane apud pilenta!
2. Nolite me vituperare propter gentem Seinabae! 68.
Cor meum pignori datum est illi genti, et captivum.
3. Me suspicor, quoad vivam, Seinabae apud El chaifam
Deversantis nunquam recordaturum esse, quin contrister.

El garîdum ad hos versiculos levem Ramali cum digito annulari cecinisse perhibet Amr.

4. Nam, illi deditus, iam non colo feminam aliam ullam,
Excepto eo, quod lingua mea protulit iocando.
5. Illa est ea, quam prosequor amore et studio,
Illiusque desiderio teneor; igitur ne vituperate me!

6. Quum illa dixisset sorori, aliique cuidam puellae,
Quae ex ancillis peregrinis erat: „Exponite mihi,
7. Quomodo efficere possim hodie, ut Omarum videam,
Qui, clam nuntio misso, mihi significavit, se me visurum esse?"
8. Respondit utraque: „quaeremus nuntium, quem ad illum mittamus,
Rumorque huius rei ne serpat, prohibebimus celando."
9. Sane cor meum post accepta ea, quae mihi impertivit Seinaba,
Quasi obcaecatum est ita, ut praeter eam non cernat feminam ullam.

Dixit idem: occasionem, ut Seinabam laudaret, Omaro dedit Ebn abi atîk, qui aliquando apud eum illius mentionem fecit, eamque laudibus extulit, eiusque ingenium et doctrinam, venustatemque ei ita commendavit, ut eo animus Omari commoveretur, illiusque feminae amore incenderetur. Itaque carmen illud pepigit, quo eam celebravit. Quo comperto, Ebn abi atîk propter hanc rem Omarum reprehendit, eique dixit: „num in filiam patrui mei carmina edis?" Tum Omar pepigit haec:

Cantilena.

1. Ne vitupera me, o Atik! satis multa iam sentio;
Nam sentio ea, o Atik, quae satis mihi faciunt.
2. Ne vitupera me! Tu enim eam mihi commendasti;
Es tanquam satanae instar apud hominem.
3. Amor me penetravit talis, qui corrosit
Ossa mea recondita, meque debilitavit.
4. Si oculi tui, o Atik, nos vidissent nocte illa,
Quam apud clivum transegimus, oculi gaudio fulsissent,
5. Quum comparerent hypochondria, et zona ex gemmis
Contexta, interpositaeque inter eas margaritae!
6. Jam parvi facit cor meum ceteras feminas omnes,
Excepto eo, quod lingua mea protulit iocando.

Versiculi primi huius carminis, quod satis longum est, hi sunt:

Sane me hodie iterum occupavit moeror,
Et recordatus sum tempus id, quod praeteriit!
Et recordatus sum cervam, matrem hinnulei,
Cuius memoria desiderio me implet, meque contristat.

69. Abul obais ben hamdûn ad carmen illud: „Ne vitupera me, o Atîk!" modum aptavit, qui ex gravi primo misso est. Porro ei aptatus est Ramalus tunbûricus, cuius auctor ignoratur.

Hoc mihi tradidit El harami, qui dixit: nobis hoc narravit Essobair, qui dixit: mihi hoc tradidit Abd el màlik ben abd el asîs, qui id ab Jussufo ben el madschuschûn acceperat; qui dixit: recitavit aliquando Omar ben abi rebîa versiculos hos:

O amici mei, iam desistite vituperare me,
Subsistiteque hodie mane apud pilenta!
Nolite me vituperare propter gentem Seinabae!
Cor meum pignori datum est illi genti, et captivum.

totumque hoc carmen. Addit idem: quod quum cognovisset Abu wadâa, Sahmita, aegre hoc tulit, iratusque est. Quam rem ad Ebn abi atîkum nonnulli homines retulerunt, ita loquuti: „Abu wadàa ab Seinaba, filia Mûssae, Ebn abi rebîam prohibet, dixitque: non permittam Ebn abi rebîae, ut carminibus suis feminam celebret, quae ex gente Hossaissidarum est.“ Tum Ebn abi atîk: „ne reprehendite Abu wadâam, inquit, si ex Samarkanda in Adanenses dominari vult!“ Dixit Essobair: hoc mihi narravit Abdarrachmàn ben abdalla ben abd el asîs, Sohrida, qui dixit: mihi id narravit patruus meus, Imrân ben abd el asîs, qui dixit: Omar ben abi rebîa celebravit Seinabam, filiam Mûssae, versiculis illis, in quibus dicit:

Nolite me vituperare propter gentem Seinabae!
Cor meum pignori datum est illi genti, et captivum.

Quibus auditis, Ebn abi atîk dixit Omaro: „quod ad cor tuum adtinet, nos quidem latet; sed lingua tua testimonium reddit contra te.“ Dixit Abdarrachmân ben abdalla: mihi Imrân ben abd el asîs tradidit haec: Ebn abi atîk exprobravit Omaro de carminibus, quibus Seinabam celebrabat. Tum Omar ei recitavit haec:

Ne vitupera me, o Atik! satis multa iam sentio;
Nam sentio ea, o Atîk, quae satis mihi faciunt.
Ne vitupera me! Tu enim eam mihi commendasti.

Addit idem narrator: quibus auditis, Ebn abi atîk, verba illi praeripiens, adiecit: „Es tanquam satanae instar apud hominem.“ Ebn abi rebîa vero: „ita est, inquit, per dominum domus sacrae! haec ipsa adieci.“ Cui respondit Ebn abi atîk: „sane satanas tuus interdum apud me commoratur, contumaciamque in me invenit prorsus alienam ab obse- 70.
quio illo, quod in te invenit. Nonnihil a me accipit, accipioque nonnihil ab eo.“

Hoc mihi tradidit El harami, qui dixit: nobis haec narravit Essobair, qui dixit: mihi hoc narravit Abd el màlik ben abd el asîs, qui dixit: hoc mihi narravit Kudâma ben mûssa, qui dixit: aliquando cum sorore mea, Seinaba, ad sacra Mekkana profectus

sum. Quae quum in locum eum, qui Sarif vocatur, pervenisset, mihi occurrit Omar ben abi rebîa, equo vectus, meque salutavit. Tum ei dixi: „quonam te tendere video, o Abul chattâb?“ Respondit ille: descripserunt mihi feminam quandam, quae ex gente m a est; igitur sermones cum ea conferre volo.“ Ego vero: „scisne eam esse sororem meam?“ Tum ille: „nescivi, inquit, hoc“ pudoreque ductus, collum equi deflexit, Mekkam se referens.

Hoc mihi tradidit Mohammed ben chalaf ben el mersubân, qui dixit: nobis hoc narravit Achmed ben el heithem, qui dixit: nobis hoc narravit El amri, qui id ab Lakîto ben bokair, Muhâribita, acceperat, qui dixit: aliquando Ebn abi atîk mihi recitavit hos versiculos, quos Omar pepigerat:

Cantilena.

1. Dico ei, qui medicinam mihi quaerit: „quando adferes
Seinabam, tum aliquid adsequeris ex eo, quod appetis!
2. Quisnam sanabit aegrotum, qui homines celat id quod sentit,
Cuiusque cogitata, quae pectus tegit, suspiriaque ad Seinabam tendunt!
3. Quod nisi nonnihil sanas morbum meum illius ope,
De medicina medicorum iam despero.“
4. Conventus illius, qui nocte, apud Eddârum transacta, cum Seinaba
Mihi fuit, non obliviscar quoad capiti meo superstet vespillo!
5. Quum orta esset illius noctis luna, dispulsaque esset
Eius caligo, discessissetque ille, qui erat custos;
6. Sed nihil vetiti ab ea nactus sum, nisi quod
Uterque nostrum aliqua parte vestis rubrae se texit;
7. Amore iuncti dispellebamus tristitiam, crimine nullo commisso,
Quantumvis indignarentur hoc inimicorum nares.

Addit narrator idem: tum dixit Ebn atîk: „num ludibrio nos habet Ebn abi rebîa? quidnam vetiti restitit?“ Paulo post quum eo accessisset Omar, Ebn abi atîk ei dixit: „o Omar, nonne mihi dixisti, te nunquam aliquid criminis commisisse?“ Respondit Omar: „ita est.“ Tum ille: „explica igitur, inquit, mihi verba tua illa: „Uterque nostrum aliqua parte vestis rubrae se texit;“ quid haec sibi volunt?“ Cui Omar: „per Deum, haec tibi explicabo. Aliquando quum egressus essem, ad templum pergens, etiam Seinaba eo tetendit; unde factum est, ut concurreremus. Itaque in hiatum quendam rupis secessimus. Quum vero in medio illo hiatu essemus, coelum imbrem in nos demisit. Tum veritus sum, ne in vestibus Seinabae vestigia pluviae viderentur, hominesque ei di-
71. cerent: „quidni in porticus templi confugisti, si ibi fuisti?“ Quam ob rem, me iubente,

servi mei nos obtexerunt veste serica, qua indutus eram. Hoc igitur significavi versiculo illo: „uterque nostrum aliqua parte vestis sericae se texit." Quibus auditis, Ebn abi atik illi respondit: „o homo impudice, versiculus ille indiget gallina incubante." Cantum ad hos versiculos, quorum primus est: „Quisnam sanabit aegrotum, qui homines celat id quod sentit?" composuit Radsâds, eumque gravem primum. Atque nonnulli eorum narratorum, quibuscum praesentes colloquuti sumus, hunc modum ab illo conditum esse perhibebant; sed fides iis non adhibebatur.

Hoc mihi tradidit El harami, qui dixit: nobis hoc tradidit Essobair, qui dixit: hoc nobis tradidit Abd el malik ben abd el asîs, qui id ab Jussufo ben el madschuschûn acceperat, qui dixit: Omar ben abi rebîa in Seinabam, filiam Mûssae, pepigit haec:

Cantilena.

Diu gentilium Seinabae aversio duravit
Mugîridae, quanquam illa odium non habuit,
Atque aequalium, quibus cor meum addictum fuit
Quoad capita nostra occupavit canities;
Vinculum, quo eos amplector, firmum quidem est;
Vinculum vero, quo me amplectuntur, debile est, et lacerum.

Cantum, qui his versiculis aptatus est, composuit Ebn muchris, eumque levem Ramali cum digito annulari, ut perhibet Amr. El hischâmi huic carmini ab Ebn dschâmio levem Ramali alium aptatum esse fert.

Hoc mihi tradidit El harami ben abil alâ, qui dixit: nobis hoc tradidit Essobair, qui dixit: dixit Abdarrachmân ben abdalla: mihique hoc narravit Ibrahim ben mohammed ben abd el asîs, qui id a patre acceperat; qui dixit: quum in Seinabam Omar ben abi rebîa pepigisset hoc:

Nam, illi deditus, iam non curo feminam aliam ullam,
Excepto eo, quod lingua mea protulit iocando!

ei dixit Ebn abi atik: „igitur illam feminam amore prosequeris, ceteras vero decipis." Nam vocabulum ***Dahscha*** significat: ludere cum aliquo, cumque decipere in re levi.

Porro ex iis, quae Omar in Seinabam pepigit, quibusque cantum aptaverunt, hoc est:

Cantilena.

1. O homo livide, qui illam feminam iactas amicitiam dirupisse,
Recede a me! Nam femina illa a nobis se non avertit.

72. 2. Nemini obsequor, si mihi dissuadet de gente Seinabae;
Igitur hinc abi, vel blatera, quoad lingua adficiatur taedio!
3. Noctem inter nos constituimus tempus, quo conveniamus ingruente vespera,
Sermonesque, quos inter nos serimus, occultamus celando.
4. Quomodo carere possem aliqua animae meae parte?
Numquid homo aliqua animae suae parte carere potest?
5. Qui illam feminam describebat narrator, testem advocavit
El kossum, in quo pudicitia est, et eloquentia.
6. Certo quodam vitae spatio felicitas obtingit,
Cuius tempus iam effluxit, quum spatium tantum sit.

Cantum, his versiculis aptatum, composuit Ebn soraidsch, eumque Ramalum cum digito medio, ut perhibent Amr et Denânîra. Porro ab Ebn muchriso modum iis aptatum esse tradit Jûnis, modumque alium ab Ebn abbâdo notario. Versiculus primus huius modi, ab Ebn abbâdo compositi, est: „Nemini obsequor, si mihi dissuadet de gente Seinabae!“ Modi illius vero, quem Ebn muchris composuit, versiculus primus est: „Qui illam feminam describebat narrator, testem advocavit.“

Porro ex carminibus iis,
quae Omar ben abi rebîa in Seinabam, filiam Mûssae, pepigit, quibusque
cantum aptaverunt, hoc est.

Cantilena.

1. Oh, quisnam opem feret cordi hominis amore perciti, flagrantis,
Qui delirat, puellam deperiens, ocellis languidis praeditam,
2. Quae graditur lente, quando incedit domestica veste induta,
Similis fere ramo tenero, qui in arbore est?

His duobus versiculis El garîd levem Ramali cum digito medio aptavit, Ebn soraidsch vero Ramalum cum digito annulari, ut perhibent El hâschimi et Habasch.

3. Non desiit visus meus praestringi, quum illa me intueretur,
Quoad obtutum meum debilitari sensi.
4. Conspexi eam nocte quadam, eiusque ancillas,
Ambulantes inter stationem Ibrahîmi et lapidem,
5. Quanquam eam non appetiveramus, neque nos ea appetiverat,
Quoad concurrimus noctu ex decreto divino,
6. Candidas, venustas, pudicas, parvo procedentes gressu,
Incedentes lente quemadmodum incedunt buculae,

7. Insignes venustate pariter atque elcgantia,
Iucunde indulgentes lusui et verecundiae.
8. Simul ut loquuta est domina, conticescunt illae ancillae
Per diem, ut honorem dominae tribuant maiorem quam ceteris.
9. Dixit illa cuidam suae amicae, quacum colloquebatur:
„Certe turbabimus Omaro circuitum sacrum?
10. Agedum, obviam ito illi, ut nos recognoscat;
Deinde adnuito illi, o soror, verecunde!"
11. Respondit ancilla: „iam ei adnui; sed mihi non paruit." 73.
Quo comperto, illa velociter processit, me vestigiis sequens.
12. Qui, quando illa ex somno expergiscitur, os eius dulce sorbet,
Is poculum haurit, plenum voluptatis, frigidum.

Porro ex illis carminibus hoc est:

1. Audi, o puella, mihi se obtulit noctu
Species quaedam, quae mihi procreavit insomniam,
2. Seinabam repraesentans, quae me sollicitum habet,
Quanquam vinculum, quo continebamur, tritum est,
3. Puellam illam torosam, quae quando me deserit,
Crucior vigiliis atque insomnia,
4. Tibiamque, quae compedem auream ita implet,
Ut eam compede strangulari putare possis.
5. Quotiescunque Seinabae mentionem faciunt,
Effundo lacrimas copiose prorumpentes,
6. Quemadmodum nubes profundit
Aquam illam, quam continebat, large.

Cantum huius carminis composuit Honain, eumque Ramalum, ut perhibet El hischâmi. Porro Ebn abbâd ei aptavit levem gravis, quem alii ab Jûnisso compositum esse ferunt.

Porro ex carminibus, quae Omar pepigit, quibusque cantum aptaverunt, hoc est.

Cantilena.

1. Consistite apud Seinabam! nam separatio iam adpropinquat!
Sane brevis erit commoratio, si iam cras fiet discessus.
2. Iuravit Seinaba nocte illa, quam in Essaurân transegit, fortiter,
Quum nihil sit, nisi iuramentum, quo fortiter adstringatur homo,

3. Sorori suae, puellaeque alii, quae ex eius ancillis est, haec:
„Iam cum depereo vehementius, quam me deperit ipse!
4. Quodsi congregarentur homines omnes, tumque ex iis eligerentur
Praestantissimi hominum, ne unum quidem eorum aequarem illi."

